


# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**


**Scientia universalis concionandi seu dictionarium morale  
- Cod. Ettenheim-Münster 88-91**

3/4

[urn:nbn:de:bsz:31-110877](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-110877)







Em 790





*[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page]*

SOLENNI  
CONCILIO  
DIECESE  
MORIE

UN  
C  
DIO  
Ora  
QUID  
S  
INT  
Conci  
mem  
lis C  
POS  
P  
Congr  
Bene  
Eken

I  
SCIENTIA  
UNIVERSALIS  
CONCIONANDI

---

SEU  
DICTIONARIUM  
MORALE

*Ordine Alphabetico complectens  
QUIDQUID PATRES GRÆCI ET LATINI,  
SACRÆ SCRIPTURÆ  
INTERPRETES ET THEOLOGI  
Concionatores Galli, Itali, Germani  
memorabiliter et solidius circa Mora-  
lis Christianæ argumenta elocuti sunt.*

---

EDITIO  
POST TERTIAM GALLICAM  
LATINA PRIMA,  
*Cum Indice duplici.*

---

INTERPRETE  
P. GALLO CARTIER  
*Congregationis Argentinensis Monacho  
Benedictino, Monasterii S. Ettonis, vulgo  
Ettenheim-Münster dicti, Professo, Seniore,  
nec non Sacerdote Jubilato.*

---

TOMUS III.

1 7 7 6.



11

SOCIETATIS  
UNIVERSITATIS  
CONCIONIANDI

SEU  
DICTIONARIUM  
MORALE

Operum Philosophorum  
Sedulo in hac parte  
Sacris Scripturis  
Interpretibus et Theologis  
Eximios Gallico Germanice  
Moralium et Juris  
in Philosophia et Juris

E DICTIO  
POST TERTIAM GALLICAM  
LITTERAM TIBALIA  
cum quibusdam

INTERPRETE  
P. GALLO CARTIER  
Compositionis dignissimis  
Auctoris Illustri P. Cartier  
Sapientissimo viri P. Cartier

TOMUS III.

Sp  
et  
  
A  
la  
t  
b  
Ber  
Tus  
his  
nissa  
figuris  
nas  
tatis  
qui  
dos  
opp  
umbra  
la  
Tili  
corrupti  
basu  
ta  
sum  
in  
in  
ha  
not  
l  
sini  
Mini  
tionis

I.  
Indulgentia  
Jubilaeum

Iprius institutio, vera media illud lucrandi,  
et emolumenta quae ex eo hauriuntur, p.

Sermo Primus.

Audiam quid loquatur in me Dominus, quoniam  
loquetur pacem in plebem suam, et super Sanctos  
suos, et in eos, qui convertuntur ad cor.  
Psalm. 84.

Benedictus, Fratres mei, benedictus Dominus  
Deus Israël, qui visitavit et fecit redemptionem ple-  
bis suae. Non amplius reconciliationis et pacis pro-  
missa aminis sub infirmis et sterilibus caduce legis  
figuris recipimus. Non amplius veteris jubilaei buci-  
nas sumimus ad annuncianandum captivis suae liber-  
tatis recuperationem et à carcere liberationem; iis  
qui aere alieno premuntur, brevi omni debito absolven-  
dos esse; aliis qui hereditates suas alienaverunt vel  
oppignoraverunt, mox eandem recuperaturos esse; i  
umbra evanuerunt, figurae transierunt, veritas  
se totam manifestavit.

Filii non ancillae, sed liberae, non auro et argento  
corruptilibus, sed pretioso sanguine Domini nostri  
Jesus Christi redempti, suavi et honorabili liberta-  
te fruimur. Stabat chirographum veteris hominis  
cum ipso cruce affixum est. Et latera hujus Dei qui  
in ea mortuus est, fluxerunt fontes aquae vivae,  
in quibus ad hauriendum cum gaudio invitamus. In  
haec exilii nostri terra à patria nostra remoti,  
mox in antiqua caelestis hereditatis jura nostra res-  
tituemur, debitis nostris liberabimur, bella nostra  
finientur, pax regnabit in Israël.

Ministri Domini, quibus dedit verba reconcilia-  
tionis, hanc pacem nunc vobis annunciant per im-

dicationem Jubilaei: pacem ineffabilem, quae juxta  
 Apostolum est supra omne id quod de ea dicere aut  
 sentire potestis; pacem integram et perfectam,  
 ubi datur misericordiarum et Deus totius consola-  
 tionis non modo vobis peccata vestra et poenam  
 aeternam eis debitam, sed et per exsuperantiam  
 indulgentis bonitatis temporalem, quam justitia  
 ipsius sibi reservaverat, dimittit.

Populi dilecti exultate, clangite buccinâ in  
 hac magna die solemnitatis vestrae. Audite  
 quid vobis Deus vester loquatur, quoniam loquetur  
 vobis pacem; Audite quid ipsemet vobis dicat, et non  
 quod adulatoros verbi ipsius interpretes vobis loqui  
 possent; nam hanc pacem vis solis annuntiabit,  
 qui jam sancti sunt, vel qui omnem conatum adhi-  
 bebunt, ut sancti fiant; vis solis, inquam, qui vere  
 poenitentes jam sunt conversi, vel ex toto corde con-  
 vertantur.

Audiam quid lo-  
 quatur in me  
 Dominus; quoni-  
 am loquatur  
 pacem in plebem  
 suam.

Super sanctos su-  
 os.

Et in eos qui con-  
 vertuntur ad  
 cor.

Nolite igitur hic affare spiritum indolentiae,  
 qui tam magnam gratiam colligere parum curat,  
 nec spiritum erroris, qui preoccupatus quibusdam  
 illusionibus, quae plerumque omnem illius fru-  
 ctum impediunt. In Jubilaeo Deus vobis de pace  
 loquitur: Christiani indolentes ad eam acquiren-  
 dam omnes viros vestros exerte; ad id, vos impi-  
 nis exhortabor. In Jubilaeo Deus non nisi certis con-  
 ditionibus hanc pacem dat, sine quibus nunquam  
 illam recipietis: Vos delicati Christiani adim-  
 plete has condiciones, si eam acquirere cupitis; id  
 sequentibus vobis explicabo.

Divisio. 2.

Quid est Jubilaeum, et quinam fructus ex eo col-  
 liguntur? Est ex parte Dei pax perfecta et miseri-  
 cordiae superabundantia. In prima parte percipie-  
 tis. Quanam sunt necessariae condiciones ad illud  
 lucrandum? Ex parte vestra sunt sanctitas et  
 conversio cordis: id secunda parte videbitis. Deus  
 in Jubilaeo pacem suam vobis promittit, et dat;  
 loquitur pacem in plebem suam, prima proposi-

tio. Attamen non eam promittit et dat, nisi iis, qui sunt sancti et ex toto corde conversi: at super sanctos suos, et in eos, qui convertuntur ad cor, secunda propositis. Incipiamus à prima.

Si mihi coram Auditoribus ad credendum Juris, Ecclesiae auctoritatis ejusque disciplinae ac legum inimicis verba facienda essent, non desperarem ipsis probare non solum veritatem sed et antiquitatem Jubilaeorum et Indulgentiarum. Ascendendo usque ad eorumdem originem, ipsis ob oculos ponerem has Speciales gratias et plenas amnestias non modo à Jesu Christo magnis peccatoribus et peccatriciibus concessas, sed et ipsius nomine à sua Ecclesia in Spirituale bonum et consolationem filiorum suorum dadas.

Et sane, quando S. Petro dicit: Tibi dabo claves regni caelorum, quodcumque ligaveris super terram erit ligatum et in caelis, et quodcumque solveris super terram erit solutum et in caelis: an non ipsi tribuit potestatem non modo remittendi peccata hominum una cum poena aeterna quam merentur, sed etiam poenas temporales, quarum diutina satisfactis, quae in altera vita fieri deberet, actualem possessionem et ingressum retardaret regni illius, cujus portas virtute clavium aperire potest? Sic id intellexerunt S. Augustinus Tract. 22. in Joannem, S. Chrysostomus hom. 61. in Matthaeum, et S. Ambrosius lib. 1. de poenitentia c. 2.

Postmodum à Magistro ad Apostolos Iascandendo, ab illis hominibus à communione nostra separatis quaerere, quid de hac S. Pauli agendi ratione sentiant, qui, postquam in castro Corinthium illum Sathana tradidisset in interitum carnis, ut Spiritus ipsius Salvus fieret in die judicii Domini, tanta bonitate eum deinde accepit, ut

Parsima  
3.

non contentus illum ab excommunicatione, qua per-  
 cussus ab ipso fuerat, absolvisse, pro ipso ad Christia-  
 nos Corinthios his verbis scripserit: Sufficit illi, qui  
 » ejusmodi est, objuratio haec, qua ipsi, à pluribus  
 » facta est: ne illum in sua afflictione magis adhuc  
 » oneratis, sed à contrario ipsum cum mansuetudina  
 » accipite et consolamini, ne forte abundantiori  
 » tristitia absorbeat. Ideò enim et scribo vobis:  
 » Si quid ipsi donavi, tum in nomine et persona Christi.

Dicantne quemadmodum Novatiani, quòd S. Pau-  
 lus sua potestatis limites transgressus fuerit? quòd  
 huius famosi peccatori veniam indulgendo jura Ma-  
 gistri sui sibi usurpavit? Si id dixerint, ipsis cum S.  
 \* lib. de poenit. Ambrosio\* respondebo: cur Paulum legitis, si cum tam  
impis arbitramini errasse, ut jus sibi vendicaret  
Domini sui? Non, non, nihil sibi usurpavit; solum-  
 modo potestate, quam à Jesu Christo acceperat, usus  
 est. Vendicavit acceptum, non usurpavit indebitum:  
 Jubilaeum itaque et indulgentia jam ab origine  
 Ecclesiae maximis concessa peccatoribus.

Humilitus 4.  
part. examinis

Ne quis ergo nobis dicat, Jubilaea nostra et Indul-  
 gentias esse novae institutionis, neque ante tem-  
 pora Alexandri III. Papa, qui primus circa annum  
 1180. hanc perniciosam novitatem adinvenit, nul-  
 lum eorumdem sive in sacris Scripturis, sive in anna-  
 libus Ecclesiasticis, sive apud primorum saeculorum Pa-  
 tres inveniri vestigium.

4. Si haec sunt perniciose novitates: quid perten-  
 debat Tertullianus, qui priusquam in heresim  
 lapsus fuisset, agnoscebat, quòd Ecclesia Martyrum  
 precibus pro reconciliatione et remissione poena-  
 rum poenitentibus inflictarum ipsi factis flexa, pa-  
 cem eis concederet? Et pax ista, de qua jam tunc ipsi  
 sermo erat, quid aliud est, nisi id, quod hodie indul-  
 gentiam nuncupamus?

\* lib. de Lap-  
 sis.

Si haec sunt Novitates; cur ex libris S. Cypriani\*  
 non delatur celebris locus ille, in quo declarat, non so-  
 lum quòd Deus per suam infinitam misericordiam

possit indulgere poenitenti, qui cum cum humili fiducia rogat, sed quod etiam possit approbare et pro rato et legitimo habere id quod Martyres pro ipso patierunt, et Sacerdotes ipsi concesserunt? Et si magnus vir iste arbitratus est culpandam esse facilitatem, qua Martyres temperare severitatem et poenitentia peccatoribus inflicta tempus abbreviare studebant, an propterea jus istud Ecclesia unquam denegavit aut in dubium revocavit? An non e contra agnovit, quod hisce Martyrum commendatitiis litteris quibus illa deferbat, poenitentes illi utilia auxilia recipiant, non tantum coram hominibus, quantum ad poenas Canonicas scilicet, sed etiam coram Deo, quantum ad poenas temporales in altera vita reservatas?

An hic memorabo ea, quae ejusdem S. Cypriani auctoritate agerunt Africa Episcopi, qui poenitentium reconciliationem accelerabant promptis absolutionibus, ut jam capitibus ipsorum persecutionis impendente procella ad praelium animarentur contra barbaros persecutores suos, atque tanto firmius Ecclesia causam tuerentur, quanto indulgentius cum ipsis agerat laqueum suarum severitatem imminuerent?

Adhuc id, quod tempore Arij contigit, quando Episcopi Catholici vehementi poenitentium quorundam dolore precibusque et lacrymis ipsorum commoti, eorumdem satisfactionis tempus abbreviarunt, prout loquitur Concilium Nicaenum? Si ergo Ecclesia posterioribus saeculis adhuc solaminis et frequentius Jubilaei et Indulgentias concessit, prout in multis Conciliis legimus: Patres Tridentinae Synodi merito dixerunt, quod omni tempore talis illius usus et indulgentia fuerit ex auctoritate, quam eidem Deus Christus reliquit.

Sed quid ultra hinc immoror? Das sint gratas, turris Babel, in qua linguarum confusio regnabat, destructa est, superba Jericho valla ad Jubilaei turbarum sonum dejecta sunt, murus separationis, qui a fratribus nostris nos ~~separabat~~ dividebat, disruptus est, omnes idem Canticum in Sion canimus: alieni et domestici fidei, hioli et agni omnes sub uno pedo

ationa, qua per  
 pro ad Christia-  
 sufficit illi, qui  
 si a pluribus  
 a magis ad huc  
 mansuetudine  
 humilior  
 scribo vobis:  
 persona Christi  
 ni, quod S. Pau-  
 fuerit? quod  
 gendo jura Ma-  
 ti, ipsis cum S.  
 itis, si cum tam  
 tibi vendicaret  
 upavit; solum-  
 o auferat, unus  
 parit indubitan-  
 am aborigine  
 us.  
 nostra et Indul-  
 que ante tem-  
 circa annum  
 dixerunt; mul-  
 s, sive in anna-  
 um saeculorum ha-  
 es: quid partem  
 in haec in  
 lasia Martyrum  
 issione poena-  
 factis flaxa, pa-  
 qua jam tunc ipi  
 quod hodie indel-  
 bis S. Cypriani  
 delarati non lo-  
 misericordiam

collocati sumus, apud nos non est nisi unum ovile  
et unus Pastor.

Posito igitur quod Ecclesia jus habeat concedendi  
Jubilaea et Indulgentias, dico quod quotiescumque eas  
nobis concedit, nobis se gratia, misericordia, remissi-  
one, pax loquatur: loquatur pacem in plebem suam.

Enimvero quid est Jubilaeum? Est relaxatio et re-  
missio verè poenitentibus facta poenarum peccatis  
ipsorum debitarum, et quibus nondum plenè satisfac-  
erunt: relaxatio et remissio non tantum pro hac  
vita, sed etiam pro altera valida contra hunc Lu-  
theri errorem, nempe quod quamvis Jubilaeum hu-  
jus vitae poenas minuire possit, nulla sit ei in al-  
terius vitae poenas potestas. Quid est Jubilaeum?  
Est solutio, quae pro nobis fit, qui debitis onerati,  
quae cum ex integro dissolvere non valsamus, ex  
thesauro infinitorum Jesu Christi meritorum hauri-  
mus, quae omnino sola ex se ipsis ea dissolvere  
possunt, et simul multorum Sanctorum satisfac-  
tionum, qui cum plus passi sint quam Deus ab ipsis  
exegerit, secundum reliquerunt, unde Ditescavimus  
atque Deo solvovimus id, quod ipsius, justitiae debe-  
bamus.

Si in corpore naturali membra ex conjunctione  
quam inter se se habent, mutua sibi auxilia praes-  
tant, cur Ecclesia militans triumphanti conjunc-  
ta et una cum ipsa idem corpus constituens, in ur-  
gentibus suis necessitatibus ab ea non reciperet  
auxilium? cur abundantia unius altariis pau-  
partatum non suppleret? Si in Regnis et Stati-  
bus bene moratis apothecae et Depositi habentur,  
qui in magnis necessitatibus ad subveniendum  
publicae miseriae reserantur: Ecclesia quam Dei  
Spiritus regit et illuminat, solane inter hos Sta-  
tus esset, ubi filii sui in sua spirituali indigen-  
tia et infirmitate nullum invenirent per fugi-  
um?

Adorande Salvator benignè iis providisti. The-  
saurus iste infirmitis tuis auctus meritis à Summo

Pastore reseratur, cujus prudentia illius administra-  
 tionem commisit. Propter nos venisti in mun-  
 dum; propter nos ea omnia, quae gratuita misera-  
 cordia tua tibi inspiravit, passus es. Cum nulla-  
 tanus pro te ipso ejusquam rei indigeres, et omnia  
 quae tolerasti sint infinita pretii, nec unquam di-  
 gna compensari possint; pro nobis ea asservastis,  
 ut illorum fructus perciperemus, isque debita, qui-  
 bus tibi obligabamur, dissolveremus.

Quamvis Superabundantes Sanctorum Satisfac-  
 tiones Jesu Christi meritis infinita sint inferiores,  
 tamen hujus thesauri partem etiam constitunt.  
 Cum enim juxta Sanioris Theologiae principia ea-  
 dem bona opera possint simul esse et meritoria et  
 Satisfactoria; evenit etiam, quod non solum ad sa-  
 lutem et gloriam peculiarem illius, qui ea facit,  
 conferant; sed etiam aliis utilia esse possint, qui  
 Sacra misericordia Dei oeconomia ex eis, ubi  
 sunt Superabundantia, compendium faciunt.

Tanquam meritoria Sanctos affecerunt Sanctita-  
 te atque salutem aeternam eis contulerunt; sed  
 tanquam Satisfactoria, quando mensuram a  
 Patre familias designatam excedunt, eorum fruc-  
 tus iis applicari possunt, qui fidei et charitatis  
 vinculis ipsis conjuncti sunt. Horum Sanctorum  
 merita ad ipsos personaliter referuntur; sed si ip-  
 sorum mensura nimis sit plena, an non aliquid  
 eorum in nos resiliat? ultra quam debuerant  
 solvantur; an non ipsorum plenitudine debitum  
 nostrum dissolvere valeremus, nos qui nunquam  
 totum id quod debemus, exsolvimus? an non hu-  
 jus ipsorum meritorum Superabundantia quae-  
 dam Saporitua apotheca remanet? Et quemad-  
 modum in lege nova plura auxilia et majo-  
 res gratiae inveniantur, quam fuerint in veteri;  
 an non Deo, qui ex parte Satisfactionibus Sancto-  
 rum contentus est, idem dicere possemus, quod  
 olim Propheta Regius: Participo omni Deus bo-

...si unum orle  
 ...at considerandi  
 ...otiescumque ex  
 ...ericordia, remiss  
 ...in plabam suam  
 ...alaxatis et re-  
 ...arum peccatis  
 ...n plana satisfac-  
 ...tantum pro hac  
 ...ontra hunc hu-  
 ...is Jubilaeum hu-  
 ...da sit ei inal-  
 ...st. Jubilaeum?  
 ...bitis orati,  
 ...valdeamus, ex  
 ...meritorum hanc  
 ...a dissolva  
 ...itorum satisfac-  
 ...m Deus ab ipsis  
 ...ditesceramus  
 ...justitia debet  
 ...ex conjunctione  
 ...bi auxilia praer-  
 ...phanti conjunc-  
 ...stituent, in ve-  
 ...non recipant  
 ...alterius pau-  
 ...egnis et Stati-  
 ...rositus haben-  
 ...Subvenendum  
 ...esia quam Dei  
 ...e inter hos Sta-  
 ...tuali indigen-  
 ...arent passu  
 ...providisti. The-  
 ...meritis a Summi

norum operum omnium illorum, qui timeant te?  
Particeps ego sum omnium timeantium te.

6.

\* 2. Cor. 12. v.  
14.

Quando Ezechiel dicit: quod filii portatu  
sint poenam delictorum patrum suorum, totus  
terrore percellor, et apud me ipsum dico: an  
non sufficit quod ego onus meum portem, cur alie-  
no gravar? At quando S. Paulus ait\*: quod filii  
non debeant parentibus thesaurizare, sed paren-  
tes filiis: quando hic Apostolus, qui hac compa-  
ratione utitur, ad Christianos Corinthios scribit, se  
ex hoc principio liberat consecratorum atque to-  
tum sacrificatorum pro spirituali bono animarum  
ipsorum, omnino consolatum me sentio et exila-  
mo: Si infelicitate dabitis premor, in fundo mihi  
relicto invenire potero unde creditorem meum  
laniam. Ut ut gratia, quam exopto, indignus sim,  
Ecclesia thesauros suos mihi reserat, et Jesus Chris-  
tus, cuius nomine et auctoritate eodem ipsa mihi  
offert, ultro vult, ut ex iis compendium faciam.

Beniamino felicior, inveniam in meo sacro fru-  
mentum, unde nutriar, et pecuniam, quam gene-  
rosus frater meus Joseph in eo posuit. Felicior is,  
qui sarcinas custodiebant, et qui ex iussu Davi-  
dis cum egregiis militibus illis qui hostem profligaverant,  
praedam partiti fuerunt, compendium faciam ex certaminibus et victoriis tot Apo-  
stolorum, Confessorum, Virginum, Martyrum, quo-  
rum invicta fortitudo mundum et peccatum de-  
vicit, Tyrannorum rabiem fatigavit et confudit.  
Ruth similis, quae spicas tritici, quas ex iussu Boaz  
messores de industria projecerant, collegit, prae-  
terea reliquias, quas de messe sua mihi reliquerunt  
tot magni Sancti, è quorum liberalibus manibus  
coelesti mandato spirituales spicae illae man-  
verunt, quae mihi in mea indigentia et fame sola-  
tio erunt.

Quanta igitur vestra coecitas et indolentia foret,  
Auditores, si ex tot tantisque vobis tam generose

oblatis gratis proficere totis viribus non anitaremini?  
 Si omnem aliam necessitudinem vel voluptatem non  
 passeretis, ut vos comparatis ad colligendos hos gra-  
 cis fructus, qui fere nihil vobis constabunt? Si tot  
 occupationibus quae vos dividunt, tot cogitationibus  
 quae vos dissipant, tot curis quae vos impediunt quo mi-  
 nus soli necessario incumbatis, expediti vos non compa-  
 ratis ad metendum in exultatione cordis vestri ea,  
quae tot afflicti poenitentis lacrymis suis seminaverunt.

In id duntaxat intenti, ne scilicet ullam sive di-  
 tescendi, sive debita vestra solvendi occasionem  
 elabi sinatis quamprimum exigens spai radius oculis  
 vestra cupiditatis, luceat; ferridi ad proficiendum ex  
 minimis, quae vobis proponuntur, hucus, vel ad averten-  
 das illas indigentia plagas, quae caputibus vestris im-  
 minent; laeti quod in aliena crumena inveniatu unde  
 per extraneam charitatem ibud, quod vobis deest ad  
 egradiendum à carcere, in quo sine hoc officio reliquos  
 vitae vestra dies inestà transigaretis, Supplere valea-  
 tis, critica ad coelestia beneficia indolentes et insen-  
 sibilis? An occasiones has debitum quo erga divinam  
 justitiam obstricti estis, solvendi stupida negligenti-  
 a praeterire sinatis, quin ab iis ullum capiatu emo-  
 lumentum? An felices hi, sed rapidi dies, qui quando  
 volatis, non redibunt, praeterlabentur quin dulcem  
 libertatem et amoenam pacem, quam vobis promit-  
 tunt, vobis conciliatis? An haec commercii tempora  
 ubi nihil de vestro impendatur ad emendum triticum,  
vinum, lac sine ulla commutatione vobis amasum  
sui desiderium et fatalem infortunatamque ea re-  
vocandi impotentiam relinquent, quia ex iis compen-  
sium facere neglexistis?

Quare negligitis, dicebat olim Patriarcha Jacob  
 filiis suis, quare negligitis? audivi quod triticum ve-  
nundatur in Aegypto, nostis ad quasmam inuitas pra-  
 cadentium annorum sterilitas nos redegarit: cur non fes-  
 tinatis ex hac occasione proficere? Descendite et

amite nobis necessaria, ut possimus vivere, et non consumamur inopia.

Res hodie in maliori sunt statu, dilecti Auditores, laboriosis ex terra Chanaan in Aegyptum itineribus exenti estis. Nae vobis necesse quò spirituales indigentiam vestram eluetamini, ut ad barbaras regiones vos transferatis vel longos et periculosos trajetus faciatis. Patrifamilias horrea sunt reservata, benignus et generosus Joseph vobis ea gratuito offert quae pro vobis coegit. Vanitate et haerite cum gaudis in apothecis et fontibus Divini Salvatoris vestri, vos qui amicitis et lititibus justitiam. Vanitate et quarite in infinitis meritis et in superabundantibus Satisfactionibus Sanctorum, unde debita vestra solvere possitis, vos omnes qui vis oneratis, et qui soli vixdam satisfacere non valatis.

\* Isai. 12.

\* Lib. 2. De poenitentia. c. 7.

Inde Novatiani, si qui hac nostra aetate adhuc invanuntur, scandalizantur, dicite ipsis cum S. Ambrosio\*, quòd quae ipsos irritant, laetitia afficere debent, quòd immeritò in communifato, quò Lazarus de sepulchro egressi benignè solvantur, ipsi affligantur sicut Pharisaei ob miraculum, pro quo magnam laetitiam praese ferre debent. Saverè hujus Sacta Sactatoribus ob oculos ponite, quòd non obstantis ipsorum Geli amaritudine Jesus Christus prout ut gratias ravocat, profusus eisdem in illos effundat; sine intermissione illos multiplicatis beneficiis visitet; atque ut infinita ipsius misericordia aeternum laudetur, ad mensam suam sedere facit homines, qui, sicut Lazarus, jam ante triduum in sepulchro erant.

Simon Pharisaeus murmuret, sinito illum loqui: vos proficite, quemadmodum Magdalena ex faventi occasione qua se offert, acurrita sicut ipsa ad hunc misericordiae Deum: pedibus ipsius obvoluti lacrynis vestris illos rigate et capillis vestris abstergite. Si ad hujus beata mulieris exemplum ex toto corde vestro conversi estis, vobis aequè ac illi dicat: Vade in pacem, dimissa sunt tibi peccata tua. Notate et attendite

inprimis hanc conditionem, quam requiro, nam haec gra-  
tia et pax non datur nisi Sanctis et iis qui ex toto corde  
convertuntur. Super Sanctos suos, et in eos, qui conver-  
tuntur ad eor.

Mira propositis, Auditoros; gratia Jubilaei, pax  
Jesu Christi non est nisi pro Sanctis: peccatoras non est  
pro vobis; homines bonae voluntatis, poenitantes ex toto  
corde vestro conversi, vobis solis datur.

Fortè non credebatis, Auditoros, oportere vos esse  
Sanctos, ut ex Eulorica thesauris, qui vobis sunt aperti,  
haurire valeatis: sed nihil verius, nisi sub hoc Sancti  
nomine quidquid in perfectione Evangelica sublimius  
est intelligere velitis. Ut quis Jubilaeum levetur, et  
ex parte Dei verba pacis audiat, oportet, ut sit in Sta-  
tu gratia, ut verè sit conversus, et ab omni ad pecca-  
tum affectu liber: et hoc voco esse Sanctum. Loquetur  
pacem in platem suam, et super Sanctos suos. Si hujus  
rationem sive cupitis, enideam.

Directus et immediatus Jubilaei affectus non est  
ut peccata remittat, jam remissa supponit. Est re-  
laxatio poenarum temporalium: oportet ergo, ut  
quis aeternis poenis non amplius sit subiectus. Est aug-  
mentum gratia et veniae extra poenitentiam. Sacra-  
mentum: ergo ab alio praesidi debet qui sit affectus  
Sacramenti. Est plena reconciliatio amicis concessa,  
sequitur ergo quod non amplius habeantur ut inimici.  
Est restitutio in primis praerogativis innocentiae bap-  
tismalis quam amiseramus: postquam in longinqua  
ratione patrimonium nostrum, sicut filius prodigus,  
dilapidavimus, cum gaudio recipimus in Domum pa-  
triam, primà stolâ induimur, annulum et omnia  
ornamenta quibus prius ornati eramus, gestamus;  
at quando? tunc nampe cum omnium Patrum opti-  
mi pedibus abvoluti dolore parculi ipsi dicimus: Pa-  
ter, peccavi in coelum et coram te; jam non sum dignus  
vocari filius tuus; fac me sicut unum de mercenariis  
tuis.

An gratia extraordinaria conceduntur filiis qui

Part 2. Ja.  
8.

9.

regionem adhuc in manu tenent? Sponsis infidelibus, quae foedato nuptiali thalamo, subito et sine dolore se inter sponsi brachia coniciunt? an pedes à corpore separati à capite solutares, et suaves influxus recipiunt?

Quanta ergo perversitas vestra fraudulenti praesentis, qui venitis recitare peccata vestra interdum sine attentione, sapie sine examine, formae semper sine dolore? Vos, qui cum conscientia separata, animam penitus ulceratam et gangrena tabe vitiatam, manibus et oculis impuris, verbis et declarationibus doloris à Dei vivi Ministris praecipites absolutiones extorquere conamini, absolutiones istas fatales, qui eas sine discrimine impartuntur, inutiles et nocivas istis, qui illas sine necessariis preparationibus recipiunt.

\* c. 25. v. 29.

In Leviticis insolens continetur clausula, in illa: „Qui vendiderit domum intra urbis muros, habebit licentiam redimendi domum annis impletur annus. Si non redemerit, et anni circulus fuerit evolutus, venditor possidebit eam, et posteri ejus in perpetuum, et redimi non poterit etiam in Jubilaeo.

Peccatores haec clausula vos respicit. Quid vobis profuerit, vos de peccatis vestris curare, si istam absolutionem petere, et recipere, si postquam animam vestram Daemoni vendidistis, omni conatu eam redimere non contendantis? Haec domus intra septa urbis muris cincta continetur: Sic enim vobis animam vestram, et Ecclesiam in cuius sinu estis. Vendidistis hanc domum, vos, ut ut superbia vestra satisfeceratis; vos, ut vestram cupiditatem satietatis; vos, ut imprudenti obsequentiam amico servietis; vos, ut largius et splendidius liberos vestros collocetis. Daemon hanc animam possidet, hic fortis armatus in pace eam fovitur unacum aliis septem Spiritibus se adhuc nequioribus.

Haec non attenditis, peccatores Deceptores et Decepti, haec, inquam non attenditis. Sub praetextu

quorundam jejuniorum, ubi libido vestra non tam mortificata quam intercepta fuit; quorundam Ecclesiarum audituum, et aliquarum precum, ubi pedes et labia vestra magis particaverunt quam cor vestrum; quorundam elemosinarum, ubi manus sive avarae sive impurae minus aptae fuerint ad sedimenda peccata vestra, arbitramini, quod satis comparati sitis ad recuperandam pretiosam illam, quam vendidistis hereditatem. At quantum aberratis! Postquam obligationibus vestris defungi, et necessarias ad recuperandam bonorum vestrorum possessionem praecautiones neglexistis, et si Jubileae adhuc essent frequentiores, quam re ipsa sint, haec gratia aliis concessa nihil vobis proderunt: Quia possidebit eam, et redimi non poterit, etiam in Jubileo.

Oportet ut sancti et ex toto corde vestro conversi sitis, ut à Deo haec verba pacis quae vobis annunciat, audire valeatis: Loquatur pacem in plebem suam, et super Sanctos suos, et in eos qui convertentur ad cor. Procul à vobis conversiones illae antiquae, ubi arbitramini vos vitam mutasse, quando vobis sufficit voluptates mutasse; transeuntis ab incommodi mundi molestiis ad otiosam et tranquillam vitam indolentiam; à contuberniis ubi artes vestrae manifestari incipiebantur, ad solitudinem politicam et non voluntariam; à Societatibus, in quibus vos amplius acceptos non esse perhibebatis, ad sacrum semi-christianum, semi-ethnicum, ubi remotis testibus aeras molestias vestras favoratis; à latissimis, quas cum honore non amplius ambulare poteratis, ad angustas semitas illas, ad quas ea duntaxat ratione pietas vestra vos perduxit, ut nempe subtilius tritarum viarum illarum à

20.

quibus discipulis videmini, oram relegere possi-  
tis. Procul à vobis haec desiderata et meditata,  
sed quae in solo, quae de ipsis habetur desiderio et con-  
silio recluduntur, conversiones. Nostis urgentem,  
quae vos premit, necessitatem vitam vestram mu-  
tandi: ad id quodammodo vos comparatis, Societa-  
tam quorundam personarum, quarum consuetudo  
et mores bono proposito vestro obstare vobis viden-  
tur, devitatis. In voluntate vestra paulò magis Chris-  
tiana quorundam motus sentitis, quos prius non sentie-  
batis. Ulterius progredi cuperitis; sed fortius pondus  
hos motus statim deprimit: mala consuetudo, im-  
prudens timor, ne alii vos contemnant et irideant,  
si tam subito vitam mutaretis, nimis magna diffi-  
cultas indomitas cupiditates vestras coercendi, et  
sub sanctae legis servitutem redigendi carnem re-  
bellam efficiunt, et secundum partem duntaxat  
et debilitate volitis id, quod efficaciter et omnino  
velle vos oportet. Trunestus status, quem S. Augus-  
tinus velut fatalem mentis et cordis suspensionem  
intuetur, ubi ex una parte fluxus micantis verita-  
tis fulgoribus offuscata, ex altera vero atris concupis-  
centia vestra vaporibus, mille necessitudinibus,  
quae sterilibus et inefficacibus propositis vestris sem-  
per sunt superiores, amocati et aggravati estis.

Nihilominus vobismet ipsis applauditis atque velut  
gratiam vobismet habetis. Jam vos conversos credi-  
tis, quia debile vos convertendi desiderium mente  
concepistis. Et quando Confessarius quaerit ab huiusmo-  
di poenitente, nam officio suo functus fuerit, num oge-  
rit quod Deus et sua consentia ab ipso hac occasione  
exigebant, haud haesitat ei respondere id, quod  
Saul Samuelli: Implavi verbum Domini.

Implevisti, reposuit hic Propheta, implevisti  
verbum Domini? Unde ergo provenit istud anima-  
lium murmur, quod audis? Ino Agag Javenit? Est-  
ne mortuus? an non ipsi vitam servasti? Non,

non egisti id, quod Dominus voluit, ut faceres.

Poenitantes, peccatores, qui nomine huius vos com-  
pellabo! Munus vestrum implevistis, dicitis: Implevi  
verbum Domini? Fortè nascenti favori immolastis  
exiguorum peccatorum populum, levas necessitudines,  
quas parùm curabatis, amicitias inconstantes quibus  
fatigari incipiebatis: Sed hæc inveterata consuetudo,  
hæc dominans peccatum, Agagista, quò daverit? Fortè  
quasdam cupiditates aliis vehementioribus devovistis, cum  
omnibus satisfacere non amplius poteratis; lusùs præ-  
ritum vestræ avaritiæ, avaritiam vestram ambi-  
tioni vestræ, ambitionem impuritatis, impuritatem  
timori vobis suscitandi molestæ negotia, et potentes ini-  
micos vobis accerendi. Sic equidem objectum non autem  
cor mutatis, et sine hæc cordis mutatione nulla cum  
Deo pax, nulla vera conversio.

Ut certum et securum quoddam signum haberem  
conversionis illius, quæ sola justos vos efficere valet, im-  
parem in vobis quid simile ei videre, quod pueri illi  
per Eliseum resuscitato evanit. S. Scriptura com-  
morat, quòd hic Propheta se super eum inconvavit,  
os ori, oculos oculis, manus manibus ipsius imposuit,  
atque huius mortui caro, quæ peritus frigerat, ca-  
llefieri incepit: \* Inconvavit se super eum, et cala-  
facta est caro pueri: quòd postea oritaverit septies,  
et oculos aperuerit: Oritavit puer septies, aperuitque  
oculos.

\* 4. Reg. 4.

Cuparem, inquam, quidpiam simile in vobis videre.  
Cuparem, ut postquam Ministri Dei se super vos ve-  
lut inconvaverunt ex illa charitate christiana, quæ  
illos obligat malorum vestrorum miserari; postquam  
manus suas vobis imposuerunt atque os suum aperue-  
runt ut vobis dicerant: Absolve te ab omnibus peccatis  
tuis. Cuparem ut tunc nullum in cordibus vestris fri-  
gus pro Deo, et nulla indifferentia pro vestra salute  
esset. Cuparem, ut caro illa adeò enervata et adeò gravis

itaque animaretur: ut igne Divino succensi, et nobi-  
li ardore omnia vestra munera adimplendi permoti,  
a quo ac Sanctus ille Dominus dicitur passus: Cor meum  
inflammatum est intra me, et ignis in eo succendatur,  
cum meditabor.

\* Serm. 3. De resur-  
recto.

Cuparem ut frequentibus orationibus, id est, pro-  
ut quidam S. Pater explicat, frequentibus in Deum suspi-  
riis, urgentibus desideris, et vera justitia sibi resurrex-  
tionis vestrae signa daretis, sicut puer ille, qui septies orati-  
avit, et oculos aperuit. O quam habereamus conso-  
lationem! O quam Eulisia de vestra conversione ma-  
gis adhuc gauderet quam Sunamitidis vidua, quando  
Propheta ei filium vita plenum reddidit, cujus mortem  
amarè flobat!

Sed si talis quales haecenus fuistis maneat, ferri-  
di ad oblectamenta et voluptates, languentes et frigidi  
ad exercitia pietatis; post omnia passionum vestrarum  
objecta currentes, ad Dei cultum torpentes et immoti;  
diligentes id quod cupiditatem vestram demulcere po-  
test; oris habentes ea ad qua severitas Evangelica vos  
impellit; à Deo conversionem vestram postulantes,  
cuique obtinenda nihilque cum ipso ex parte vestra  
agendo quod ad id contribuat, vel, ut melius dicam,  
à Deo rem impossibilem postulantes, ut nempe vos  
convertat eâ tamen conditione, ut non nisi frigi-  
dam et sterilem voluntatem afferatis: Quando vos  
in tali statu et ita constitutos videbimus, quis  
putatis, nobis de vestra conversione sentien-  
dum erit? credemusne eam esse realem, inter-  
nam, sinceram, idoneam ad vobis Dei pacem et  
amicitiam conciliandam, necnon vobis aequè ~~proprie~~  
et gratias promerendas, ac est remissio omnium peccatorum vos-  
trosum et omnium poenarum illis debitarum?

Contra et procul dubio ac merito dicemus, hanc  
non esse nisi imaginariam conversionem, falsam  
et idealem mutationem, fugitivum et fallax  
phantasma, quod in quodam sensu imitati fuerit

ritis Michol, quae ut eversionem Davidis procuraret,  
 in ipsius lecto non nisi Statuam reliquit: quod ut \* 1. Reg. 19.  
 vero nocenti parceretis, in locis ipsius falsum poeni-  
 tantiam collocaveritis. Quod quae Jacob innocenter egit \* Genes. 27.  
 induens se vestibus fratris sui Esau, polliculas haer-  
 rem circumdans manibus at colli nuda protegens, ut  
 ab Isaac patre suo benedictionem acciperet, ea vos  
 faceritis externa et fallaci poenitentiae signa ges-  
 tantes, ut Sacrorum Ministrorum absolutionem in-  
 terciperatis. Pius Senex circumventus fuit, ita et vos  
 bonam illorum fidem decipere poteritis: sed an etiam  
 illam fallere valebitis, qui Sicutatur corda et renes,  
qui lampadem in manu portans etiam ad occultissi-  
ma Ierosolyma loca lumen Infert.

Sincera et bona fides agamus, Auditores, cum Deo, 12.  
 qui se tam sincere et generose erga nos gerit. Aperia-  
 mus ei corda nostra, qui suum nobis aperit, ubi ni-  
 hil occultum nihil falsum. Pacem suam nobis  
 promittit, eam nobis dabit, si ad eum ex toto corde  
 nostro conversi fuerimus. Quid obest quominus id  
 agamus? forte impossibilitas nostrae conversionis?  
 Sed Deus ipsa ad eam nos invitat, et urgat ut ei operam  
 navemus. Postulemus ab ipso quod propriis viribus  
 nostris obtinere non valeamus, et benigne nobis illud  
 concedat. An nos una manu traheret, et altera re-  
 pelleret? an falsa voce nobis diceret: Patite et acci-  
pietis, pulsate et aperietur vobis, et an sincera voce  
dico et nobis: Rescrite non novi vos, nihil unquam  
a me obtinebitis? Va illi qui talia de Deo santi-  
 rat, quae non nisi de pessimo et dolosissimo omnium  
 hominum concipi possunt.

Fortè numerus et enormitas peccatorum nostro-  
 rum? Verum est, inquit S. Chrysostomus, quod quò  
 magis Daemon novit nos esse peccatores, eò magis nos  
 iterum iterumque adoritur, ut opprimat cogitatio-  
 ne, quae sola infelicitatem nostram consummare  
 potest; volo dicere cum laudato S. Patre, desperatio-  
 nis cogitatione. Nimis multa commisi flagitia,

ipso instigante dicimus, nulla mihi amplius super-  
est misericordia. Varam imprimis cavete, fratres mei,  
ne in laqueum hunc incidatis. Nam qui cum lethali  
animi fractione inimicis vestris resistatis? Ab-  
jecto semel clypeo qui solus nos defendere potest,  
quid resistatis aliud quam hanc funesta Caini cogita-  
tio: Major est iniquitas mea, quam ut varam  
merear? quam execranda hanc Judae sententia:  
Tradidi sanguinem hominis Juste, necesse est ut pe-  
ream.

\* ad Theodorum  
Lapsum.

Etsi, inquit S. Chrysostomus\*, omnia, quae cogi-  
tari possunt, <sup>persecuta</sup> perpetratis, etsi in horrendis hisce  
criminibus usque ad Insuperitam sanctitatem per-  
sereperatis, nunquam tamen desperata. Medi-  
cus prout ut aegrotos suos, qui ipsum injuriis affi-  
ciunt, deserat, omnia impendit ut eos mitiget, et  
si sedatis impetibus auferunt id quod ipsis offert,  
laetatur, et tanto majore cura ipsorum sanationem  
perficere studet. Eadem est Dei ratio, Dei, inquam,  
qui Medicus isto magis adhuc patiens vos in vestris  
perversitatibus tolerat, qui Medicus isto benignior ve-  
sanias et ignorantias vestras excusat, qui Medicus  
isto potentior et peritior, modo minas, modo Juleas,  
modo amaras potiones adhibet, ut aegritudinum  
vestrarum cursum cohibeat, atque impediatur ne mo-  
riamini. Postquam vos tot et tantis gratis cumu-  
lavit, vobisne vos damnare? vel, ut melius dicam,  
an vosmet ipsos damnandi furorem habetis?

» Jerusalem, Jerusalem quae occidis Prophetas et  
» lapidas eos qui ad te missi sunt! Quoties volui con-  
» gregare filios tuos, quemadmodum gallina congre-  
» gat pullos suos sub alas, et nolisti? inquit Christus  
» Judaeis. An, Fratres mei, adversum vosmet ipsos ho-  
» rum induratum populorum furorem habetis?  
» an hisce propitiationis et gratia temporibus tot  
» tantaque conversionis vestrae media rejiceratis?

Quid non possim vobis ob mentis oculos ponere Deum illum, qui vos quaerit, quando illum fugitis, qui vos invitat, quando illum repellitis, qui vos urget non propter suum, sed propter vestrum bonum, quando ipsi resistitis; quin quamvis à vobis offensus sit, vos acerbe et inlamente accipiat vos iustitiae suae severitati tradendo?

Ô quam merito dicere potest quod nos alis misericordiae suae tegat quemadmodum gallina pullos suos sub alas congregat! Parvuli ipsius nondum formati sunt, et ipsa eos calefacit, quia excludat, et vix exiguum pelliculam quâ involuebantur, parumperunt, tum ipsi educandis, conservandis, defendendis incumbit. Modò terram unguibus scalpit et rostro exuens quod ipsi aptum arbitratur, id comedere abstinere, ut eo alantur. Modò ut ut debilis sit, contra rapaces aves ipsos tuetur, cum impetu in homines vel animalia irrumpit, quia ipsi eos rapere volunt.

Figura nimis adhuc imperfecta misericordiae illius, qui ad nos descendit, ut nos alis suis, et bona voluntatis suae tegeret. Dei, qui famam toleravit ut nos ~~pararet~~ pararet, qui pauper factus est ut nos dicitaret, qui se morti et morti crucis tradidit ut nos adversus Daemones et peccatum defenderet: Dei, inquam, qui transiens per provincias, civitates, vicos, solitudines, inter suaves amoris sui impetus clamabat: Si quis sitit, veniat ad me, et ego ipsum sitim sedabo; Si quis oneratus est, ad me accedat, et ego ipsum deonerabo; Si quis aegrotat, veniat ad me, et ego ipsum sanabo. Veni Zachae in domo tua volo habitare; veni Magdalena, te à septem tuis daemoneis volo liberare; veni mulier in adulterio deprehensa, si nemo te condemnat, nec ego te condemnabo.

An ab illo tempore erga vos cor mutavit? Non, Fratres mei, sed forte vos erga ipsum non idem cor habuistis. Quoties voluit vos congregare sub alas suas. Quoties

volui? et quoties vos noluistis? Et noluisti. Hic conscientias vestras contestor. Voluit ille misericordia Deus, per gratias quibus vos praevenit, per bonas cogitationes, quas vobis inspiravit, per bona exempla, quae vobis praebuit, per verba veritatis et vitae, quae vobis dixit. Quoties volui? Sed quoties his gratiis et inspirationibus rebelles, ad haec exempla insensibiles, et ad hanc vocem surdi noluistis? Et noluisti?

Quoties voluit interius illis, quas vobis facit, exprobrationibus, acerbis illis stimulis, quibus nimis tranquillitas conscientias vestras agitavit, salutaribus amaritudinibus illis, quas super voluptates vestras effudit, mundi ingrati infidelitatibus illis, quarum victimae fuistis? Quoties volui? attamen quoties ad haec exprobrationes et stimulos indurati, his amaritudinibus et infidelitatibus assueti, ex his mediis compendium facere renuistis? Voluit ipse, Volui: quodnam in ea emolumentum capere poterat? an minus honor affectus minusque felix fuisset, si vos cordis vestri corruptioni et justae indignationi <sup>sua</sup> vos tradidisset? Vos noluistis, Et noluisti. Quam terribilia infortunia vobis accessissetis, nisi vos in misericordia reperisset?

Voluit ipse, Volui: adhuc vult, ut ut gratiam, quam vobis offert indigni sitis. Ne ergo vos ultra obstinetis ad vos perdendum ipsam in vanum recipiendo. Vobis loquitur in excelsu misericordiae suae; auscultate quid vobis dicturus est: Audiam quid loquatur in me Dominus; vobis loquitur, et de pace loquitur vobis qui estis populus suus: Loquatur pacem in plebem suam; sed eam vobis non promittet nisi ea conditione, ut nempe sancti et ad eum vos conversuri sitis: Super sanctos suos et in eos qui convertuntur ad eum. Huic ergo sanctitati et conversioni cum tota possibili fiducia et fidelitate impendite operam. Stabit ipse promissis suis, si vos vestris steteritis, et jam in hoc mundo aperiet vobis thesauros suos, unde omnia debita vestra dissolvere, atque aeternum pro altero ditare revaleatis.

## Indulgentia Jubilaeum

Ipsius institutio, vera media inducendi,  
amulumenta, quae inde eruntur, p. p.

### Sermo secundus.

Pro exordio Jubilaei.

Audiam quid loquatur in me Dominus, quo-  
quoniam loquatur pacem in plebem suam,  
et super sanctos suos, et in eos, qui convertun-  
tur ad cor. Psal. 84.

Ex omnibus nunciis nullus ita consolatorius  
est ac pax nuncius; ex omnibus pacibus nulla  
tam utilis ac fructuosa est, ac pax Dei; ex omni-  
bus Dei pacibus nulla adeo extensa et in quodam  
sensu abundans est, ac illa, quam Jubilaeum et In-  
dulgentia nobis conciliant. Hujus rationes vobis  
afferam, sed forte proponendo vobis medium proba-  
biliter tam facile ac breve proprio amori vestro ni-  
misquam adlaboro.

Sed frui vobis pax Dei vos omnes, qui estis sanc-  
ti et conversi ex corde; hincque nihil nisi gratum  
et consolatorium occurrit: sed ubinam hinc sancti illi,  
et in quo consistit haec cordis conversio? forte in reci-  
tandis quibusdam precibus, visitandis quibusdam Ec-  
clasiis, in servandis quibusdam jejuniis, in elargi-  
endis quibusdam elemosynis in externis explendis  
conditionibus in Bulla expressis, et de cetero in tran-  
quillitate et quiete manere, quamvis quis enormia  
peccata commiserit, atque magnis Satisfactioni-  
bus Subjectus sit.

Vos id ita vobis persuadatis, anima nimium vobis  
indulgentes, Christiani remissi et delicati, qui ni-  
mia cunctate pratenditis colligere dona misericor-  
diae Dei justitiae ipsius jura studendo, vel qui alia  
erroris specis laboriosa poenitentiae opera, quorum pro-  
prios affectus est, ut vos omnino cum ipso reconcili-

est, velut opera dura et impracticabilia obligationes  
vestras et vires longe superantia respicitis.

15  
Sivisio

Si magno vestro infortunio in uno horum binorum errorum estis, vel maximi momenti res est vos ab<sup>11</sup> liberare: Id Insuper hujus sermonis partibus praestare conabor. Quamvis magna sit Dei misericordia, et facilitas Ecclesiae in concessione Jubilaeorum et Indulgentiarum, eas lucrari non valeatis nisi dignos poenitentiae fructus faciatis: Haec erit mea prima propositio. Haec opera et fructus poenitentiae debent vobis videri suaves et faciles ex consideratione misericordiae Dei et facilitatis Ecclesiae in concessione horum Jubilaeorum et Indulgentiarum: Haec erit secunda mea propositio. An, quò dabitè Jubilaeum vestrum humini, necnon pace, quam Deus vobis promittit, famini, poenitentiam agere debeatis? id Statim initio examinabo. Qualem poenitentiam agere vos oporteat, et in quo Jubilaeum eam suavem et facilem reddere possit? id postmodum et ultimo explicabo.

Partes jma  
16.

Ô tempora! Ô mores! Ô quàm S. Paulus ignorantia, in qua sepe ultro vivere volumus, irà aversus majori cum ratione hujus saeculi Christianis, quàm olim Romanis, dicere posset: Ignoras, quoniam benignitas Dei te ad poenitentiam adducit? An ignoratis quod misericordia ipsius vos novis beneficiis cumulando simul vos novis obligationibus oneret? quòd nisi patientiam et longanimitatem ipsius ac infinita bonitatis divitias contemnere velitis, vehementer et amarus dolor culpae vestrae respondere. Debeat bonitati quàm habet eas vobis condonandi? An id ignoratis? Ignoras?

Quanam vobis esset ratio id ignorandi? quinam S. Scripturae textus, quinam Prophetarum verba, quinam Jesu Christi oraculum, quinam figura et parabola in sacris libris contenta vos in hoc errore detinere possent? Vetus et nova lex vos admonent, quòd, quia Dominus vos tolerat, exspectat, vocat, vobis indulgat, teneamini hac eadem ratione ipsius misericordiam et indulgentiam abundantia et amaritudo

dina lacrymarum vestrarum implorare, velut olim  
mulier Spiritu ipsius animata Bethuliae habita-  
toribus bene dicebat.

An ignoratis? Ignoras? famosissimorum peccato-  
rum exempla, qui quamvis absoluti et reconciliati  
vitam austeram et poenitentem duxerunt, vos uti-  
que ab hac ignorantia liberare deberent: exem-  
plum magni Regis illius, qui sub cinere et jejuniis se  
humiliat, qui gemit, qui conturbatur, qui frangit,  
qui non nisi pane doloris et lacrymarum vescitur:  
exemplum illius in civitate peccatrix, quae quam-  
vis ipsi dicatur, ut vadat in pace, ipsique peccata sua  
esse dimissa, non tamen arbitratur debere se hujus  
paeis fructibus tranquilla frui: exemplum Apostoli,  
qui postquam Magistrum suum non tam ex malitia  
quam infirmitate negavit, se ipsum ad flatum et aus-  
teritates, quae non nisi cum vita sua finem accipiunt,  
condemnat. Ignoras? An id adhuc ignoratis? Eius hu-  
jus ratio, quam S. Augustinus, et post illum S. Thomas  
afferunt.

Quoniam peccatum mortale consistit in avaritia  
ne à Deo et conversione ad creaturam, duo mala in-  
fert iis, qui in illud labuntur; unum quod à summo  
bono ipsos separet: et hoc vocatur culpa: alterum  
quod ipsos malis aeternis addicat: et hoc nuncupatur  
poena peccati: Deum respicitis, et ipse vos respicit;  
creaturam diligitis qua frui vultis, ea per aliquod  
tempus fruimini sed aeternum erit carnifex vester.  
In quantum impius se per suam superbiam exivit,  
atque voluptates degustare voluit, in tantum dante  
illi tormenta.

Hae Deus tempore indignationis suae eloquitur,  
at hae tempore suae misericordiae adjungit: Si hic  
impie convertatur ad me ex toto corde suo, iniquita-  
tum ipsius non memorabor amplius, si peccata sua  
dimittam, illa velut massam plumbeam in pro-  
fundum maris projiciam, ad me illum reducam, nec

17.

» tolerabit poenam, quam sustinisset, si in sua rebellionem perseverasset.

Ô vos veri poenitantes qui vehementi dolore percipi quod Deum offenderitis, ipsius Ministrorum pedibus obvoluti de omnibus peccatis vestris vos accusatis et absolutionem ab eis accipitis: En felix Status, in quo vos Sacramentum denuò collocat. Non amplius estis Dei inimici, neque ipse amplius est vester inimicus, vos sibi reconciliavit, ad vos denuò accessit; et si in hoc statu moreremini, nec infernus nec supplicium aeternum esset partimanendum: culpa et poena omnium vestrorum peccatorum vobis remissa essent.

18.

Sed an Deus hac gratiâ citrà omnem conditionem vos beat? An à poenitentia tribunalibus receditis tam liberi et vestris erga justitiam ipsius debitis ita expediti, ut nihil amplius à vobis repetere possit? Erudiamini hinc à religione vestra et discite ab ea, quod communiter loquendo: peccata vestra non adeò glorie vobis indulta sint, quin poena, quae nisi vobis dimissa fuisset, aeterna fuisset, commutatur, transferatur in temporalem, quae vel in hoc vel in altero mundo tolerari debet.

David peccavit: Deus qui penetralia cordis illius, et sincerum dolorem, quod ipsum offenderet, novit, mittit Prophetam suum, qui ipsi dicat, Quid? Quod non amplius iratus sit adversus hunc poenitentem Principem? quod in vaginam denuò miserit ansem, quod ipsum confodisset, nisi misericordiam ipsi impertitus fuisset? quod absolute et integre totam peccati sui poenam ipsi remiserit? Non, sed ipsi annuntiat, quod illud transtulerit, transtulit peccatum tuum\*.

\* 2. Reg. 12.

Ex proficio admodum mystica! Inimvero idem est ac si Nathan diceret ad David, quod Deus peccatum ipsius quodammodo locum mutare fecerit. Locus huius peccati viventis et subsistentis in corde huius Principis fuisset mors aeterna, et sicut ei: non pro-

neris infelici morte ista. Locus hujus peccati vivantis  
 in corde Principis hujus fuisse ille Canabrarum  
locus, ubi non nisi flatus et stridor dentium, et di-  
 citur, quod poena hujus dimissi peccati futura sit  
 propria domus ipsius, à qua gladius nunquam re-  
 casurus sit. Non recadat gladius de domo tua in  
sempiternum. Erit peccato huic etiam remisso locus,  
 et poena temporalis, quam justitia ipsius sibi refer-  
 ravit. Uria mortem intulisti, filius peccati tui  
 et Bessabae morietur: thorum subditi tui fo-  
 dasti, filius tuus tuum foedabit, et quod fecisti  
 in abscondito, in totius Israël conspectu ipse faciet.

Ne hinc veniat fallatis Christiani. Quamvis Deus  
 in Sacramento vobis peccata vestra dimiserit una-  
 cum poena aeterna, quae ipsis debebatur, exigit ta-  
 men, ut dignis poenitentiae fructibus, justitia  
 ipsius satisfaciatis; scilicet vobis in altera vita re-  
 servat poenas temporales longè molestiores, quam  
 sint illae omnes, quas in hac sustinere possitis.

Id bene novimus, dicitis; sed an non Jubilae-  
 um lucrando omnes haec temporales poena nobis  
 remittuntur; et si in hoc statu mori nos contin-  
 garet, an non rectè et ab omni purgatorii igne  
 liberari ad coelum pergeremus?

Hic subsistatis valim, Fratres mei, haec enim  
 praecipua occasione ex isto salutari Sapientis  
 monito vobis proficiendum est, qui vobis dicit,  
 ne unquam circa peccata vestra quamvis remissa  
 sine timore sitis: De propitiato peccato noli esse  
sine metu.

Equidem verum est, quod si Jubilaeum lu-  
 crumini, vobis poena temporales sint remitten-  
 dae; sed an illud lucrati estis? à tot jam annis,  
 quibus Jubilaeum promulgari consuevit, an  
 sacri estis, quod vel unicum lucrati fueritis? Pri-  
 ma ratio inquietudinis et metus.

si in sua re-  
 menti dolo-  
 ius Ministro-  
 peccatis vestris  
 iugiter: En fa-  
 a deus colunt  
 a ipse amplius  
 iavit, ad vos de-  
 remini, nec in-  
 t partimanen-  
 rorum peccato-  
 mem condita-  
 brunalibus reat  
 a ipsius debitis de  
 acta populi: lau-  
 icite obca, quod  
 tra non abis pe  
 pae nisi vobis de  
 mutatur, tunc  
 hoc val in alter  
 alia cordis illius  
 ndisset, non  
 dicat, huius  
 hunc poenite-  
 enus miserit  
 i misericord  
 absolute et in-  
 si remiserit  
 transtulerit  
 imvero idem est  
 d Deus peccata  
 ecerit. locus hu  
 in corde hujus  
 tai: non pro

Equidem verum est, quod, si Jubilaeum lucrati fueritis, poena temporales vobis remittenda sint, sed an omnes remittantur? è contrariis an non magis aut minus remittantur, in quantum licet magis aut minus contriti fueritis? id est, quod si non nisi mediocrem de peccatis vestris dolorem habeatis, erit etiam mediocri tantum haerem poenarum relaxatis, et si hic dolor plenus et abundans fuerit, haec relaxatio etiam plena et integra erit: Sacunda ratio motus et inquietudinis.

Quod si hoc de<sup>ro</sup> dubitatis, quaerite à Papa Bonifacio VIII. ipse dicit vobis, quod ille qui tantò sa-  
pius et tantò cum majori devotione Ecclesias visi-  
taturus sit, tantò magis meritorus sit: quaerite  
à Papa Gregorio VII.\* respondabit vobis id, quod  
\* Episcop. Li-  
comensi. » ad quendam Anglia Episcopum scripsit liben-  
» ter indulgentiam, quam à me postulas, tibi con-  
» cedo, sed ea lege, ut quantum poteris ex corpore  
» tuo templum mundum et sanctam habitationem  
» officias bona opera exercendo et delicta tua de-  
» flendo.

Si ergo postquam magna et multa peccata per-  
petrastis, de iis leviter tantum satisfacitis, si de  
iis mediocrem duntaxat dolorem habetis: dolo-  
rem tamen satis efficacem ad obtinendam eorum-  
dem veniam: si dum in multis corpus vestrum affli-  
gere poteris, id facere negligitis. Sub praetextu  
quod sufficiat ea adimplere, qua in Bulla praescribuntur, an integram omnium peccatis vestris debitam poenarum remissionem accipietis, et dato quod in hoc statu vos mori contingeret an rectè in coelum pergeretis? S. Carolus et S. Bonaventura, Summi Pontifices Adrianus, Alexander, Clemens, Urbanus, Cardinales Baronius et Cajeta-  
nus, celeberrimi Casuistae vobis respondebunt quod non.

Qui ergo exigunt ut faciatis quò Jubilaeum Iheremi-  
ni? volunt ut quantum vires vestrae permittunt,  
poenitentiam agatis, quae aliquantenus peccatis vos-  
tris respondeat: ut eos quas Confessarii prudentes et  
à suis commodis alieni vobis injungant, cum humi-  
li et prompta fidelitate adimpleatis: ut quantum-  
cunque severi vobis videantur, cogitatis eos Iusta-  
xat tales esse, ut vos sanent, atque in justo timore,  
quem vobis peccata vestra quamvis indulta incutere  
debant, prudentia vestra ac proprium commodum  
vestrum vos inveniunt, ne viis brevioribus et facilio-  
ribus non tantum fidatis quantum ei, quae magis  
canonica et secura est.

Beati viae Dives, quos regit coelestis Spiritus, hanc  
adeò securam viam vobis ostendunt. \*Securior nulla  
via in Ecclesia Dei unquam existimata fuit ad amo-  
vendam imminentem à Deo poenam, quam ut poe-  
nitentia opera homines cum vero animi dolore  
frequentent, ajunt Patres Concilii Tridentini.

\* Conc. Trid.  
Sess. 14.

Haec omnia verba serio ponderatis velim: Ma-  
gister viri isti non dicunt, quòd in Ecclesia Dei nulla  
unquam securior et gratior via existimata fuerit:  
Sicbant Jubilaeorum et Indulgentiarum viam bre-  
viorum et suaviorum esse. Illarum utilitatem no-  
verant ipsi, qui anathemate perculerunt omnes  
illos, qui dixerint, vel quòd Ecclesia jure non gau-  
deat hujusmodi gratias concedendi, vel quòd populo  
Christianis sint inutiles. Sed ut ut sibi persuasam  
habuerint Ecclesia auctoritatem et indulgentiam,  
tamen aspersionem nullam viam securiorem ad pra-  
vertendos formidabiles irae Dei effectus unquam  
fuisse inventam, quam haec poenitentia opera. Secu-  
rior nulla via p.

Non, nunquam securior reperta fuit, sive ut ju-  
ventur poenitentes à peccatis suis exsolvi, sive ut in  
officiis contineantur, atque iterati ipsorum lapsus impe-  
diantur. Non, nunquam securior inventa fuit, ut in  
posteriorum vigilantiores officiantur atque circumspic-

tiores. Non, nunquam securior reperta fuit, ut peccatorum suorum reliquias expiant, inveterata et mala ipsorum consuetudines contrariis virtutum actibus eradicentur. Non, nunquam securior visa fuit, ut Christo magis consentanei evadant, atque in hac humili fiducia persistant, quod per ipsum, et pro ipso patientes, etiam cum ipso gloriam sint adepturi: Nam haec sunt rationes, quas magni homines isti, qui nos nos nos se ipsos fallere possunt, circa tam sanam doctrinam attulerunt. Sed ex inter eas praecipua quam pericipiat velim.

Cur non obstantibus Jubilaeis et Indulgentiis plenariis tenemur aliquam agere poenitentiam, quae, quantum possibile est, peccatis nostris respondeat? Ideo, quia Jubilaeum et Indulgentiam supponunt justificationem peccatoris; haec peccatoris justificatio est effectus, vel perfecta contritionis, vel attritionis Sacramento conjuncta. Sive contritio sit sive attritio, hic Supernaturalis cordis humani motus semper necessarius fuit ad obtinendam peccati remissionem; iidem Concilii Patres id ipsum edicunt. Sed quid attritionis et contritionis motus exigit? Ex una parte exigit magnam fiduciam in misericordia Dei; sed etiam ex altera parte exigit votum et sincerum propositum eidem satisfaciendi, et omnia adimplendi quae requiruntur ad recipiendam gratiam Sacramenti.

Quantumvis auctoritatem Ecclesia habeat in concessione Jubilaeorum et indulgentiarum, nunquam nos eximere potest à voluntate, quam habere debemus, satisfaciendi Deo pro peccatis nostris. Si actualem hanc satisfactionem facere non volumus, Ecclesia nos ab illa eximit, hujus rei testes sunt magni peccatores illi, quos in gravibus morbis reconciliabat antequam poenitentiam, quam ipsis imponerat, absolvisset. Sed an unquam ipsos eximit à Spiritu poenitentiae, voto, desiderio, et bono proposito satisfaciendi Deo si ipsis viros suppetorant

et valetudo? Non proculdubio, si poenitentiam non  
 agebant, saltem voluntatem habere debabant  
 eam faciendi. Laboriorum operum impositis et  
 actualis Satisfactio non sunt nisi pars integrans  
 poenitentiae, sed votum, desiderium, propositum  
 Deo Satisfaciendi sunt non minus pars illius essen-  
 tialis, quam dolor de peccatis praeteritis et bonum  
 propositum ipsa ~~repetendi~~ non amplius repetendi.

Hoc supposito etiam haec obligatio iuxta S. Tho-  
 mam fundata sit in charitate, fide, iustitia Chris-  
 tiana, debet aliquando sortiri suum effectum;  
 adeo ut bonum hoc propositum, quando fieri po-  
 test, executioni mandatur. Si enim sufficeret  
 Deo obsequi ipsis dicere, quod ei Satisfacturi simus,  
 quin re ipsa id agamus: Quid hoc esset? vos ipsi  
 per vosmet ipsos iudicatis.

Quid de viro sentiretis, qui numeratas habens  
 pecunias et tempus promittens se ingentem, qua  
 vobis obstrictus est, summam soluturum, ta-  
 men non nisi asses aliquos vobis daret, an non  
 velut malum nomen illum intueremini? Et  
 si rogatus amicum cuiusdam ei aliquam summam  
 partem remisissetis, annon illum velut falacissi-  
 mum et iniquissimum hominem haberetis,  
 si non obstantibus speciosis contestationibus  
 suis, pecuniam vobis debitam in suis cistis  
 semper retineret? Quid de alio sentiretis,  
 si postquam vos speciosis verbis lenivisset, su-  
 gam caperet, atque praestantiores effectus  
 suos subtraheret, ut simulata paupertate me-  
 dium vobis auferret vestra in eum iura re-  
 petendi? an non illum fraudulentum  
 alieni avis decoctorem appellaretis? An non  
 diceretis: si eo loco res ipsius essent, ut mihi  
 satisfacere non valeret, debitum meum ipsi  
 condonarem; sed quia se pauperem simulat, et  
 unde solvat habet, quidquam de mea summa per-  
 dere mihi animus non est.

21.  
 \* Quast 84.  
 ar. 5. ad 7.

ta fuit, ut non  
 veterata et  
 ritatum et  
 ipse visafuit, et  
 t, atque in haec  
 ipsum, et pro  
 sint adp  
 a homines et  
 sunt, cura bon  
 den inter cas  
 indulgentiis  
 ententiam, qu  
 tris responde  
 e supponit p  
 toris justifi  
 is, vel attrit  
 itis sit hie  
 ni motus temp  
 ciatu remissio  
 ant. Sed quid  
 eae una parte  
 onka dei; hie  
 et hinc un  
 omnia ab imp  
 gratiam de  
 Caleria h  
 entiam, ma  
 untate, qua  
 o peccatis  
 facere non  
 hujus rei  
 in gravibus  
 tentiam, qua  
 an unquam  
 te, desin  
 is vici

Si Deus est mitior creditor, si his propitiationis  
 et gratiae temporibus, Ecclesia rogatus magnam  
 partem eorum, quae ipsi debetis, vobis remittit:  
 putabitur, vos tunc conscientiam posse. Semper  
 ipsi promittere id, quod hactenus ipsi nondum  
 persolvistis? et cum adeo magni peccatores sitis,  
 semper in ea coetate vivatis, quod sufficiat  
 intra digitos vestros rosarium versare, ter in  
 hebdomada jejunare, aliquas preces persolvere,  
 et quaedam elemosynas largiri, ut ab omni alio  
 Satisfactorio opere sitis immunes? Oportet ut  
 ea omnia quae in Bulla exprimentur, faciatis  
 non secundum vestrum sed secundum Ecclesiae  
 spiritum. At quid vult haec Ecclesia? Ut datam  
 Deo fidem servatis; ut quantum vobis est possibili-  
 ter, opera vestra Satisfactoria peccatis vestris res-  
 pondeant, ut in moderatione vestrarum peniten-  
 tiarum non abutamini gratia, quam vobis non  
 concedit nisi ea conditione ne videlicet perniciosam  
 remissione disciplina nervos debilitatis: Ne ni-  
 mia facilitate Ecclesiastica disciplina enervetur.

\* De reform.  
 Sess. 25.

Cypriana, Chrysostome, Augustine ubi estis?  
 primorum Christianorum Severitas quae invenisti?  
 In libris nostris ea reperimus, super labia nostra  
 versaris, sed saepe longe es à cordibus nostris. Severi-  
 tatem veteris disciplinae admiramur; sed subum-  
 bra suavitatum nostrae aetatis disciplina tran-  
 quillè vivimus: quasi verò veterum temporum  
 Ecclesia alia esset quam nostri aevi Ecclesia; quasi  
 verò praeteritorum temporum et praesentium  
 Christiani eundem Dominum qui est Deus, eandem  
 regulam quae est Evangelicam, eandem spem quae  
 est coelum, non haberent.

22.

Ad quid ergo erit Jubilaeum, dicatis mihi, si ab-  
 soluta exempti non sumus ab omnibus operibus pe-  
 nalis et Satisfactoriis? Ad quid erit? ad plura  
 quae ut propendatis valim. Vobis opitulabitur in  
 vestra impotentia, vos juvabit in vestra obli-

gatione ea sive in hoc saeculo, sive in altero nuendo  
 persolvendi; quae Deo debentur: Primus Jubilaei effec-  
 tus. Omnia peragere non valetis, Deus reliqua sup-  
 plabit, scilicet defectum corporalium vicium ves-  
 trarum, defectum temporis, quod vobis deerit ad  
 agenda poenitentiam flagitiis vestris ex aequo res-  
 pondentem.

Quid vobis proderit? hujus poenitentiae annos  
 abbreviabit. Iuxta antiquos Canones pro unico mor-  
 tali peccato tot anni poenitentiae; pro aliis, tot:  
 quot quot à rationis vestrae una commisistis?  
 an non ipsorum numerus capillorum vestrorum  
 numerum excedit? Etiam si ergo pluribus saeculis  
 vivaritis, Stadium hoc ut ut longum esset, forte  
 tamen non sufficeret ad explendam satisfactio-  
 nem vestrarum immensitatem. Verum vel mor-  
 bis afflicti, vel viribus exhausti, vel labore ex-  
 tenuati, vel aetate proventi, atque haec omnia poe-  
 nitentiae loco sufficerent vobis esse possunt, vobis  
 Deus ea dicit quae dicebat apud Jerichem\*: Dei \* Ezechiel. 4. v. 6.  
vobis diem pro anno, diem, inquam, pro anno dei  
vobis: diem pro anno, diem, inquam, pro anno dei  
tibi. Saecundus Jubilaei effectus.

Proderit ad magis Satisfactorias vel magis impe-  
 tratorias reddendas mortificationes et poenitentias  
 quas peragatis; ad reddendas preces vestras efficacio-  
 ras per hanc cum totius Ecclesiae precibus unionem,  
 elemosinas, jejunia, vigiliis, lacrymas vestras aptio-  
 res ad vobis conciliandam Domini commiseratio-  
 nem, qui gaudet, si sibi vis aliqua inferatur,  
 ut ex sepulchris vestris exsatis et solvamini.

Ita, inquit S. Ambrosius\*, ad misericordiam com- \* lib. 2. de poenit.  
movabitur, quando videbit lacrymas, quas multi ce  
ex fratribus et sororibus vestris propter vos effun- ce  
denti, sicuti Magdalena et Martha lacrymis com- ce  
motus fuit. Ab ipsis quaelet prout ab his duabus sor- ce  
oribus quaesivit, ubi ponistis lacrum hunc, quem ce  
ut resuritem rogatis? in quam poenitentiam ce

» dassa est? Videam illum quem ligatis ut ipsamati  
 » propriis lacrymis suis me ad misericordiam commove-  
 » at. Si populus dicat: Veni Domine et videro, veni tu  
 » qui es ramifis peccatorum, vita et resurrectio mor-  
 » tuorum, veni et introduce in regnum tuum hunc pec-  
 » nitentem peccatorem; veniet, et precibus quas Eule-  
 » sia in vestrum favorem ad ipsum fundat, comme-  
 » tus vobis concedet id quod ipsa petit. Tertius Jubi-  
 » lai effectus.

Quid adhuc vobis proderit? Non loquor de caribus  
 Episcopis et Papa reservatis, à quibus quilibet Con-  
 fessarius approbatus vos absolvere potest, nec de vo-  
 tis quae commutare potest, exceptis votis castitatis et  
 Religionis: Jubilaeum istud insuper vobis proderit  
 ad excitandam vestram erga Deum gratitudinem,  
 ad reddendas submissiores misericordiae ipsius gra-  
 tiarum petitiones, qui eorum paucorum quae pro ipso  
 facietis rationem ultro vult habere, qui postquam  
 vos diu expectavit, hos salutis dies vobis concedit, ut  
 ad ipsum conversi in amaritudine animarum vestra-  
 rum antiquos annos illos recogitatis, quos ipsum offen-  
 dendo impendistis. Quartus Jubilaei effectus.

Denique proderit ad consolandam Ecclesiam  
 probosque laetitiam afficiendos, qui insignia praeda-  
 rissima pietatis signa praebere vos cavent, per  
 peris vigi-  
 » majorem vigilantiam ad fugiendas peccati  
 » occasionem, per animosioram diminutionem vo-  
 » luptatum aut pomparum mundanarum, per fi-  
 » deliorem observationem omnium vestrorum mu-  
 » norum, per majorem collectionem in vestris pre-  
 » cibus, per magis assiduum sacrorum locorum fre-  
 » quentationem, per teneriorem cordis effusionem  
 » Super miseras proximi vestri, per severiorem tem-  
 » perantiam in cibo et potu, per magis seriam atten-  
 » tionem ad cognitionem et cultum Dei iis ingeren-  
 » dum, quorum curam ipsius providentia vobis da-  
 » mandant.

Eae Christiani id ad quod vobis Jubilaeum prode-  
 rit, et non ad vos eximendum laboriosis et despicien-

tiam afferentibus poenitentia operibus, praesertim si magni peccatores estis. Ergo agere debetis poenitentiam illam ad lucrandum Jubilaeum; arbitror me sufficienter illius necessitatem stabilivisse. Verum quamnam poenitentiam agere debetis, et in quo eam vobis suavam et facilem Jubilaeum reddere potest? Id vobis secunda et ultima hujus sermonis parte explicare conabor.

Velle his ultimis temporibus austeram primum saeculorum disciplinam revocare; velle severam illam peccata commissa inter et poenitentiam proportionem, ~~severam~~ illam quae in primitiva Ecclesia vigebat; ponere; antiquos illos canones restaurare, qui poenitentes obligabant ad jejunandum in pane et aqua, ad iura cubandum, ad cineribus se cooperiendum, ad expectandam cum probata patientia plurimum annorum spatio criminum suorum abolitionem: idem esset ac si his ultimis caducitatis Christianismi temporibus à detrita et infirma aetate exigere id quod à robusta et ad laborem indurata juventutis vigore expectatur: idem esset ac dicere Davidi ex tempore, quotam debilis et frigidus erat, ut quibuscumque vestibus tegetetur, calefieri non possit; idem, inquam, esset ac si dicere: vade et pugna contra Goliath, prosterne ursum et leones, centum Philistinorum spolia aufer.

Asperam Moralem quis amat et tuetur quantumcumque voluerit: non tamen ad desperationis extrema adducenda est. Non opus est ut quis Sisyphus hinc panem suum diluat sicut David, in sterquilinis sedeat sicut Job, cilicium induat, et cinere cooperiatur ut Rex Ninivitarum; Moralis amara et sicca, quae plerumque frustra proponitur.

Sed res prout in praesentiarum sunt, consideranda veniunt; tales quales esse ultro vult Ecclesia, tales quales haec sapientis et tenera mater

Paris 7. Ja.  
75.

consuet aptas ad filios suos à parte debitorum  
suorum liberandos per dispensationem coelestium  
thesaurorum illorum, qui ei sunt concessi, et  
quos eisdem reserat.

74.

Medicus qui aegros haec ratione debilitatos  
curat, vehementiores et magis fastidiosas potio-  
nes non semper eisdem praebet: exiguis lenimen-  
tis ipsorum amaritudinem temperare novit, ac  
malos ipsorum humores salutaribus quamvis be-  
nignis remediis purgare. Debitor, qui fatuus hum-  
tibus exitium suum praecipitavit, non semper  
cum acerbitate à suis creditoribus accipitur, pra-  
sertim quando sciunt ipsum ita sincerum esse,  
ut ipsis quod potest reddat. \* Tu debes centum ca-  
dos, olivae; accipe cautionem tuam et vende cito,  
scribe quinquaginta. Et tu qui centum coros  
tritici debes, accipe litteras tuas et scribe octo-  
ginta: bene an male agit villicus ille, de quo  
loquitur S. Lucas? ipsius praedantiam non modo  
probat, sed et laudavit Dominus, S. Lucas.

\* Luc. 16. v. 6.

Quod Ecclesia primis saeculis egit, sapientissime  
egit: quod temporibus posterioribus egit, non  
minorem denotat sapientiam. Si Jubilaeis fre-  
quentioribus factis abbreviavit vel lenivit ve-  
terum poenitentiarum severitatem, fecit id  
quod se posse et debere arbitrata est. An mu-  
tando disciplinam Spiritum mutavit? id dicere  
in Religione est blaphemia. Cum poenas pec-  
cato debitas lenivit, an peccatores à poeniten-  
tia exemit? Id credere perniciosus error in mo-  
rali est. Sed quamnam poenitentiam his pro-  
pitiacionis diebus agere ipsos oportet, ut plene  
reconciliantur? Nec mihi character nec eruditio  
sufficiens est ad id edicendum: sed ea hinc duc-  
tantur attexo, quae doctus quidam Magister ad  
Berolinum ab ipso consultus, haec de re scribit.

\* Epist. 175. alius  
280.

Quaeris à me quomodo quis debeat vivere,  
ut salutaris poenitentia ad vitam aeternam per-  
veniat: In qua haec de novi, respondet S. Au-

gustimus: Oportet ut inordinatos appetitus suos re-  
fronet, ut Sapiè carnem suam castiget nec ei con-  
cedat nisi id quò quò conservationem indigat.  
Denique oportet ut pro amore Dei et sua pro-  
pria Salute, crucis et arumnas, quas ipsius  
providentia ei mittit, patienter toleret.  
An hæc sufficiunt, Auditores, ut Jubilæum  
vestrum ritè peragatis? Ita. an nimium à  
vobis exigitur? Non. Inde ergo graviora  
munera vestra discite, et permittite ut ad  
meam potius magis quàm ad vestram eruditio-  
nem hanc excellentem regulam paulò furcius  
expandam.

Bona fide omnes queritis id, quod hoc sacro-  
tempore ad obtinendam poenarum peccatis vos-  
tris debitam remissionem conferre potest. Sin-  
cere vultis ea omnia cum gratia Dei qua potes-  
tis peragere ad placandam ipsius justitiam: Hæc  
ad id, juxta S. Augustinum, sunt vera media. Cu-  
piditates vestras refranate, primum medium;  
carnem vestram cohibete, et peccatis, qua com-  
misistis contrariarum virtutum actus opponite,  
secundum medium; cum resignatione Status vos-  
tri at conditionis, crucis tolerate, et in spiritu  
poenitentiae afflictiones, quas Deus vobis mittit,  
suscipite, in tertium medium.

Refranate cupiditates vestras; hinc incipien-  
dum est. Holopherni caput amputate, et exerci-  
tus ejus gravi dissipabitur. Reboriamini Goliath,  
quamprimum illum prostraveritis, Philistini in  
confusione recedent. Scius quantorunque exte-  
riores poenitentias agatis, ad quantaecunque auste-  
ritates vos condemnatis; erunt infructuosæ poe-  
nitentia, austeritates, et macerationes inutilis.

Corpus vestrum pro abstinentia tabescit, et  
cor vestrum superbia inflatum erit, ait S. Hiero-

nyimus. Vinum bibere recusatis, et Stulta vestri ipsorum existimatio vos inabriet? Vestra lingua delicatos cibos attingere non audeat; et sibi libertatem tribuat infamia notandi eos, qui vobis displicent? Regulam unam manu tenetis, et aliam nasum ocludatis? Solitario illi similis, qui asperis cilicis corpus suum macerans, à tam sordida avaritia se regi patiebatur, ut veritus ne raesmos quosdam ad se venientibus dare cogaretur, nullum apud se recipiebat hospitem.

29.

Inde inferno, quod austeritates corporales sint inutiles, effert consequentia temeraria et falsa; sed concludere, quod à corde et inordinatorum appetituum mortificationis sit incipiendum, sine qua austeritates haec nihil proderunt, est consequentia rationi consentanea et justa.

Benivolentia illustres, qui in molitici saeculo veteres Thebaïda Solitariorum austeritates renovate, sitis benedicti; raras virtutes vestras satis laudare non valeamus. Sed quantum ad vos, qui exteriora patere lavatis, quin interiora mundare curatis: quantum ad vos, qui in carnem vestram lavatis, quin cupiditates vestras comprimatis, non possumus non vestram deplorare locitatem. Cur non statim ad mali fontem non abitis? cur justae Dei vindictae non devoratis Agagillum Amalecitharum Principem adhuc flagitiosorem, quam sit plebscula illa, quam interuisione delatis?

Quasdam forte cupiditates vestras forte reprimitis, sed cavete ne id faciatis, ut aliis quae vobis sunt chariores, adulesmini, ferme sicut Aferus, cui Bersa odium Vasti ingesserunt, ut ad aliarum mulierum amorem illum inducerent. Fortè ad pedes Crucifixi hegetis; sed mammaritis, quod quambien psuata vestra vobis dominabuntur, non sint nisi lacryma steriles et simulata. Vindicta plorat; sed sunt lacryma furoris. Avaritia plorat; sed sunt lacryma usurarum. Incontinentia plorat; sed sunt lacryma impunitatis. Invidia plorat; sed sunt lacryma

ryma indignationis et rabiei. Philistaei videro vos Idolo  
Bagon lacrymas in sacrificium offerentes, sed nullam vero  
Deo, inquit S. Hieronymus. O quot perditas lacrymas! O quot  
sine fructu lacrymas!

Gymnosophistae Aegypti non nisi pomis, pultâ et ori-  
za vivebantur: sed sub hac exteriori abstinence per-  
niciosa cordis corruptio abscondebatur. Mali fontem,  
inquam, adite statim: cupiditates vestras comprimite  
et ut ut sint indociles, eas austerâ Evangelii legi sub-  
jicite. Vos puellas et mulieres illi amoris proprio et  
vestrarum personarum idololatria renunciate: Vos  
ejusdem artis et professionis viri occultam invidiam  
illam, quae animam vestram rodit, christiana charita-  
te devovete: Vos cavillatores et maligni benè dicitis de  
eis, quorum nomini detraxistis: vos qui sumtus et lau-  
ditias amatis, illos et hos minere incipite, ut ad ho-  
nastam frugalitatem redigamini.

Quando vos ab incommoda purgine sanare vultis,  
non adeò necessarium est ut balneo utamini, quam ut  
Sanguinem purificatis, inquit S. Franciscus Salensis:  
et ut salutarem poenitentiam agatis, quamvis bonum  
sit vestram carnem mortificare, propriis vel maximè  
interest, ut corda vestra purificetis et mundetis, addit  
pater iste in spiritali vita Magister. O quantas gra-  
tias recipietis si ab hoc incipiat! O quam suaves vobis  
erunt externa mortificationes, si ante omnia cupi-  
ditates vestras comprimere studueritis!

Quamprimum exemplo Sponsae, castum Sponsum  
velut signaculum super cor vestrum posueritis, brevi  
illum inter brachia vestra suscipietis. Quamprimum  
Dei crucifixi amor animabus vestris insculptus erit,  
brevi se cognoscendum præbabit per mortificationes  
exteriores, quarum brachia sunt symbola. Mortifica-  
te ergo cupiditates vestras, sed neque etiam oblivis-  
camini carnem vestram comprimere, indomitum manci-  
pium istud in servitutem redigere, peccatis vestris con-  
trariarum virtutum actus opponere, secundum medium

26.

salutarem agendi poenitentiam, ut vobis in jubileo benedictionum et gratiarum plenitudinem conciliatis.

Care nimis frequenter et nimis obstinate rabalis sine misericordia tractanda es; corpus infanctum tot delictorum instrumentum, indocile et seditiosum mancipium, te catenis onerari oportet; sed quis hoc faciat? poenitentia et severitas christiana, inquit S. Augustinus: poenitentia expiationis, ad satisfaciendum peccatis praeteritis; poenitentia praecautiois, ad prevenienda futura peccata; poenitentia reparationis ad virtutes christianas iterum ex loco collocandas, unde peccata ista illas expulerunt.

Quid in causa fuit quod Deum offenderitis? An intemperantia et lauta mensa? rescindite illam, vescamini cibis communibus, edite ut vivatis et non vivite ut edatis. An vini immoderatio? bibite parum, et aquam, quam ei misceritis, illius vim et voluptatem temperate: imprimis potatoros illos et parasitos devitate, qui vos ad has intemperantias impulerunt. Si frequentia jejunia non laevi vos incommodo afficiunt, paulo amplius jejunate quam Ecclesia vobis praecipiat: sic carnem vestram reprimetis: sic mentem vestram ad Deum attollendo eam ad orationem efficietis paratorem: sic eximiam virtutem acquiratis, ac ea est, quae appetitum sensualem legi mentis subicit, et ut apposite ait S. Franciscus Salesius, quae obliquit ipsam in gluriam.

An otium et amor quietis? ita bene tempus vestrum disponite, inquit S. Hieronymus, ut demon semper occupatos vos inveniat: sive manibus, sive mente, semper aliquid facite, vos viri munera vestra vel commercium vestrum habetis; vos mulieres rem domesticam et liberorum vestrorum educationem curatis. Vos qui adhuc estis liberi, otium fugite, mille minutis dies illos, quos negligens indolentia vestra malos efficit, rescindite. Sape nescitis ad quid tempus impendere debeatis; sed Deus suum capere sicut ad vobis menses et annos illos, quibus abusi fueritis, exprobandum; Volabo adversum vos tempora.

Si mulierum commercium, perversa contubernia, quaedam amicitia vel fatua vel voluptaria peccatum vestrum fuerunt? expellite Agar cum suo Ismaele; viris probis consuescite, quorum actiones et sermones vobis virtutis exemplum praebant; velut pestilentiam infectos fugite illos et illas, quorum atque quorum mores depravati sunt, diligite silentium et solitudinem, non solum solis necessariis occupati, ceteris omnibus magnanimitate renunciate.

Si salus vestra vobis cordi est, sufficienter me suffragari arbitror; vosmet ipsos examinando facile suppletis ea, quae ego fusius adducere potuissem: Solummodo ultimum attaxo medium salutarem his remissionis et gratiae temporibus agendi poenitentiam: medium quod mihi ad maiorem momenti videtur, ut nullus ex vobis sit, qui utiliter esuri non possit: medium quod providentia et misericordia Dei vobis omnibus offert: medium salutarem et efficax, quo, juxta mentem S. Augustini, veram Dei pacem adipisci potestis, in spiritu poenitentiae suscipiendo sive poenas a statu vestro inseparabiles, sive alias crucis quas vobis immitit.

Stringite vobis quantum placeat vitam statum atque conditionem aliquam, semper ibi laboriosa quae implantur munera invenistis. Quantus labor Magistratui qui munus suum ad spiritum Evangelii exigere intendit? publicorum negotiorum inquisitioni addictus, se ipsum fere totum sibi ipsi furari cogitur; oportet ut alienis non fidens oculis verum à verisimili, quantum potest, discernat; ut de incertis vel minus ambiguis factis judicans à praecipitatione et impostura sibi caveat.

Quanta molestia et quantus labor patris familiaris alicujus? foris occupatus magis adhuc intus, mentis vel corporis labore exhaustus, vix respirandi tempus habet: educatione liberorum suorum, cura domesticorum suorum oneratus, saepe cogitur omnibus invi-

gilare, omnibus providere, in omnia inquirere, unde Magnus Apostolus absque ulla hesitatione dicit, quod si talis essentialia Status sui munera negligat, infideli sit Interior.

Quanta curarum multiplicitas et vastitas, non dico pro vobis, vos matros otiosa vel amatoris blandimentis deditas, matros vanas et luxu addictas, sed pro matribus illis christianis, quae velut mulier fortis illa, maritorum suorum fiduciam, liberorum suorum observantiam et laudes sibi conciliare desiderant? Deum timere, et per hunc timorem in continua sui ipsius diffidentia vivere, prudenter omnia disponere, plantare et colere vineam, quarere lanam et linum, apprehendere fusum, servis et ancillis invigilare, os suum aperire sapientia, et in lingua habere legem clementiae, manum aperire inopi, et palmas suas extendere ad pauperem. Quanta, inquam, curarum multiplicitas et vastitas?

Christiani delicati frustra de hac negotiorum vestrorum servitute conquerimini, potius intue mini illam velut presentissimum et aptissimum medicum, quo vos à debitis vestris erga justitiam divinam liberatis. Ultrò vobis rationem reddere vult rei ipsiusmet à qua alias vos eximere legitimè non possotis. Ultrò satisfactionibus, quas ipsi debetis, dies et horas illas, ubi quidpiam quietis et voluptatum vestrarum vestri status functionibus pro ipso sacrificabitis, admonere vult. Ideà diligentia et fidelitate, quam à vobis exigit, adimplete, nunquam creditorem ita commodum et indulgentem invenistis ac illum.

Tanta est divinae munificantiae largitas, ut non solum poenis sponte ~~imponit~~ à nobis pro vindican-

Qua alia consolationis causa, et quod majus Dei bonitatis et amoris, quo nos complectitur, argumentum, quod sciamus nos posse illi satisfacere non solum voluntariis mortificationibus nostris, non solum poenitentibus, quas ipsius Ministri nobis imponunt, sed etiam crucibus

et afflictionibus, quas nobis immittit, inquirunt Patres  
Concilii Tridentini? Ultimum sed excellens Jubilaeum  
vestrum ritè paragendi medium.

Ubi homo ille, quem aliqua adversitas non pulsat?  
Modò est perfidia protervi amici, modò vexatio impla-  
cabilis inimici. Hic litigiosus et usurarius qui nos spoliat:  
ibi vicinus vel consanguineus nos inquietat. Hos febres,  
languores, paralises opprimunt, istos incendia, bono-  
rum jactura, sortis et foenoris obnuntiationes radigunt  
ad incitas. Dantur qui sunt ageni, qui contumelias  
laevantur et contemuntur. Dantur qui quamvis  
apud alios in honore sint, divitiisque affluent, tamen  
nec quiete nec sanitate gaudent; Sunt quibus tetrica  
mariti indoles, effronata filii licentia et indocilitas gra-  
vam parit molestiam: alios suppositio et abolitio affi-  
cii, vanitas et fatui uxoris sumentus affligunt. Verbo  
quisque suas poenas et coenas habet; Sed etiam quisque  
in suis poenis et coenis invenire potest, unde peccato-  
rum suorum reliquias coram Deo expiet.

Coram Deo, inquam, qui tam bonus est, ut satisfactio-  
nis loco id ultro accipere velit, quod vobis necessario toler-  
andum esset, dummodo in spiritu poenitentiae et resigna-  
tionis ad ipsius voluntatem id toleretis. Vis, o mi Deus,  
ut pauper sim, id et ego volo: Si habere bona, illa ala-  
mosinis meis in opera satisfactoria converterem: Sed quia  
id praestandi viam mihi proclusisti, fiat sancta volun-  
tas tua. Si proventus et hereditates habere, prout alios  
habere video, magis quieti meae indulgerem, Sed quia ut  
liberis meis pacem lever, oportet ut in sudore vultus  
mei laborem, ultro huic labori me subijcio, quam in  
satisfactionem peccatorum meorum tibi offero. Si firmio-  
ri valetudine essem, quam re ipsa sim, corpus meum  
abstinentiis et jejuniis attorarem: Sed cum aetate pro-  
vexus et infirmus sim, suscipe gratanter Domine levas  
poenitentias illas, quas Ministri tui infirmitates meas  
miserati mihi imponunt.

Si loqui vos oportet, chari Auditores; haec enim magna  
ratio est ritè paragendi Jubilaeum vestrum: felices, si ut

De peccato susceptis,  
aut arbitrio Sacer-  
dotis pro mensura  
delicti impositis,  
Sed etiam quod  
maximum amoris  
argumentum est,  
temporalibus fla-  
gellis à Deo in-  
fluctis, et à nobis  
patienter toleran-  
tis apud Paumba-  
tram per Christum  
Iesum satisfactio-  
nem valeamus.  
Sess. 14. De Poenit.  
c. 9.

illud hucemini, vos intus comparatos sentiat ad has à me vobis primum indicatas condiciones adimplendas. Ut ut exigua sint, quae Deo daturi estis, iis magis contentus erit, quam forte alio tempore contentus esset.

\* Isai. 10.

Cum non plus facere possitis, quam se ipsa faciatis, imbecillitatem vestram ulterius supplere vult. Consolamini vos, hinc vos apud Prophetam suum alloquitur, qui residui estis de domo Israël et Jacob, salvabimini. Auferantur onus Aspur de humeris vestris, et jugum quod vos opprimebat computrescat. Quamprimum vos sub manu Dei humiliaveritis expariemini, quod cum majori bonitate et indulgentiâ vobiscum acturus sit, quam arbitrati fueratis; et quod poenitentia jugum levius efficiat, gratiam suam vobis dabit, cuius ope ea diligetis, quae magis reformidabatis.

Ut ut profunda et venenata sint plaga vestra, inveniuntur benigni et periti medici in Israël: ipsos consulite, et quae vobis dicent, facite. Poenitentis, quas vobis injungant, alias quas vos ipsi vobis imponatis addite. Denique omnia adhibete, quae salvemini; labores nempe quos in vestris negotiis offendatis, cruces et amaritudines laboriosa vitae et adversitatibus distraite.

Caput manum plenum est rore.

\* Plinius lib. 12. c. 14.

Capiti Sponsi noctis rores undique diffuebant, sed etiam manus Sponsae myrrha plenae erant. Arbores à quibus haec myrrha prodit, eam statim per poros suos ejiciunt, ut ajunt rerum naturae indagatores\*: sed quia tenuiter egreditur, punguntur haec arbores, illarum cortices pluribus in locis finduntur; hisque reiteratis incisionibus abundanter effluit.

Vestra voluntaria mortificationes erunt haec prima myrrha, quam Iesus Christus coelestis Medicus ille vulneribus vestris adhibebit ad vos sanandum; sed quia tenuiter fluit, ex illa compendium facite, quae ex salutaribus incisionibus illis distillat, quae à benignâ et paternâ ipsius manu accipitis statûs et conditionis vestrae poenis crucibus et afflictionibus, quas vobis mittit. Postmodum non nisi pacem vobis loquetur, eritis populus ejus, et ipse erit Rex vester, vos eritis Sancti ipsius, et ipse erit Salvator vester: si qua ubi feceritis ea, quae à vobis exspectat, quae

Speratis ab ipso accipietis, pacem scilicet et mercedem  
aeternam.

Pro  
Conclusionem Jubilaei.

Sermo Primus.

Et vos mundi estis, sed non omnes. Joan. 13.

28.

Haec sunt verba quibus Iesus Christus Apostolos suos  
allocutus est, postquam ipsorum pedes lavarat. Verba  
quae magnam consolationem et laetitia afficere debent  
eos, qui ipsius gratiam hac externa ablutione figura-  
tam receperant et conservaverant; sed etiam verba quae  
terribili consternatione illum percellere debent, qui  
postquam cor suum demoni aperisset, in sua anima in-  
visibilem corruptionem gerebat, quamvis externè lo-  
tus et mundatus sicut alii appareret: Verba quae  
horum discipulorum, de quorum munditia amabilis  
ipsorum Magister tam honorificum reddebat testi-  
monium, felicitatem denotantia eisdem humilem  
in ipsius infinita bonitate fiduciam inspirabant;  
sed etiam verba, quae hypocritam et perfidum Judam,  
qui cum nominarent, designantia, illum, si infor-  
tunici sui sensum cepisset, in lethalem dejectionem  
conjicere poterant, ipsum, qui inter selectam turbam  
medius, iniquo cordis sui affectu omnes salutis sibi pra-  
cluserat vias.

Haec ipsa met verba sunt, quae ideo selegi, quod ap-  
tissima mihi visa fuere ut vobiscum gauderem, vos ani-  
mae sanctae, quae peccati servitute et poenis ipsi den-  
bitis liberatae hoc Jubilaei tempore novam purita-  
tem coelestium aquarum, quas Iesus Christus invisi-  
biliter super vos effudit, virtutem recepistis. O quam  
felices estis vos fideles tam boni Magistri Discipuli,  
utinam dicere vobis possim: Et vos mundi estis.

Sed etiam alia verba, quae haec immediatè  
sequuntur, quibus vos compellere cogor, infideles ani-  
mae, quae, quia his ablutionis et salutis diebus praepa-

rationes necessarias ad merendam hanc magnam gratiam non attulistis, immunde et horribiles coram oculis Dei apparetis, qui quidquid tenebrosum est illuminans, et quidquid occultum est penetrans et discernens vobis hodie adhuc dicit: Si aliqui mundi sunt, tamen non omnes sunt; vos ipsi mundi non estis. Et vos mundi estis, sed non omnes.

Si saltem inter vos non esset nisi unus Judas, si in Noë familia non reperiretur nisi unus Cham, si inter tot fatuas virgines, quæ oleum sibi non comparavere, etiam tot essent sapientes, quæ gratiam possidendi certum sponsum sponserantur: Sed hæc inter duodecim Discipulos quàm terribilis Judarum numerus! In familia Noë, quot filii reprobi et maledicti! Inter illos et illos quæ sponso obviam venient, quot quibus dicit: Non novi vos? Et vos mundi estis, sed non omnes. Valdeque timeo ne horum numerus aliorum numerum longè superet. Gratia Jubilæi aliquibus concessa, gratia Jubilæi innumeris aliis denegata: quantum discrimen! Misericordia Dei mei tu me consolaris; justitia Dei mei tu me teras: In tam insolita inæqualitate, quamam erit, Fratres mei, Sors vestra et mea?

29.  
Divisio.

Gratia Jubilæi si et hoc integrum propositum meum est: adeo magna gratia est, ut non satis estimari possit felicitas eorum, qui illam receperunt; prima propositio. Gratia Jubilæi est gratia, quæ à tot rebus pandet, ut merito credi possit, quod pauperrimi illam receperint; secunda propositio. Vos qui hanc gratiam recepistis, gaudete, mundi estis, Et vos mundi estis. Vos qui eam recepisse putatis, vos ipsos seriò examinato, et tramite, nam non omnes mundi sunt, Sed non omnes. Si in hujus Sermone contextu paulò duriora et molesta occurrant, hæc à me aequè ad meam quàm vestram conditionem proferri credatis velim.

Parti Ma.  
30.

In quoniam statu eratis, Fratres mei, et quid pro Deo facistis, ut tantam gratiam, qualis est gratia Jubilæi, reciperetis? Quot hominibus hæc, quam

aucepistis, gratia denegata fuit? Quid lucrati estis, si ad eam recipiendam omnes necessarias dispositio- nes attulistis? Ecce tres validae rationes, quae vos in- ducunt ad latendum in Domino. Est gratia merè gra- tuita, est gratia quae vobis est velut personalis, est gratia plana et integra. Et vos mundi estis.

Sic Jesus Christus ad Apostolos loquebatur; sed quonam tempore et ad quale propositum? cum conside- rabat, quod Pater suus ipsi omnia tradidisset, cum suae potestatis cogitatione totus occupatus erat, cum sciret totum quod vallet bonum se prestare posse, et aeterna gratuita bonitatis suae signa ipsis dare medi- tabatur, ut cognoscerent, quod postquam illos teneret dilexisset, ipsos usque in finem dilecturus esset.

An non jam dicere possumus, quod hoc sit ipsius consi- lium in concessione Jubilaeorum et Indulgentiarum, quae supremam ipsius potentiam et infinitam charita- tem pro principis habent? Sed ulterius progrediamur, vel potius inde huius magni momenti veritatis docu- mentum capiamus.

Quando Jesus Christus Discipulorum suorum pedes lavat, videtur quod in mystica hac caeremonia solus agere affecterat, inquit Theophilactus\*. Neminem sumit, sive ut pelvem teneat, sive ut aquam afferat, sive ut supra pedes illorum illam effundat, sive eos ab- stergat: ipse solus huius omnibus muneribus, quae chari- tas sua ipsi inspirat, vult se fungi. E mensa surgit, ait S. Joannes, vestes exiit, et accepto lintes, se illo cingit, postea infusa in pelvem aqua incipit lavare pedes Dis- cipulorum suorum, et lintes quod tenebat erigere.

\* In c. 13. Joan.

Excellens imago eorum, quae hoc Sancto Jubilaei tem- pore peraguntur. Si peccatores lavantur in Sacramen- to poenitentiae, Sacerdotes Domini, vos non nisi Mi- nistri ipsius estis, non agitis nisi ex potestate quam vobis concessit, et in hac ablutione vi mandati ipsius absolutos remittitis.

31

Si cibo coelesti pascentur, tunc corpus ipsius mandu- cant et sanguinem bibunt. Ipsemet se vis, dat, ipsemet

eos suis inspirationibus urgat, ut poenitentia tribunalia sacrumque mensam accedant. Fide cogitationes, motus sancti, conversionis desideria, preparationes necessariae ad recipiendas quas offert gratias, omnia ab ipso proveniunt: ipsius omnipotentia necnon gratuita bonitas eorum vera sunt principia. Per ipsum absolvimur, reconciliamur, pariamur, à peccatis mundamur, à poenis ipsorum eximimur. Nisi enim nos lavaret, nunquam haberemus partem in regno suo, prout S. Petro dixit.

Igitur per ipsius infinitam et gratuitam bonitatem tot tantisque nos cumulat gratis. S. Paulus incestuosum Corinthium absolvit, vibratam in eum solvit excommunicationem, absolutionem à peccato suo et à poena quae morabatur ipsi impertit: Sed ultrò vult ut sciatur, se Ministrum duntaxat esse hujus reconciliationis, et id quod dedit, in persona et nomine Jesu Christi se dedisse. Si quid donavi in persona Christi donavi.

Suprema Dei nisi potestas, tu nos sustinas: te vocamus Magistrum et Dominum, et dicis, quod merito te ita vocamus, cum tu ipse Magister et Dominus noster sis. Sed bonitas tua est, quae nos praevenit sine ullo ex parte nostra merito, quae non obstantibus nostris demeritis et peccatis nos quaerit, quae à tot sordibus, quas contraximus, nos lavat. Bonitas plena sollicitudine et tenerritudine, quae nos ubi te fugimus persequitur, quae nos ubi ad te redimus illuminat et amplectitur.

Si desideriosi sumus, nos animas: Si afflicti, nos consolaris: Si pauperes, nos ditas: Si ignari, nos instruis: Si infirmi, nos portas: Si ad tibi satisfaciendum impares, thesauros tuos nobis aperis: Si ex nobis ipsis tibi munera, quae te placent, offerre non valeamus, tu ex tuo nobis donas unde tibi sacrificemus, et te placeamus.

Sed quot hominibus adeò magna gratia denegata fuerunt? Secunda circumstantia, quae Jubilaei gratiam nobis pretiosissimam efficit. Enimvero ut tot infidelium milliones in tenebris et umbra mortis sedentes tot haereticos et schismaticos, qui à verâ Ecclesiâ separati

Sunt extra salutis viam et ab aeterna hereditate exclusi, taceamus, quot sunt peccatores, qui Sacramenta Jesu Christi suscipientes illorum spiritum et gratiam non accipiunt? Quot pseudo devotis et christianis corruptis coeamulum, ubi sponsus est, claudetur sicut fatuis virginibus? Quot qui ligatis pedibus et manibus ejiciantur in tenebras exteriores, velut infelix ille, qui intravit ad nuptias non habens vestem nuptialem?

Quidquid placeat hac de re cogitata: Quod me spectat cum exiguum numerum verorum fidelium, qui jubilantur herati fuerint cogito, illos velut racemos intueor, qui vigilantem vindemiatorum perquisitionem fugerunt, vel sicut tritici spicas illas, quae prout ab invicem in agro post messem repariuntur: prout loquuntur Jeremias et Michaeas. Ipsos intueor, ut alius ex S. Scriptura ceteris comparationibus utar, velut frusta terrae super quae cadunt voluntaria pluvia illa, quibus Deus hereditatam quam sibi asseravit, irrigat, vel sicut titiones, qui ab uni versali incendio vix extracti fuerunt.

Sicut qui colligat in autumnis racemos vindemice. Non est volens ad comedendum. Michaeas, c. 7. v. 5.

Amos. 4.

33.

Hinc ergo duo admiramini, quae ut cum omni debita attentione consideratis vult S. Paulus? Severitatem Dei ex una parte, et ipsius bonitatem ex altera. Vide illos qui lapsi sunt, et qui forte nunquam surgent. In eos qui ceciderunt, Severitatem: ipsius bonitatem erga vos, si in statu, in quo haec bonitas vos collocavit, firmi steteritis. In te bonitatem Dei, si permanseris in bonitate.

x Rom. ii.

Ipsius Severitatem, tot infelices in sopore quo dantur, relinquendo; ipsius bonitatem, exiguum quem sibi servavit, numerum laudum gratiae. Suae electionem salvando. Ipsius Severitatem, adversus ramos illos qui fracti fuerunt, nec nisi ad ignem apti sunt; ipsius bonitatem, erga illos qui super oleam sativam manserunt, et qui sicut qui ex illius radice prodeunt nutriuntur. Vide bonitatem et Severitatem Dei. Haec dua res semper vobis sint praesentes; una proteriam alterius infinitè auget, et ambae continua fervoris et amoris Dei fomentum vobis praebent. Severitas justitiae ipsius, quae in vos non incidit,

exsuperantia bonitatis ipsius, quae gratis suis vos cum-  
mularit.

Quanta praedilectio! quam favens aestimatio! Quae  
misericordia et salutis quanta bona vobis conciliatis!  
Ita, Fratres mei, vos, ut cum Moyses loquar, estis Spe-  
cialis populus ille, quam Deus pro innumeris aliis  
elegit, non quia illos numero et meritis superatis,  
sed quia vos dilexit. Ut his ei populus peculiaris non  
quia cunctas gentes numero vincebatis, sed quia di-  
lexit vos Dominus.

In hac electione quam rara privilegia! quam  
gloriosa distinctiones! Hinc illi respectus quos pro vo-  
bis habere voluit, imò cum illorum indignissimi era-  
tis. Hinc frequentes illa sollicitationes, ut ad eum  
rediretis atque ab ipsius liberalibus manibus vinum et lac  
illud reciperatis, quod vobis absque ulla ferè commutatione  
offerebat. Hinc incitamenta illa, ut vos ad officium re-  
dire cogeret, vehementissimas proclivitates vestras op-  
pugnando, cupiditatem vestram legi suae subijciendo,  
cor vestrum versus sancta mandata sua convertendo,  
vos vobis quodammodo invitis ab incendio in quo sine  
ipsius auxilio perituri eratis eripiendo.

Absque ulla com-  
mutatione vi-  
num et lac

\* Genes. 29.

Dico, quodammodo vobis invitis, enimvero, cui ap-  
tius ea quae hoc saeculo Jubilaei tempore fiunt, compa-  
ram quam ei, quod olim Patriarcha Loth evenit, quò  
è Sodoma educeretur: Surge, dixerunt ei Angeli, quos  
Deus ad eum miserat, ne parcas in ruina civitatis hu-  
jus. Primum divina praedilectionis erga hunc Pa-  
triarcham signum. Sed cum hi Angeli advertissent,  
quòd ipse simularet eos se non audire atque semper  
differret, nec non in medio periculi aqua tranquil-  
lus permaneret, ac si nihil sibi timendum foret, ma-  
nu apprehensum ex hac execranda terra educerent,  
Iam innumera miserorum multitudo ignis et sub-  
phuris pluvia à caelo labante interim consumitur:  
Eduxerunt eum et posuerunt extra civitatem.  
Secundum signum praedilectionis et aestimationis.

Proasmin  
hinc dicitur  
la comparate  
tris veni  
torum cum  
ria monita  
tia quam ad  
iporum exho  
similes imò u  
es auscultab  
tur: diffinim  
sive conscien  
albeit, ban  
vincens, i  
montem colle  
la. Et hoc ar  
tiam grati  
malem, sed  
gram.  
Dantur  
corrigendi  
lia quas ple  
fuit; vel si  
tur miserie  
lenordia q  
mucipat: i  
tut gratia  
parata, et a  
tit, sed etian  
Sunt tempore  
Beati dicit  
aquis movet  
quam habua  
um, qui in e  
Beati dicit à  
nae fructum  
profere, at u  
et Israel no

Nataomini, vos Christiani, an non quid simile  
 hisce diebus respectu vestri evenit? Hae de cau-  
 sa comparate officiosas Dei invitationes cum vos-  
 tris veniibus, benignas sollicitudines ipsius Minis-  
 trorum cum injuriosis dilationibus vestris, Saluta-  
 ria monita quae vobis dederunt, cum vestra repugnan-  
 tia quam ad ea sequenda habebatis, vehementes  
 ipsorum exhortationes cum molli indolentia vestra:  
 Similes imò culpabiliores quam loth, aqua gelida  
 eos auscultabatis ac si nec vobis nec de vobis loqueren-  
 tur: Disimulante illo. Sed tandem gratia vos ad  
 serio conscientia vestra statum perpendendum vos  
 adduxit, benigna et omnipotens manus vos eripuit  
 ab incendio, <sup>non</sup> innumerati alii periere: Eae supra  
 montem collocati estis, latamini at extote fide-  
 les. Et hoc est quod suspicio non solum velut gra-  
 tiam gratuitam, non solum velut gratiam per-  
 sonalem, sed etiam velut gratiam plenam et inte-  
 gram.

Dantur gratiae quas Deus, secundum nostrum  
 concipiendi modum, concedit tanquam bonus, et  
 alia quas plenis manibus effundit, tanquam magni-  
 ficus; vel si vultis, ut me aliis terminis explicam, da-  
 tur misericordia communis et ordinaria, et mi-  
 sericordia quam David magnam et abundantem  
 munerat: et in hac ultima specie considerari po-  
 test gratia Jubilaei, ubi Deus non modo commissa  
 peccata, et aeternas quas merebantur poenas remit-  
 tit, sed etiam charitatis suae excessu nequie-  
 dem temporales justitiae suae debitas repatit.

Beati dies ubi magni consilii Angelus piscina  
 aquas movet, majorémque eis virtutem tribuit,  
 quam habuerint veteris piscinae aquae, quae uni-  
 cum, qui in eam descendebat, hominem sanabant.  
 Beati dies à propheta Zacharia praedicti, ubi vi-  
 cea fructum suum ferre debebat, terra grana sua ut  
 proferre, et caeli rocas suos effundere; ubi domus Juda  
 et Israël non nisi benedictionis objecta esse debe-

34.

» Cant. Beati dies, ubi Propheta iste prouul futura  
 » penetrans, jam à longè praevidabat populos, qui  
 » Sanctâ pietatis emulatione et extraordinario re-  
 » ligionis fervore sibi invicem dicebant: eamus et  
 » offeramus preces nostras coram Domino, et ubi om-  
 » nes respondebant: libentissimè, nos etiam vobiscum  
 » ibimus. Eamus et Deprecemur faciam Domini: va-

\* Zachar. 8. » Idem etiam ago.\*

Vobis hîc, Auditores, representatis ea, quae his ul-  
 timis diebus evenerunt, prodigiosam illam fide-  
 lium multitudinem, qui extraordinariis pieta-  
 tis motibus misericordiam Domini in nostris  
 templis implorare, ei obsequia sua praestare,  
 veras necessitates suas exponere, et, ut cum  
 dicto Propheta loquar, Semen pacis colligere  
 venerunt.

35.

Olim aqua caeli non nisi guttatim, et in certa  
 loca deidere videbantur, sed in anno Sancto totam  
 terram christianam irrigant; est universale Jubi-  
 laeum. In veteri lege olim tres tantum numera-  
 bantur civitates refugii cis Jordanem; sed postmo-  
 dum sub Jorâ tres adhuc aliae trans hunc fluvium  
 fuere: Naturalis admodum figura diversa agendi ra-  
 tionis quam Ecclesia primis saeculis, et his ultimis tem-  
 poribus inuit. Initio Indulgentiae, Spiritualia refugia  
 illa, rariores erant, sed postmodum communiores effe-  
 ta sunt: cur hoc? en illud.

Quando populi sunt divites, non opus est, ut Prin-  
 ceptus thesauros suos aperiat, ut illos eorumdem parti-  
 cipos efficiat. Quando triticum habent in abun-  
 dantia, necesse non est ut ex suis apothecis profaret,  
 quò ipsis in fame sua opituletur. Sed quando egestas  
 et fames sunt summae, tunc arbitratur bonitatem,  
 clementiam, regiam magnificentiam suam exhibe-  
 bandam esse.

Ecclesia Dei mei, etiam ex hoc principio primis  
 saeculis tam rarè hos apothecas et thesauros aperie-  
 bat, quorum dispensationem tibi Dominus concessit.

didit. Filii tui, fere omnes erant divites et robusti; sed nunc cum sint pauperes, debiles, aere alieno orati, quid melius agere potes ad demonstrandam ipsis tuam commiserationem, et clementiam, quam ut identidem ipsis suavia suppedites medicamina, quibus se in suis infirmitatibus sustineant, atque alienum dissolvant?

Olim omnes fere mundi erant; non pauci levissimas suas culpas lavabant in sanguine quem super foras pugnata fundebant; alii à peccatis suis se purificabant in longa et amara poenitentia aquis; at hodie dum res aliam induerunt faciem, et utinam dubitatum, quod Summus Pontifex visibile Caput nostrum concedit, ansam praebeat de ipsis dicendi, quod sint mundi, Et vos mundi estis: Equidem aliqui mundi erunt, sed non omnes.

Insolita verba, et quae immo magno pavore eos percussura debent, qui ad ea attentionem faciunt! Gratia Jubilei est adeo magna gratia, ut illorum felicitas satis aestimari non possit, qui illam receperunt: sed gratia ista à tot rebus pendet, ~~atque merito non potest~~, et tot obstacula ei opponuntur, ut merito credi possit, quod paucissimi eam receperint. Vos qui eam possidetis latamini, mundi estis, Et vos mundi estis. Verum id adhuc semel repeto, nec satis hanc secundam veritatem urgere possum: non omnes mundi sunt, sed non omnes.

Quando post furtum aureae regulae, et pallii coccinei, Sors misa fuit ad Sacerdotis hujus caenam detegendum, universus Israëlis exercitus terrore commotus fuit. Quando Iesus Christus Apostolis suis dixit, quod unus ex ipsis illum esset traditor, omnes inquieti et consternati exclamaverunt: Magister nunquid ego sum? Et in Saulo ubi corruptio est universalis, quando nobis dicitur, quod si aliqui ex nobis mundi sint, non tamen omnes; quam tranquillitate adeo fatalem exceptio-  
nem audire possumus?

In toto exercitu Sors in solum Achab cecidit, inter Apostolos solus Judas fuit; sed praeter sanctas quasdam animas,

pars 2<sup>a</sup>  
36.

quae hoc gratia tempore Sacramentorum gratia mun-  
data fuerunt, quot alia reperientur, quae munda non  
sunt? Maximè nobis cavendum est, nec hae de re scun-  
dum externa judicemus; non ex his Deus hic judicat;  
Sed ex regulis omnino oppositis. Non stamus opinione  
hominum, qui modo Doctores, modo Docti, natura-  
liter inclinant ad sibi in propria sua causa adulandum;  
videmus quid Deus hae de re sentiat, coram quo nihil  
in corde humano ita profundum est in quod non des-  
cendat, nihil tam altum ad quod non ascendat, nihil ita  
longum quod non metiatur, nihil ita latum quod non  
impleat, nihil ita implicatum quod non solvat.

Quod Gabaonita Jonè circumvenierint, quando  
cum calcamentis parantibus macidisque panibus  
ei permaserunt se de longinqua terra venire, quam-  
vis solummodo diei unius itinere ab ipsis distarent:  
Quod Absalon simulans se votum suum solvare velle,  
cum execrandum parricidium meditabatur, sinceram  
Davidis fidem fefellerit, non miror. Homines alios  
homines decipere possunt, qui sapè de rebus non judi-  
cant nisi per eas quas vident, vel audiunt: Sed vos qui-  
bus cum Deo res intercedit, qui veram animarum vstra-  
rum affectionem cognoscit, vos qui vitam tam parum  
christianam agitis, prorsus conversionem et suffi-  
cientem munditiam habere vos putatis, ut indulgenti-  
am ipsius vobis conciliatis, contremiscite quando dicit,  
quod si aliqui mundi sunt, non omnes sunt. Enimvero  
potest sine horrore, tale oraculum quod vos respi-  
cit audire, et adeo falsis, quae vos fallunt, praesudicium  
fidere?

Contimini ergo ut fatale velum istud qui vos excocet,  
à vobis tollam, et vosmetipsos vobis exponens, cartis qui-  
busdam signis quae inficiari non valebitis, vobis palam  
faciam, num mundi sitis, necne, num Jubilai gra-  
tiam suscepitis, necne.

Ad suscipiendam hanc gratiam duo absolute requi-  
runtur, quae Propheta Regius exprimit: innocentia ma-  
nuum et mundo corde; Ubi hae non fuerint,  
tum impossibile erit ascendere in montem Domini,

37.

\* Psal. 23.

et stare in loco sancto eius. An ergo in vobis hæc manuum  
innocentia et cordis munditia? an nihil exterius gra-  
tia que vobis offertur, impedit effectum? an nihil inte-  
rius abundantibus ipsis communicationibus se opponit?

Ubique mundas et innocentes manus illas quaero;  
Sed paucas invenio, quas atroces exactiones, vel occulta frau-  
das, a parte injustitia vel levetæ usura, avaritia, fur-  
tum, ditandendi furor non foedaverint. A minore usque  
ad majorem omnes avaritia student; à Propheta usque  
ad Sacerdotem cuncti faciunt Idolum.

\* Jerem. 6.

Ibi sunt homines quos fortuna à sordibus et pulvere  
extrahit et in Summitate, vota sua rapide collocat.  
Si quod paulò ante fuerunt comparatur cum eo quod  
nunc sunt, dicet aliquis eos similes esse arboribus  
illis, de quibus loquitur S. Hieronymus\*, et quæ in Ba-  
lestina sunt frequentissima; arbores, quæ cum tanta  
precipitatione se in altum tollunt, ut quamprimum  
lata fuerint, ex iis arbuscula pulchris contacta foliis  
nasci conspiciantur; ad id fastinant omnem terra, in  
qua sunt, succum quo nutriantur, exhaustivæ. Ut ut præ-  
tensam innocentiam suam jactant, id minus obstat,  
quin cum Sapiente ipsis dicam, quod fortuna precipita-  
ta sit mali ~~est~~ ad salutem augurii, nec quod homo qui  
ditari fastinat, ipsi insons videatur, qui fastinat dita-  
ri non erit innocens.

\* In cap. 3. Jona

Hic sunt avidi heredes vel famelici fratres, qui  
in Idammum suorum coheredum commodum aliquod  
indirectè sibi tribui curant, modò simulatis vendi-  
tionibus, et chirographis fraudulentis extortis, fuita  
supponendo debita, ne vera solvere cogantur, modò  
sub callidis artibus, et iniquis, quæ ipsis data fuere,  
consiliis, fraudum suarum mysterium per aliquod  
tempus occultando, ne præmatura illius patefactio  
meliozem bonorum, quæ ad ipsos non pertinent, par-  
tem eripiat.

Ibi sunt fraudulentæ alieni ~~eris~~ ~~aperta~~ ~~securi-~~  
tas, vel maligni ligitatores, qui creditores suos auresque  
fatigant, donec cogantur illo quo desiderant, pretio

\* cap. 8.

\* Amos c. 8.

cum ipsis inire compositionem. Hi sunt homines qui, prout ait Propheta Amos\*, cum impatientia expectant, donec mensis, quibus omnia exigua pretio venduntur, pertransierint, ut merces suas aequo carius vendant, homines qui cum avara et crudeli inquietudine quærent, quando finiantur hæc molesta. Septimana, ut horrea nostra reseramus, fumentumque nostrum carius et adulteratâ mensurâ vendamus.\* Quando transibit mensis, et vanuabitur merces, et aperimus fumentum, ut imminuamus mensuram, et augeamus siclum? Verbo, omnes pane concurrendis quovunque demum modo bonis student, ex suapte naturâ sterili pecunia magna foenora capere, ex temporum injuria compendium facere, et prout fert adagium, in turbida piscari aquâ.

Milites jaulo piscantur, negotiatores hamo, Judices reti. Jaulo piscis pungitur, hamo decipitur, reti implicatur.

Jaulo piscis vulneratur, trahitur ex aqua et capienti fit cibus: ars militibus admodum ordinaria. Hamo piscis decipitur, escam quam videt, haurit: fatalis negotiatorum industria, qui miseris qui barbarum ipsorum imploraverunt auxilium, nutu datis pecuniis foenora foenoribus accumulunt, sicque eorum viscera perfodiunt, atque devorant. Retibus implicatur piscis, quò magis se ipsum agitât, eò minus invenit exitum: fraus apud Judices nimisquam communis, et de qua inutiliter conquærentur tot litigantes, qui litibus involuti, exhausti, oppressi, quò magis se ipsos torquent, eò magis ruinam suam accelerant. Proinde quæro à vobis num inter tot manus multe reperiantur, quæ munda sint? Et vos mundi estis, sed non omnes.

Quid esset, si ampliori immorans industria ni, de Stationariis illis verba facerem, qui possessionem ab ipsis jam oppignoratam liberam declarantes, bonam illorum, quibus eum con-

trahunt, fidem malitiosè circumveniunt? De homi-  
 nibus illis, qui mensam suam et comitatum trahunt  
 sumptibus domesticorum, quorum salaria retinent,  
 mactatorum et opificum, quos languore afficiunt,  
 ac cum injuriis dimittunt? De causarum Procura-  
 toribus illis, qui perniciosis ambagibus suis, inutilium  
 scripturarum congerie, captionibus et falsitatibus,  
 quas suggerunt, instrumentis, quae subducunt vel cor-  
 rumpunt, accapionibus fraudulentis, quas suscitant,  
 iniquos causas trahunt, impediunt vel retardant ju-  
 dicium actionum legitimè intentatarum? De Minis-  
 tris illis, qui sub praetextu expensarum multarum pro  
 adipiscenda dignitate vel munere suo ~~proscriptum~~,  
 eandem miseris, quos opprimunt, sibi refundere cogunt,  
 atque sua utuntur auctoritate ad jura exigenda ultra  
 proscriptum?

Nihilominus horum plerique Jubilaeum suum parage-  
 runt, et nunquam satis deploranda coacitate sibi adu-  
 lantur, se illud optimè lucratos esse. Similes Judaeis  
 illis, de quibus Propheta loquitur, in suis peccatis quies-  
 cunt, et injustitiarum suarum fructum tranquilla  
 percipiunt. Nunquid, ajunt, non Dominus in medio  
 nostrorum? Ita, ita, vos infelices, in medio vestrum est,  
 et nisi convertamini ultro manus ipsius brevi vos pra-  
 cipitabit in illum tormentorum locum, ubi à tot jam  
 saeculis genuit Cain, Achan, Absalon, Siba, Achitophel.

38.

In nulla horum speciesum sumus, dicitis, Deo propte-  
 reà sint laudes: sed quamvis supponerem, quod manus vos-  
 trae mundae sint, an etiam corda vestra munda sunt?  
 Haec enim condicione deficiente Jubilaei gratia pro vo-  
 bis non erit. Et vos mundi estis, sed non omnes. ubi est  
 cor illud mundum? cor illud humiliatum? cor illud po-  
 nitens? cor illud rectum? cor illud ab omni ad peccatum  
 affectu liberum?

Estne cor hominis illius, qui prius velut idolum in  
 curru triumphali ac eleganti famulorum turba sequen-  
 te vectus, modò solus et pedes in plateis incedit? Ipsius  
 modestia vobis probatur, sed fortè non est nisi coacta

modestia, forte dolore dissumpitur, quod iam famulis suis dicere non possit id, quod olim Abraham suis dicebat: Manete in parte montis, vos resumam, ubi sacrificium meum perfecero.

Estna cor hujus mulieris olim adeo hilaris, adeo amatoris blandimentis dedita, auro et gemmis adeo splendentis? Verum est, quod gemmati operis mercatorum, Phrygiarum, Suffitorum, pigmenti et purpuris venditorum officinas non amplius exhaustiat; sed forte an non quia ingravescente jam aetate indians ipsi forte rugosam faciem suam fucare, quia latitiam turbaret circulatorum, in quibus eam, ut olim, personam agere amplius non posset, quia Isaacus velut honorabile agulum dolore ipsam liberat carnendi alias, quae eam contemnerent, vel delerent? Agar, in corde Abraham nullum amplius locum habes; sed an non Abraham in tuo locum adhuc tenet?

Estna cor voluptuosi illius, cui optima quaeque vira non satis bona erant, cuius mensa rarissimis et exquisitissimis cibis semper instructa erat; cuius latera parasi et mulieres ad ipsum oblatandum occupatae stipabant? Equidem verum est, quod quantum prius timebat, ne satis ederet et biberet, tantum nunc metuat, ne Stomachum onerat; sed si ad hanc austeram sobrietatem se redigit, an non forte propter frequentes morbos suos, rhaumatismos, et podagram, qui ipsi nullam in vita relinquant voluptatem? Si melius valeret, an non adhuc diceret id, quod insensati illi apud Sapientem dicebant: Coronamus nos rosis, inebriamur vinis exquisitissimis, et ubique relinqueamus quaedam vestigia libidinum nostrarum.

Omnia circa hominem mutantur, inquit S. Augustinus; sed quod intus est sapientia idem manet. Mutatio in fortuna, mutatio in voluptatibus, mutatio in temperatibus, mutatio in contuberniis, mutatio in amicitis, sed in corde nulla forma mutatio: hinc vobis dico, quod si vestrum aliqui mundi sunt, tamen non omnes sitis: Et vos mundi estis, sed non omnes.

39. Quale ergo cor requiro ad recipiendam gratiam Iubilai? Cor dolore contritum, velut cor Publicani; deo sine adhuc, sicut cor Magdalene; ad nihil redactum et intra se conturbatum, prout cor Davidis; cor prepara-

tum ad restituendum, quod injustè rapuit, sicut cor Zachari; firmum et magnanimum, quemadmodum cor Moysi; aequaliter fidele sive in prosperitate sive in adversitate, sicut cor Jobi.

Fortè nimium exigo: sed jura merito abjectis illis et rapentibus cordibus dico: elevamini et quaerite Deum; fruentis cordibus illis, quaerite illum in simplicitate; cordibus illis sibi nimium indulgentibus, quaerite eum cum dolore; cordibus illis dispartitis, illum solum et salutem vestram quaerite; cordibus illis ambitiosis, quaerite gloriam ipsius et non vestram; cordibus illis ubique sua commoda sectantibus et suspiciosis, quaerite primum regnum Dei, et cetera justitiam ejus, et cetera adjiciantur vobis.

Mandata igitur, fratres mei, mundate igitur corda vestra, et rogate Dominum ut ea vobis talia qualia ea esse vult, et sibi placere debere novit. Recolite tot Jubileae, quae effluerunt, et in amaritudine animarum vestrarum revocate annos illos et dies salutis; dicite apud vosmet ipsos: quid jurat si mihi adular, si quaeram Confessarios, qui nimis indulgentes vulnera mea obligent quin ea sanent? Si partem duntaxat vitae meae ipsis exponam, reliqua verò calem? Quis nostrum majus damnum patietur, an ipsi an ego, si ego ipsemet ad me ducipandum dem operam?

Os meum tam sapè dixit: peccavi; veniam à Deo precor: sed an etiam cor meum id ipsum locutum est? An conversionem meam desideravi, prout quaeque alia desidero? Qualis mutatio in me ipso facta est? Iracundus et parum tractabilis, an patientior et mitior effectus sum? Sollicitus ad gustandas quascunque voluptates, an eandem cum minore ardore quaero? Fatua mei ipsius aestimatione ebrius, an acquisis de mea indignitate et miseria sentio? Prosperitate confratorum meorum afflictus, et eorum calamitatibus laetabundus ex turpi quadam invidia, quid egi, ut adeò infamem et saluti meae contrariam passionem in me ipso extinguerem? levissimis etiam injuriis commotus, an ex iis verum Jesu Christo sacrificium favi et obtuli? Parum assuetus adorandum Deum et

in eius praesentia me constituendum, an novum habeo Saperam et desiderium recollectionis et orationis? An frequentius et cum majora foveat ad Sacramenta accedo? An spiritum possideo vera poenitentia ejusque opera peregi?

Nunc agitur ut melius vivam quam usque nunc vixerim; forte pro hac ultima vice Dominus mihi tam pias inspirat cogitationes. Igitur cum fiducia me inter brachia misericordiae ipsius conjiciam, dicam ipsi, quod cor meum paratum sit ei in omnibus obedire, et quidquid praeceperit, me illud fideliter adimplendum esse, dummodo gratiam concedat, ut agere valeam id quod mihi praeceperit. Cum manibus innocentibus et mundo corde nihil obavit, quominus ascendam in montem Domini, et coram ipso stem in loco sancto.

### Pro Conclusionem Jubilaei.

#### Sermo Secundus.

Esto vigilans, et confirma caetera, quae moeritura erant.... in mente habe, qualiter acceperis, et audiaris, et serva. Apocal. 3.

40. Ultimos Jubilaei dies attigistis, fratres mei, Hi dies propitiationis et gratiae, redemptionis et salutis, liberationis et offensio-  
num condonationis brevi finiantur: Sed an non timendum ne pietas et virtutes vestrae finiantur et unacum illis expirent?

Servus à veteri servitute sua creptus est: Sed an non nova, cuiusdam se manipabit? Poenitens donum coeleste gustavit, sed an non iterati lapsus ipsum ad agendam de suamet poenitentia poenitentiam adducant? Mulier mundo debita, velut uxor Loth, Sodomam egressa est; Sed an non sive ex gravi temeritate, sive ex amorum reliquiis retrò caput vertet, ut videat, quid ibi agatur?

Magnam spem faciatis, ubi videbamini largas impartire eleemosynas, xenodochia visitare, verbum Dei audire, abstinentiis et jejuniis illiuta oblata

menta vestra expiare, officiis divinis cum insigni pietate assistere, cum vultu modesto et collecto Stationes vestras Satis naturales laboriosorum et arduorum Jesu Christi itinerum figuras paragere, turmatim poenitentia tribunalia obsidere, Patrisfamilias mensam circumdare ad ibi comedendum frumentum a lactorum et panem Angelorum.

Sed ubi dies isti pertransierint; ubi via Sion gement quod tam parvi variant ad ipsius Solemnitates; ubi numerosa illa fidelium frequentia in nostris templis non amplius conspicitur; ubi fervida et vehemens exhortationes illae, quae peccatores ad se extols corde ad Deum convertendos impallebant, non amplius audiantur; ubi ludi, convivium, Spectacula, passionis, quae extinctae videbantur, Jenuò accendant: an non merito timendum erit, ne Salutis aedificium hujusmodi fulvis non amplius innixum sensim ruere incipiat, ac tandem ruat?

Hactenus publicas preces et sancta cantica illa, ubi fideles alternis vicibus laudes Domini sibi inimicam remittebant; exempla illa Magdalenas mortuaria, quae pretiosa unguenta sua super pedes Jesu Christi effundebant; Zachari, qui in domos suas Deum illum pacis suscipiebant; Publicani qui amarum peccatum suum tundentes, misericordiam ipsius implorabant: Hactenus jejunia illa et mortificationes, ubi vatus homo debilitabatur, ut novo majores tribuerentur viros; Sancti Scaes illi, ubi fideles claudabant super se ostium, ut in abscondito ad Patrem coelestem preces funderent, erant valuti tot aggeres quos Ecclesia circum vos creverat, quò Salutis vestrae hosti omnes aditus praecluderet, ne non impediret, ne Serpentis halitus aquas fontis Sponsae sigillo nuntiati venens inficere. Sed ubi postmodum innumeros periculis expositos, Saeculi corruptioni et malignitati Jenuò traditos vos videritis: an non matuum est ne optima proposita vestra evanescant, ne ea quae

feliciter per Spiritum inespervunt, infeliciter finiuntur per carnem.

Auscultate hodie, quid Spiritus Sanctus ad praevestandum tam magnum infortunium vos doceat, et à memoria vestra nunquam excidat grava consilium, quod vobis in persona Eulasia Sardis Episcopi dicit: Esto vigilans, et confirma cetera, quae moritura erant... in mente habet qualiter acciparis, et audiaris, et serva.

Divisio,  
41.

Colligamus cum reverentia haec verba, ut proposita nos <sup>no</sup> <sup>tro</sup> ea accommodemus. Si ea serio meditati fuerimus, in iis ex una parte inveniemus omnia incitamenta, quae nos in concessa nobis gratia perseverare obligant; ex altera vero in iis deprehendemus vera media quae nos ad hanc felicem perseverantiam perducere possunt. Recordatio et agnitio respectus praeteritorum; vigilantia et attentio ad futura: In his duabus rebus includuntur obligatio et media conservandi gratiam Jubilaei.

Carsima  
42.

Admodum suave est homini recordari tempestatis, in qua triste naufragium pertulit, quando feliciter portum appulit. Admodum dulcis est illi dura et turpis, quam patiebatur, meminisse captivitatis, quando integra et firma, insperata fruitur libertate. Admodum suave est illi de miraculo resurrectionis suae loqui, cum post molestam mortem et aliquot dierum sepulturam mensam occupat illius praesentia et praesidio honoratus, cujus charitati et omnipotentia secunda vitam suam debet.

Talis enim olim fuit Sors Jona, filiorum Israël, et Lazari. Quanto grata mentis affectu à ventre ceti egrossus periculum, cui mandata Dei fugiendis se tradiderat, et Dei, qui contra spem omnem illum in marini hujus monstri sinu conservaverat ut ad Ninive ripam projiceret, bonitatem contemplantur?

Sumpsit Maria  
Soror Aaron tym-  
panum in manu  
sua ps. Exod. 15.

Quanta gesticantis animi laetitia Maria Soror Aaron, et filii Israël, canentes inimicos qui eos persequabantur, fluctibus sepultos, sumpsit tympana necnon alternis concentibus dicebant: Cantemus Domino: gloriosa enim magnificatus est, Pharaonem et exercitum ejus prostravit in mare p.

Quam humili et tenero gratiae mentis affectu laza-

rus à sepulchro suo, in quo per quatuor dies permanserat, aditus cor suum coram Jesu Christo effundebat, cum post tam illustre miraculum in sua persona patratum se vita plenum sentiebat in mensa ipsius bibens et manducans?

Christiani, qui pluribus quàm Jonas, filii Israël, et Lazarus periculis expositi majores gratias accepistis, si prout suppono: Jubilaei gratiam recepistis, jam comprehenditis ex his exemplis, quantum vestra intersit adeo magnum beneficium in vestram revocare memoriam, ut frequentibus, quas in mente vestra exarabitis, illius ideis vos ipsos ad attonam grati animi significacionem excitetis. In mente habet, qualiter accepistis: sed forte nondum capitis quousque haec attentiones pertingant, et qualem effectum in animabus vestris per diligentiam quam vos ad pretiosè conservandum hoc ab alto donum adhibere oportet, procurare debeant, Et serva.

Quanta Jona temeritas fuisset, si Jenua eadem navi conscensâ se periculo exponisset ne in mare projiceretur? An Deus pro ipso novum miraculum patrasset? an officiosus piscis sacro providentia mandato secundum praebuit ministerium? Si Israelita solitudinis suae tedio capti, vel quotidis contra hostes, qui ipsis transitum disputabant, dimicando sibi Aegypti viam valegissent, an mare rubrum ut prius Jenua fluctus suos suspendisset ad ipsorum libertatem auferendam et facilitandam? Et si Lazarus parum sollicitus fuisset vitam servare, quae ei tam illustri prodigio reddita fuerat, quàm parum estimare visus fuisset illum, cujus misericordiâ et omnipotentiâ à mortis sine extractus fuerat?

Ex inde judicatis valim, Fratres mei, quid Ecclesia et Sacerdotis ipsius Ministri de vobis sentiant, si gratiam, quae vobis concessa fuit, negligentes, à statu vestro excideritis, eamque amitteretis? Quomodo et quare hanc gratiam accepistis? Quanam fuit Dei intentio et consilium, quando eam vobis tribuit? In mente habet, qualiter accepistis. An inde, ut in gelida cordis suspensione, in indolente et tranquillâ circa ipsius conservationem et jacturam indifferentiâ vos relinqueret? An ut vobis futuram inspiraret cogitationem hanc, quod sive illam in vobis excitatis, sive extinguatis, inde tamen nec ma-

lum majus aut bonum vobis eventurum sit. Hoc dicere non audetis.

Recepistis hanc gratiam, ut fidelis perseverantia novum meriti caracterem vestris virtutibus tribueret, atque dum semper in Dei amicitia permanatis quod in vobis coepit, perficeret. Recepistis hanc gratiam, sed meminertis quod, si illam amiseritis, adversum vos Deo testimonii loco futura sit, qui vobis atterram ingratitudinem vestram et contumeliosissimum contemptum exprobrabit. Has duas veritates serio meditemini, In mente habe, valide in eis incitamenta reperietis, qua vos ad eam conservandam impellent, Et serva. Nisi gratiam Jubilaei conservaveritis, quidquid operati fueritis nihil vobis proderit; prima veritas. Nisi gratiam Jubilaei conservaveritis erit contra vos nova condemnationis et probris causa: secunda veritas. omnes ergo viros vestros ad eam conservandam exerte, et serva.

44.

Quod virtutes morales, quales Saulis idololatriae erant honestorum Ethnicorum, ad eorum promerendum nullius momenti apud Deum fuerint, non miror: contra rectam viam ambulaverunt, inquit S. Augustinus, Cocitas, idololatria, corruptio mentis et cordis omnem eorum meritum sustulerunt. Quod in Christianismo reperiantur illustres virtutes, quae nullam unquam mercedem habebunt, nec etiam miror: facta fuerunt ad captandam hominum approbationem et laudes, illarum patratores rectam viam non ambulaverunt, nullam unquam recipient mercedem.

Sed quod virtutes Christianae omnibus necessariis conditionibus munitae, cum magna cordis simplicitate et integritate factae, nihilominus, quando non conservantur, sint virtutes ad alteram vitam steriles, et fructibus, qui ad felicem aeternitatem maturerunt, destitutae: id me terret, atque impenetrabilem Dei judiciorum timorem injicit; nihil tamen verius: quare? quia quamvis quis rectam viam tenuerit ad discrimen Ethnicorum, quamvis cum cordis simplicitate et integritate ambulaverit ad discrimen Superborum et hypocritarum, tandem lapsus ab hac via recessit; corona

autam Solis perseverantibus promissa est.

Hanc veritatem serio et quantum potestis contemplantini, Auditores; Deo sint grates, qui vobis hoc Sancto Jubilaei tempore misericordiam suam imperavit; magnis passibus ad coelum tenditis, et illa porta aeternales aliquando aperientur ut vos recipiant. Sed si inauspicato accidat, ut post hoc salutis tempus, unicum peccatum mortale committatis, quidquid egeritis, quidquid ceperitis, vestra vigilia, vestra jejunia, vestra preces, vestra elemosina, absolutiones, quae vobis data fuerint, Indulgentiae quas lucrati fueritis, haec omnia pro vobis perita sunt, atque tali modo perita, ut si in hoc statu moreremini, aeternum damnemini.

Angeli super conversione vestra laetati fuerant; et Daemones super interitu vestro gaudebunt. Post vitae poenitentis laborem quievissetis, et bona opera vestra vos sancta fuissent; et unicus relapsus, quem mors vestra excipiet, vobis dulcem hanc quietam rapit; et omnium horum bonorum operum vestrorum nulla ratio habebitur: haec serio cogitate, In mente habe.

Intueamini animo, quanta consternatio occupat agricultorem, cum postquam bona semina in suo agro seminavit, postquam sudore suo irrigavit, postquam sibi pollicatus fuit copiosam messem omnem laborem suum compensaturam, cernit violentam grandinem. Serpente in agrum suum inuere, illius spicas dejicere et exidere.

Vobis ob oculos ponite, quantus sit Mercatoris dolor, cum post longam et periculosam navigationem, paratus portum introire cum navi, cujus onus pro tota vita sua illum ditasset, in piratarum manus incidit, qui unius horae spatio plurimum annorum fructum ipsi eripiunt.

Quid dico? maximum est hic discrimen. Non est hic agricultor, qui grandinem et tempestatem istam in agrum suum immisit: hoc triste spectaculum vehementer illum perculit, et si coelum vota ipsius exaudivisset, fatalem hunc casum avertisset. Non est hic Mercator, qui voluntaria se in horum pirata-

rum manus coniecit: omnia praecaverat, ne hoc infor-  
tunium ipsi acciderat, violenta tempestas invitum  
versus avidos et iniquos hos latrones impulit.

Verum si gratiam Jubilei amitteretis, non ita de  
vobis esset. Ex imo animarum vestrarum egrediantur  
atri vapores illi et maligna exhalationes, funes-  
tae grandinis et tempestatis, quibus faviamini,  
materia. Vos ipsi, ita vos ipsi daemones, invisibiles  
piratas illos vobis primi auerseratis, qui vobis om-  
nes divitias vestras auferrent, et qui tamen, non ob-  
stantibus omnibus suis dolis et rabie, vobis eas au-  
ferre non valerent, nisi ad id consensum vestrum  
praebere.

49.

Fideles Domino, qui vobis gratiam suam largi-  
tus est, sub ipsius alis estis, Sicut Sancta sua volun-  
tatis vos protegit, atque bonum semen, quod in ani-  
mabus vestris sevit, centupliciter multiplicat;  
Sed si ipsi essetis infideles, assererat, quod ad vos  
venturus esset sicut fur, et quod nasciratis qua ho-  
ra veniret: Veniam ad te tanquam fur, et nesci-  
es, qua hora veniam ad te.

\* bibl. part. 2.  
lib. 1. in Apoc.  
cal. c. 9.

Quare sicut fur? at cur se illi comparat? Ideo,  
respondet Richardus à S. Victore\*, ut intelligatis,  
quod sicut fur, qui ex improviso venit, à domo quid-  
quid in ea est pretiosum auferit, et saepe illius Ha-  
rum, quae somno oppressam reperit, trucidat: sic  
etiam si in somnum peccati denuò labimini, Deus  
irritatus, quod vestris lapsibus illum revelaverit-  
tis, vobis auferat id, quod conservassetis, si eum non  
offendissetis.

Uno verbo perseverantia in gratia perfectum  
reddit meritum illorum, qui ei sunt fideles, et ap-  
gendo in ipsis dona coelestia, eos feliciter ad por-  
tum producit, consummat meritum, ducit ad por-  
tum, inquit S. Augustinus. Cum è contra hujus gra-  
tiae amissio ipsis omnium quae faciunt bonorum ope-  
rum jacturam auersit. Gauda Sterilis, quae non  
parturit, plures habebis liberos, quam ea, quae habet  
vium: haec Deus ad primos loquitur. Anima in-

constantis, quae vias relegitis, quas desereratis, quam viles estis et abjectae! vos ad turpem mendicitatem redigam. Haec secundis dicit. \* Modò promittit se domum

\* Amos 9.

David, quae ceciderat, Ierusalem erecturam, a portis murorum suorum Ierusalem clausuram, quod diruerat reedificaturam, eamque sicut olim erat, restitutum.

\* Amos 8.

\* Modò jurat in ira sua, se non obliturum peccatum Jacob, ipsi divitias suas esse auferendas et transferendas in alienam regionem, eas diffluens velut rapidus fluvius diffluit, qui post se non nisi vilem spumam et naufragii reliquias relinquit quas ad ripas impellit.

\* Amos 9.

\* Modò ait, tempus venturum, quo agricultorum et mesorum opera alia aliis continuabuntur sed eque invicem excipiant, tam copiosas futuras fore uvas, ut vindemia non nisi sementis tempore finem sint acceptura: geminae satis figura copiosarum gratiarum illarum, quas in Jubilaeo nobis largitur, ubi, ut ipsius Jesu Christi verbis utar, ex eo compendium facimus quod à nostro labore non provenit, et metimus, quod non seminavimus. Nimis felices, quod in labores tot sanctorum introierimus, quorum satisfactiones et superabundantia opera partem aliquam Ecclesiae thesauri constituent.

\* Joan. 4.

At quibusnam haec emolumenta sunt promissa nisi illis, qui ei semper conjuncti manent, atque in ipsius gratia perseverant? Nam quid de aliis loquitur? Quod sterilitate percussurus sit terras ipsorum, quod cursuri sint ad fluvios ut sitim suam sedant, nec in eis aqua inventuri sint, quod juncos marinos manibus profuri sint, ut ex eis quaedam reliquias succi exprimant, qui ipsos refrigeret, et quod positus arsicatos sint inventuri. O Domine quam dives es in misericordiis erga eos, qui tibi fideles sunt! Sed quam terribilis es in tuis ultionibus contra eos, qui tibi sunt infideles!

46.

Haec sufficerent, Auditores, ut intelligeretis, quantum vestra intersit conservare gratiam, quam accepistis: Sed ecce secundum aliud incitamentum, quod, si SS. Patribus fides, fortius adhuc apparat quam primum. Non modò omnia vestra bona opera nihil vobis proderunt, si semel hanc gratiam amiseritis, sed ipsa contra vos Deo testimonii loco erit. Non solum vobis auferet talentum,

quod vobis conuersiderat: sed sicut serus illi desiderios et infidelis exprobrabit vobis malum usum ad quem illud conuerteritis.

Dantur in arte medica quaedam remedia, quae ne bene nec malum operantur; si salutaria non sunt, nec etiam nocent; si sanitatem non restitunt, etiam morbum non augent, nec illis qui eis usi sunt justum poenitendi locum tribuunt: sed dantur, quae unum vel alterum effectum procreant; ex eis vel sanitas restituitur, vel penitus vitatur, mors aut vita ab eis pendet.

\* Num. 9.

\* Si mulier casta erat et marito suo fidelis, aqua Zolotypica quas ei Sacerdos dabat bibere, prouel ut ei noverunt videbantur ei novas ad pariendum liberos viros tribuere, erit innocua et pariet liberos. Sed si muneris sui oblita fidem conjugalem violauerat, ~~testimonium~~ ~~conseruaret~~ nec tamen testibus argui poterat, tunc aqua illos testimonii loco erant aduersus ipsam, statim femur eius putrescebat, venter ipsius tumescebat, ysaque dissumpabatur. Si quaedam nostrae aetatis mulieres similibus tentamentis exponerentur, quot noxia inuenirentur?

Sed haec de re non est hic mihi sermo. Tuaeor, quod gratia Dei feruè a iudam sint natura. Non solum non satisficiant Christianum, qui fidem Deo promissam violat, sed ad eum damnandum magis conferunt, quam si eas non recepisset. Non solum non sunt causa felicitatis et perfectionis ipsius, sed sunt occasio ipsius reprobrationis et humi infelicitatis. Quis hoc dicit? ipsamet Iesus Christus. Va tibi Corozain, vae tibi Bethsaida. Tyro et Sidoni, in quibus miraacula non patraui quae in medio tui à me facta sunt, remissius erit in iudicio quam tibi. Et tu Capharnaum, quae usque ad caelum exaltata es, usque ad infernum demergaris, quia si in Sodomis facta fuissent virtutes, quae factae sunt in te, forte mansissent usque in hanc diem.

\* Matth. ii.  
Luc. io.

Quis haec audiat et legat, ac horrore non conuentiatur? Si postquam Iubilaeum meum persolvi in aegyptiaco vel potius malitioso in priora pauata mea Ienuo labor, Deus ad se reuocatis gratis suis voluit tot testimoniis et probationibus contra me utatur. In dando generosus, sed in exigendo severus, ponderabit has gratias, illas numerabit,

ipse qui omnes capitis mei capillos numerat. Illarum nume-  
rum novit et gradus; talibus locis, temporibus, occasionibus  
tot gratia mihi concessa. Illas mihi exponat, ut contra  
me intret in iudicium, easque mihi vehementer ex-  
probrat.

Exprobrationes infidelitatis et perjurii. Fidem meam  
tibi obligaveram, et tu mihi tuam obstrinxeris; te in  
fide mihi desponderam, et infelicitate me deprexisti, post  
infames corruptores cucurristi, te omnibus passionum tua-  
rum objectis prostituisti, fornicata es cum amatoribus mul-  
tis.

47.

Exprobrationes ingratitude. Si tanta pro idololatra  
fecissem quanta pro te feci, ipse gratiorem mihi exhi-  
beret animum. Numera tot beneficia, quae malitia  
tua contra me et in mei ignominiam convertit, tot pios  
motus quos inutiles reddidisti, tot Sacramenta quae pro-  
fanasti. Hinc erant fructus, quos ego inde expectare de-  
bebam? ~~oportebat~~ Quanta egi, ut te ab interitu  
vindicaret, et tu quanta egisti ut te perderes? Opor-  
tebatne, ut vesania et furor tuus usque ad haec extrema  
perlingerent, ut nullus sensuum tuorum esset reliquus,  
quem iniquitates tuae non depravaverint, nec ulla ani-  
mae tuae potentia quam peccata tua non corruerint? Erat-  
ne hoc sanguinis mei, tot Jubilaeorum et Indulgentia-  
rum pretium?

Si haec ita sint, dicatis, melius ergo esset, si nullum  
unquam lucrati essemus: Quam monstruosa consequentia!  
concludite potius; quod ergo melius esset, si illius gratiam  
conservassetis: et si illius ~~ratio~~ conservanda media  
a me exigatis, eas secunda et ultima huius sermonis par-  
te vobis exponam.

Duo illa in consilio quod S. Joannes Eclesiae Sardis  
Episcopus dat, expressa, haec vera media complectuntur, vo-  
lo dicere, magnam vigilantiam et assiduam bonorum ope-  
rum praxim: Vigilans esto, et confirma cetera, quae ma-  
ritura erant. Vigilate super vos et super ea quae extra vos  
sunt: primum medium conservandi gratiam Jubilaei.  
Confirmate et roborate per vestra bona opera id, quod  
in vobis nutans est, debile, et jamjam periturum: Secun-

PARS 2.<sup>da</sup>  
48.

Sensu illi...  
ad quem illi...  
Dam remedia...  
lutaria non...  
atunt, etiam...  
t justum per...  
num valde...  
utur, vel per...  
to suo fidelis...  
ore, procul ut...  
um liberos...  
li muneris...  
oppor...  
ogui poterat...  
ipsum, statim...  
at, ipsaque...  
lieres humilitate...  
ventur?  
sermo. Tuor...  
Non solum...  
promissam...  
unt, quam...  
sa felicitatis...  
s reprobratione...  
amet Deus...  
Tyro et...  
in malo...  
m tibi. Et...  
ltata es, usque...  
domis facta...  
te manifesta...  
ro non consu...  
olvi in...  
a demis labor...  
testimonis...  
degenerat...  
ias, illa muner...

cundum modum perseverandi in ista gratia.

Vigilate super vos; explorate seriò cor vestrum, illius veras examine affectiones; ipsius fidelitatem probate, timete ipsius malitiam, ipsius levitati diffidite; impetus ipsius reprimite, ipsius inconstantiam figit; vigilans esto. Quoties jam vos decepit habdolum cor istud? Quoties se vobis induxit mutabile cor istud? Umbra quae fugit simile, nunquam ferme in eodem statu permansit, at valut flos vernalis, qui vix à caule suo egressus jam glacessit, uno eodem die visum est pro Deo diffundi et claudi.

Omnia in eo vobis suspecta esse debent: nam in qua fiduciam vestram collocare possitis. An fortè in prae-  
rito statu vestro? Hic testor vestras conscientias. In-  
ceperatis ambulare in viis Domini; et paulo post mun-  
di vias relegistis. Cedebamini firmi in vestris bonis  
propositis, et evanuerunt. Pietas vestra aliis erat ex-  
emplo, et per vitam proximi profanam, quam duxistis,  
fratribus vestris lapis offensivus fuistis. Vigilate igitur  
super vos, vigilans esto, vobis ipsis diffidite magis quam  
unquam.

Fortè praesens status vester minorem exigit sollici-  
tudinem et vigilantiam: vobis bene est cum Deo, hi  
Jubilaei dies fuerunt pro vobis dies reconciliationis et  
pacis. Domus paterna, à qua libidines vestrae vos eju-  
rant, demò vobis fuit aperta. Pater familias vos mensa  
sua aspicere iussit, vestimenta vestra, calcei, et annu-  
lus vester vobis redditi fuerunt. At si haec ita sint, sci-  
tote, quòd haec nova gratia novas curas à vobis exigit,  
quòd cum eam in fragili vase portetis, vestra multum  
intereat cum magna circumspectione ambulare, quem  
admodum illi, qui accepto in vase porcellanis ingentis  
pretii liquore, quem domum ferre volunt, gradatim  
incidunt, et nec ad dexteram nec ad sinistram respiciunt  
unicè ad id quòd ante ipsos est attenti, timentesque ne  
vestigio fallant, aut ad lapidam offendant; imò inter-  
dum subsistunt veriti, ne vasis motus quidpiam pro-  
tiosiori liquoris hujus effundere ipsos faciat: Haec excellenti  
comparatione utitur S. Franciscus Salarius\*.

\* Introd. ad vi-  
lam David.

L. B.

Dixi si haec ita sint, nihil enim poenitentibus communius, quam ut haec occasione se ipsos decipiant. Sane lectionibus molliti, sibi imaginantur, quod ea quae ipsorum oculi cum majori quam aliis temporibus attentione legunt, corda sua jam alte penetraverint, quod quia in certis quibusdam contritionis formulis Deo dicunt, quod doleant se illum offendisse ac potius mortem subituri sint, quam ut illum sanus offendant, hic dolor et bonum hoc propositum jam altas radices in ipsorum animabus jecerint. Mille pietatis objectis commoti, quibus tenera devotio nutritur, Domino forte plura promiserunt, quam Severus Confessarius a novo poenitente, novitio, et, ut ita dicam, a virtutis Naophitis expectare posset.

His opinionibus, cogitationibus, promissis, desideris permoti; dicamus melius; excitati et farnati, accesserunt ad hauriendas in fontibus Salvatoris aquas illas salutaris, quae ex omni parte exundabant: Sed si satis perpicaces oculos haberent, viderent, sicut Aegyptii has aquas in sanguinem mutatas, intrarentur chimerica desideria sua velut desideria quae ad nihil sunt nisi ut desiderium occidant; praelara sua consilia et proposita tanquam somnia alicujus sopore oppressi, suas agitationes et motus velut adolescentis illius, de quo loquitur S. Marcus\*, qui sola Sindone super nudo amictus saquebatur Jesum Christum, sed qui quamprimum milites cum tenere voluerunt, rejecta Sindone, nudus profugit ab eis. \* cap. 14.

Nihilominus consolationem capite, dilectissimi Fratres mei! possum vobis cum Apostolo dicere: forte ex hoc numero non estis. \* Confidimus Deo vobis, dilectissimi, meliora, et viciniora Saluti, tametsi ita loquimur. Sed memineritis etiam, quod haec Jubilaei gratia accuratam exigat, et continuam vigilantiam; quod per ipsam novis organa Beum muneribus sitis obstricti; quod cum

50.

\* Hebr. 6.

lesse carnis singulis momentis superare possit legem mentis, sine intermissione super vos ipsos vigilare vos oporteat, Esto vigilans.

Necdum satis est. Oportet ut qui gratiam jubilaei acceperunt, super ea omnia vigilant, qui eos circumdant, super laqueos, in quorum medio insidunt, super occasiones, quae de novo ipsos in peccatum inducere possunt, super omnes inimicos, qui foris sunt, quorum fatalis malitia nihil ita cupit quam ut eos corrumpat.

Ne credatis, me hinc mundi effigiem vobis exaraturum: illius malitiam imprimet vestris; de ea sapienter conquerimini, ut quae qui illum dereliquerunt, felicitatem suam invadere videantur. Memento tamen, quod in medio mundi hujus vivatis, ipsius contagiosum aërem respiratis, sapienter decentis ipsius vos subjucatis, ipsius probra et censuras reformidatis, quod sive ex verecundia bene agendi, sive ex quadam necessitatis specie male agendi, singulis momentis molestae hae aut vincendi aut moriendi vicissitudine vos premat. Modò perniciosae ipsius placita mentem vestram depravant, modò contagiosa ipsius exempla cor vestrum veneno inficiunt. Hic malignae detractiones illustri-  
mas denigrant virtutes; ibi fraudulenta adulationes turpissima vitia approbant; hic pompa ipsius et spectacula vos seducunt; ibi impura ipsius amicitiae vos fascinant et rapiunt.

si.

\* D. Hieronymus.  
De suspecto  
contubernio.

Quis unquam prope serpentes quiete dormivit, qui quamvis non morderent, tamen timorem iniecerunt, inquit S. Hieronymus? Suaviter est periculum periculi non subisse, quam in periculo non perisse. Malicia est in uno, et in altero omni nostra virtute nobis opus est, in uno gaudemus, et in altero salvari conamur.

Quid cum isto S. Patre dicere volo? Quod ad conservandam gratiam oporteat sine intermissione vigilare, et longè tutius sit fugere occasiones peccati, quam incaute si illis implicare, etsi ex illis innocentia nullum referret detrimentum. Vos puella et mulieres, quae congressus frequentare vultis, quae parum ut oculos et praesentiam tenet, qui vobis suspectus esse debet, vitatis,

ab eo diijungi doleratis: Quam vobis maturendum, et quam fatalis languor vester me angit, inquit S. Hieronymus! An semper à congressibus tales existitis quales ingressa fuistis? An cor vestrum semper eam fidelitatem Deo servavit, quam ipsi debetis et pronifistis? Vigilate ergo, vigilans cito, rascidite à tot proximis occasionibus, à tot scupulis, ubi innocentia vestra naufragium perculit.

Huius christiana vigilantia addite praxim bonorum operum ad confirmandum et roborandum, quod in vobis vaillans et in periculo mortis erat, confirmata, qua montura erant, et si hujus à me rationem exigatis, an una quam apud S. Leonem reperit.

Quod prius gratiam Dei amisistis, in causa fuere detestandus quidam languor, negligentia, et nortis quis torpor in praxi numerum vestrorum; nec alio opus erit quò de novo illam iterum amittatis, nisi sanitis actionibus et accurata fidelitate ad ambulandum novas in quibus estis vias illam exietatis.

Eadem est vestri ratio, ait hic S. Pater\*, ac agri incul ti, qui à limo suo non profert nisi sentas et spinas, donec aratur et colatur bonisque seminibus seratur; aut si quid piam profert, non sunt nisi mali fructus potius igne con cremandi quam batrisfamilias horreis inferendi. Terra carnis nostrae, nisi assiduis fuerit subacta culturis, cito de segni otio spinas tribulosque producit, et partu de generi fructum dat non horreis inferendum, sed igni bus conere mandum. Nostis, quod prius habitualis deridia obfue rit, quominus bonos fructus proferratis, oportet ergo ut labor et assidua bonorum operum praxis tales vos proferrae faciant, qui ad beatam aternitatem maturescere possint. Nostis quod languida indolentia vos ad peccatum impu lesit; timete ne adhuc hodie in vobis eundem affectum proceat.

Verum quoniam debent esse haec bona opera qua necessaria aspero ad vos in felici, in que vos esse suppono, status confirmandos? Sunt opera plena non solum in oca lis hominum sed et Dei; opera qua justum ditant et si mul sustentant; opera diversa ab operibus Episcopi illius, qua cum plenitudinem illam et integritatem ipsis necessariam non haberent, ipsum periculo expo-

52.

\* Serm. de je-  
junio bente-  
cort.

53.

Abundantes  
in omni ope-  
re bono.

\* 3. part. Cas-  
tor. adm. 38.

nabat in perpetuum amittendi ea quae pro bono progreſſu huius  
sperat, et propriam suam ſanctificationem; inquit S. Gra-  
gorius Papa; opera denique, quibus in charitate ſtabiliri  
et radicari poſſit: in charitate radicati et fundati.

Quamdiu arbor non nisi exiguis fibris terra haeret, mi-  
nimus ventus eam concutit et ſternit. Sed quando radices  
eius ſunt validae, et numeroſae, nec non bona terra contesta-  
rarium est ut cadat; et imò ſaepe evenit, ut ſi ventus ex una  
parte eam incurvet, aliis contrarius eam denique erigat, ac  
ſi agitatio quam tolerat, non nisi ad eam firmandam  
conferret.

Charitas et bona opera Christiani qui Jubilaeum suum  
peregit, ei idem praestabunt officium, et certam firmam  
que electionem suam efficiunt.

Si tentationis ventus ipsum agitatur, si Daemonium me-  
ridianum ipsum impellit, inveniet in gratia Domini et  
laboriosa fidelitate sua, unde inimicorum suorum conatus  
inutiles reddat.

Enimvero ex qua parte illum proſternere tenta-  
bunt? an amore divitiarum? Sed ipsis paupertatem cor-  
dis objiciat. An voluptatum fascinatione? Sed ipsis pen-  
itentia eorumdem tela habebit. An perversarum ſocietatum  
contagione? Sed timor unanimum eis parcundi, ab illis  
eum ſeparabit. An violentia perſecutionum? Sed patientia  
ipsius, ſicut ait S. Iacobus, opus suum perfectum efficiet.  
An corporis doloribus? Sed docet S. Paulus, quod ut infir-  
mitates ipsius creſcant, ita viros ipsius augetur.

Verum si eo animo affectus non est, volo dicere, si cre-  
dens se ſufficienter agere, non advertit quid adhuc ipsi restat  
agendum; si neglectis ſtatibus ſuis numeribus in inſuriam  
et teporem laſcitur; si tædet illum ambulare aeternam vi-  
am illam quae ducit ad coelum, et ſeveritatis Evangelicae  
jugum tanquam jugum nimis moleſtum intrucatur; si  
ex gratia Jubilaei ſibi remiſſionis et inertiae praetextu  
tum affingat, quomodo poterit confirmare et roborare  
quod nutat et est in ſtatu moriendi?

Spiritus ſanctus in libro Sapientiae duas nobis exarat  
effigies multum à ſe invicem diverſas, unam animarum  
illarum mundo debitarum, quae modo ſunt Creatoris, modo  
creaturae, modo in viis Sion, modo in viis Aegypti, modo

Sunt gratiae modo peccati: Alteram benedictarum animarum illarum, generationis illius, quam pulchram et castam nuncupat, quae ei quem amare tenetur adhaerens, in id iuncturam inuincit, ut eidem placeat, per ipsum vincat, et pro ipso triumphet.

Generatio priorum est, inquit, generatio, quae se in infinitum multiplicat; inuenitur in omnibus conditionibus, Statibus, aetatibus, et sexibus. Idemdem magna sibi efformat molimina, certis quibusdam momentis Dei recordatur, ipsique melius quam unquam seorsum proponit. Sed quid ad haec Spiritus sanctus? hos vacillantes homines velut spurios herculos intuetur, qui non nisi exiguas vel debiles radices producentes nunquam firmabuntur. Spuria vitulamina non dabunt radices altas, nec stabile firmamentum collocabunt.

Equidem se foliis contegunt, nec non quosdam ramos proferunt. Hic est quadam oratio, ibi elemosyna, hodie erit pium aliquod desiderium, cras exemplaris austeritas; sed quia in ipsis nihil firmum est, nec ipsorum bona opera stabilia sunt, Infirmiter posita à vento commouebuntur, et à nimistate ventorum eradicabuntur. Quosdam ramos in altum proferant, sed quia firmi non sunt, confringentur rami isti, antequam sumserint incrementum suum: Confringentur rami inconsummati. Quosdam fructus proferant, sed erunt fructus inutiles, et acerbi ad manducandum, et ad nihilum apti.

Non ita res se habet circa veros justos, homines illos bonis operibus focuendos, et in charitate radiciatos, solutos homines illos, qui cum gratiam acceperint, nec in vanum recipere valint, eam in cordibus fructus edere curant. O quam pulchra est haec casta generatio cum claritate! gratitudine et munere Augusto amoris sui objecto adhaerens, agit, dimicat sed etiam triumphat; et insignes repostans victorias in aeternum coronabitur: In perpetuum coronata triumphat, in-

conquinatorem certaminum premium vincens,

Ut ex horum ultimorum numero esse possitis, vos qui in Jubilaeo suavissimis copiosarum Domini benedictionum fructibus fruimini. Hinc momentote quid acceperitis, quid audiveritis, quid promiseritis: In mente habes, qualiter acceperis. Qualem gratiam! quales exhortationes! qualem obligationem!

Gratiam, quae quidquid evenit, semper suum sortitur effectum, aut pro vestra felicitate, si eam conservaveritis, aut pro vestra infelicitate et damnatione, si vos mori contingat postquam eam amisseritis. Exhortationes ad supremam privati detestacionem, ad integram a viis, quae ad illud ducunt, remotionem, ad sincerum et perfectum iustitiae amorem, ad fidem et constantem praxim omnium bonorum operum generalem vestram ad Christianismum vocationem vel speciales condiciones vestras spectantium.

Obligaciones ad datam Deo fidem liberandam. Est pactum, est foedus, est iuramentum; res sacra, impunitabiles, eterna. Est pactum, Deus non nisi certis ~~condicionibus~~ quibusdam clausulis peccata vestra vobis indulget, vobis eum non nisi ex conditione transiit, ut pro vestra parte gratiam suam conservare omni studio conemini. Est foedus, Deus sua amicitia vos cohonestat, cor suum vobis aperit, fidem suam vobis obligat, vos in familiam suam suscipit, honorem suorum, dicamne cum Apostolo? natura sua participos efficit. Quid ergo, Deus erit fidelis, et vos infideles? Deus fidem suam vobis servabit, et vos vestram falleret?

Divina consortes facti natura

\* Judic. ii.

Est iuramentum; hujus caelum, terra, Angeli, et homines sunt testes. Deus ex sua parte juravit, et non poenitebit eum. Ex vestra jurastis; et licet id, quod vobis charissimum est, ei sacrificare cogamini, dicere deberatis, quamvis in alio sensu, quod Japhete ad filiam suam. Aperiui os meum ad Dominum, et aliud facere non potero.

Recant omnia salutis meae obstacula. Recant

Dite à me, vos qui operamini iniquitatem, Deus  
exaudivit vocem gemituum et lacrymarum  
meorum, si semper estis quod fristis, ego non am-  
plius sum quod eram: ipsius gratia firmatus, qua-  
cunq[ue] possum faciam ut eam conservem. Quicquid  
alii dicant, et quovisunque periculo me salvare  
volo, volo in me roborare quod est debile,  
quod vacuum implere, firmare quod vacillat, res-  
sus animare quod <sup>est</sup> in periculo moriendi: Confirma  
cetera que moritura erant.

At quia nec ab eo qui currit, nec ab eo qui vult,  
 sed à Deo, qui creatura sua misericordiam a largitur,  
 pendet hoc pium consilium et molimen; pedibus ip-  
 sius obvoluti, fratres mei, cum humili et verò contri-  
 to corda dicite ipsi: O Deus bonitatis, à te pendet mi-  
 tium, progressus, et successus tam magni operis. Nihil  
 sine <sup>to</sup> possumus, sed tecum omnia possumus. Omnia dissi-  
 pamus ubi tecum non sumus, sed tecum omnia hura-  
 mur et colligimus. Verum est quod non nisi iram tu-  
 am mereamur; sed para. populo illi, quem pretioso  
 sanguine tuo redemisti. Verum est quod si iniquita-  
 tes nostras et peccata propius observaveris, nemo coram  
 te subsistere possit: sed memento promissi tui in quo  
 spem nostram fundamus. An hucusque nos tolerasses  
 ut perderes? à contrario an non insignes gratia illa  
 quas benignè nobis concessisti non obstantibus flagitiis  
 nostris à custodia matutina usque ad noctem in te spe-  
 rare nos faciunt? In te, inquam, qui, prout sanctus tur-  
 us propheta ait, plenus es copiosa misericordia, et redi-  
mes Israël ex omnibus peccatis suis. Tu es in hoc mun-  
 do thesaurus noster in nostra paupertate, in nostris  
 calamitatibus consolatio, in certaminibus nostris forti-  
 tudo nostra, in nostris morbis sanitas nostra, in nostris  
 itineribus dux noster: sis in altero corona, merces,  
 et vita nostra.

Non volentis ne-  
 que currentis  
 sed miserantis  
 est Dei. Rom. 9.  
 57.

## Documenta Moralia

Sensa Patrum, et Theologorum,  
circa Indulgentias, et Jubilaeum; ipsius  
nomen, effectus, conditiones necessarias ad  
illud lucrandum, obligatio et media illius  
gratiam conservandi, &c.

## I.

58.

Satis difficile est ad verum dicere unde hoc Jubilaei  
nomen proveniat. Quidam illud à voce hebrea Jabal  
derivant, qua tubam seu bucinam, vel arietis cornu,  
cum quo Judaeis quinquagesimus annus annunciarì sole-  
bat, significat.

\* Lira. Tostat.  
in Levit. c. 26.  
Sarras. c. 6.

\* lib. antiquit.  
c. 10.

Theodoretus  
quest. 5. in  
Levit.  
S. Greg. Naz. in  
Sanctam Pan-  
taort.

August. lib. 2. in  
Levit. c. 25. et  
in Ezechiel. c. 45.

Cajet. in Lev.  
Ballam. lib. 1.  
De Indulgent.

Alii, ut Josephus, arbitrantur illud à verbo Jabal quod va-  
nificationem, vel à Jobai, quod libertatem significat, pro-  
venire, quia isto anno illa mancipia dabatur, proprietatem  
hereditariam suam quam vendiderant, recuperabant, et  
carceres iis qui in illis fuerant inclusi, reserabantur.

Sunt qui illud ab Hebraeo verbo Jabal quod fructum si-  
gnificat adducunt, quia quinquagesimo anno nulli apud  
Judaeos terra colabatur, nec sarea batur, nec metabatur, sed  
praesidentis anni fructibus vivebant, quorum miraculo-  
sa abundantia tam magna erat, ut terra et agri triplo plus  
quam aliis annis proferrent, sicque commode vivere pote-  
rant bonae quinquagesimi <sup>primi</sup> anni fructus ad maturitatem ve-  
nissent.

Andreas Mari-  
us in Jona.  
c. 6.

Quidam timentur nomen istud derivari à Jabal, qui  
cum primus instrumenta musica excogitasset videbatur  
mereri honorem ut nomine suo appellaretur. annus qui to-  
tus gaudio destinatus erat, quandoquidem etiam his in-  
strumentis Hebraeis indicabatur.

\* Hieron. inc.  
2. Reg. 5. Greg.  
in Ezech. lib.  
2. Rom. 17.  
Aug. enarrat.  
in Ps.

Denique nomen hoc Jubilaei, juxta SS. Patres, signifi-  
cat: annum remissionis, quietis, et plenitudinis gaudii  
et summae laetitiae.

## II.

59.

Annus Jubilaei vocatur annus Sanctus propter multas  
rationes. Sanctus, quia quidquid in eo nobis letitia pra-  
cipit, sanctitatem inspirat. Sanctus, quia gratiae sunt co-  
piosiores, et meritis piorum hominum per Sanctorum com-  
munionem participamus. Denique Sanctus, propter

emolumenta longè majora, quam ea fuerint, quibus  
Judaei sui Jubilaei anno fruebantur, inquit Sapientissi-  
mus quidam Papa\*.

Hac Solemnitas, inquit, eò illustrior est ac mystario  
Sublimior, quò coelestia et aeterna quae à lege gratiae  
conferuntur, terrestribus et caducis antecedunt, quae lex  
illa servitutis figura et umbra novi Testamenti polli-  
cebatur. Pro mortali enim patria, profundis paternis,  
pro corporis libertate quam Hebraei illo anno recupera-  
bant, renovantur hac recurrente celebritate Christi fi-  
deles Spiritu libertatis, per quem vocantur in adoptionem  
filiorum Dei, et roborantur Spe illius patriae, et aeternae  
haereditatis à qua per pravariationem primi paren-  
tis occiderant.

\* ComensX.  
in iuditione  
universalis  
Jubilaei an-  
ni sancti 1678.

III.

Cabalistae et Rabbinii cum Eusebio et quibusdam  
Chronologistis ajunt, quòd primum omnium Jubilaeo-  
rum unicum mundo incepit: At nimis remota est  
haec illius origo.

60.  
Judaeorum Ju-  
bilaeum, ipsius  
antiquitas.

Alii tuerentur, quòd cum Abrahamo incepit, cum  
Devictis quinque Regibus, et liberato ex ipsorum manibus  
Lothi, receptaque omni praedà arbitratus est: si fortè con-  
silio Melchisedech: se gratum suum erga Deum animum  
melius certificari haud posse, quam si juberet, ut singu-  
lis quinquaginta annis hujus victoria memoria renova-  
ratur, idipsum tantò magis, quòd, ut ajunt, Loth quinquaginta  
annorum esset, quando Abraham ipsi praestantissi-  
mum hoc officium exhibuit. Sed quis non videt, haec om-  
nia facta sine fundamento proferri, cum nec S. Scriptura,  
nec Josephus, nec Philo de his ullam unquam fecerint  
mentionem?

Procul dubio satius est dicere, quòd apud Judaeos in-  
cepit, cum Deus dixit ad Moysen\*, Sanctificabis an-  
num quinquagesimum, et rotabis eum remissionem  
cunctis habitatoribus terrae tuae: ipse enim est Jubilaeus:

\* Levit. 25.

Idcirco adhuc quaedam vestigia in veteri Testamento re-  
perimus, ubi videmus, quòd Jona Sacerdotibus, ut tolle-  
rent buccinas, quae pro anno Jubilaei innumerant, usque  
clangentes septies circumirent moenia civitatis Jericho,  
praeparavit.

Jone 6.

Si.

Christianorum Jubilaei annum verè sanctum / inquit Clemens Papa VIII. in sua Bulla: / primus in mundo annun-  
ciavit ipse vita. et salutis nostra author Jesus Christus  
filius Dei. Nam ubi S. Petro dixit, Sei claves, Saturnum  
regni coelorum p. et Apostolis, quòd quaecumque solva-  
rant super terram, essent etiam soluta in caelis, satis innuit  
potestatem quam Successoribus ipsorum relinquebat; Sum-  
mis Pontificibus qui personam S. Petri referunt, potesta-  
tem nempe concedendi Indulgentias plenarias,  
et Episcopis, qui Apostolorum tenent locum, limitatas.

\* Ad martyres  
c. 1.

Non hic moramur varia nomina, quibus Successoribus  
temporibus haec Indulgentia fuerunt insignita: Eas S. Pau-  
lus appellaverit Donationes; Tertullianus\*, concessio-  
nes pacis; S. Cyprianus moderationes poenitentiae,  
Patres Concilii Tridentini, magnas dulcedines: Id  
duntaxat seive praestat, num Ecclesia jus habuerit  
eos concedendi, et si de saeculo in saeculum, jure suo  
usa fuerit, non solum in remittendis peccatis et aeternis,  
quae ipsis debentur, sed etiam tempo-  
ralibus, quae post Sacramentum poenitentiae adhuc  
superant. Porro jus istud et factum certa sunt, nec  
negari possunt nisi ab iis, qui à nostra communione sunt  
separati.

## V.

Et profectò certum est, quòd Indulgentiarum usus  
in Ecclesia, aequè antiquus sit ac ipsamet Ecclesia:  
usus cujus S. Paulus excellens nobis reliquit exemplum  
et argumentum, quando incestuoso Corinthiaco par-  
tem poenitentiae suae remisit: usus qui postmodum  
semper duravit, prout habetur ex Tertulliano lib. ad  
Martyres, ex S. Cypriano Ep. 18. et Tract. de iis, qui tem-  
pore persecutionis lapsi fuerant: usus quem Concilia  
approbaverunt, et cujus magnos fontes nobis demonstraverunt.

Concil. Nicæm.  
Can. 11. Laodi-  
cens. C. 2. Car-  
tagin. Can. 45.  
76. Vicennense

Patres Concilii Ancyranum circa an. 308. loquentes de  
poenitentia eorum, qui cum ethnicis in suorum idolorum  
templis cibum sumserant, haec ajunt: Episcopum hanc

habere licentiam oportet, ut perspecta Singulorum con-  
 versatione, normam regulamque conversationis attri-  
 buat, id est, ut humanius agens secundum vite modum  
 tempus alicui poenitentiae brevior, aut etiam prolixi-  
 us, quod correctioni necessarium videatur, adiat. Dis-  
 cutiatur autem omnium horum, et procedens vita, et  
 et posterior, ut ita circa eos Sacerdotalis humanitas mo-  
 daretur.

In Concilio generali Nicano legimus Canonem ali-  
 quem, in quo permittit Episcopo ut humanius et man-  
 suetius agat cum iis, qui timore Dei tacti lacrymis,  
 patientiâ, et bonis operibus suis verba conversationis  
 argumenta ~~prohibent~~ praeberint. Licet etiam  
Episcopo humanius circa eos aliquid cogitare. Conci-  
 lia Laodicenum\*, et Epauranense\*\* jubent ut interdum  
 remissio et indulgentia poenitentibus exhibeatur:  
Indulgentia seu relaxatio observetur.

\* Can. 2.  
 \*\* C. 29.

Guilielmus Antisiodorensis\*, et S. Thomas\*\*  
 asserunt, quod ipso S. Gregorii Magni tempore usus  
 concedendi Indulgentias ita jam communis fuerit,  
 ut sapiens et pius hic Papa circa annum 599. haud  
 exiguas concesserit iis, qui Stationum diebus Romanae  
 civitatis Eulestias visitarent.

\* lib. 4.  
 \*\* In 4. sent.  
 Distin. 20  
 q. 20. art. 13.

Si Sancto Ludgero credimus, Leo III. cum in Ger-  
 maniam venisset ut ibi Eulestiam sub titulo San-  
 ctissimae Virginis Mariae consecraret, iis, qui eam vi-  
 sitarent, Indulgentias concessit. Et cum Altaria  
 Ecclesiae S. Martini consecravit, pariter Indulgentias  
 concessit iis, qui cum devotione festum S. Switherti  
 celebrarent.

Cum quidam Italiae Episcopus ad Alexandrum II.  
 quemdam Presbyterum qui alium Presbyterum occi-  
 derat, misisset, hic Papa ei non nisi quatuordecim  
 annorum poenitentiam injunxit, scilicet medi-  
 am illius quam Canonos praescribebant, partem:  
 et ut huic poenitenti invigilaretur, mandavit  
 Episcopo, ut illum in aliquo Monasterio includeret  
 data ipsi et Abbati potestate, quidpiam hujus poe-

nitentia post tres primos annos remittendi, si poenitentis fervor hanc mereatur indulgentiam.

VI.

62.

Hujusmodi Indulgentias Episcopi in suis Diocesisibus frequentissime concedebant, sed cum Concilium Lateranense sub Innocentio III. animadvertisset, quod nimis magna hae facilitas antequae disciplina vigorem enervaret, statuit ut in posterum non nisi unius anni Indulgentias ipsa Ecclesia alicujus consecrationis die, et quadraginta dierum in ejusdem Dedicationis anniversaria die concederent. Hae praescriptis in jus commune transiit, Decretalibus fuit inserta et a papa Bonifacio VIII. renovata, qui Episcopis inhibuit, ne numerum dierum a Concilio generali praescriptum in concedendis indulgentiis excederent.

C. cum axes poenit.

Hic quadraginta dierum numerus videtur fuisse assignatus, ut responderet illi poenitentiarum numero ad quas poenitentes condemnabantur; et quia illis, respectu peccatorum suorum, certus quadragessimarum numerus ad jejunandum intra unius vel plurium annorum spatium injungebatur, hae quadraginta dierum Indulgentia erat remissio unius ex istis Quadagesimis.

VII.

63.

Indulgentia plenaria, quae dicitur, a quo concessa?

Per ipsius summi Pontificis generalem epistolam p. Gaufr. in vita S. Bernardi l. 3. c. 4.

Solemnis promulgatio Indulgentiarum plenariarum a summis Pontificibus concessarum in Ecclesia sumit initium tempore sacri belli, quod vulgo Cruicidam vocant. Eugenius III. in encyclica epistola ad omnes Catholicos principes missa, utilitatem ac emolumenta exposuit, quae ab hac ad recuperanda sacra loca expeditione referri possent. Hortatur illos, qui enormia peccata perpetraverunt, ut ad subigendam terram sanctam, atque fratres suos ab infidelium servitute liberandos, aut ad effundendum sanguinem suum pergant, quod hae ratione obtenturi sint integram remissionem poenitentiarum peccatis suis debitam.

Excellent  
quam ipsi con  
ri remunerat  
lena ipsi po  
dicitur hae  
Sed. Quibus  
aliter legent  
Christus  
amissos re  
sitate libe  
tribuat c  
res reser  
Circ. ihul  
batur illi, qu  
pauquam h  
lum hae Indul  
liberacioni  
quam illa cap  
legimus quod a  
plenariam con  
ritant.

Excellentem affert rationem Indulgentia plenaria, quam ipsis concedit. Est, inquit, Species quaedam militaris remunerationis et extraordinaria merces quam Ecclesia ipsis promittit. Si Princeps cui molestum bellum adversus hostes suos sustinendum est, potestatem suis Belliducibus aliisque inferioris ordinis Praetoribus tribuit milites legendi,isque magna concedendi Stipendia: cur Jesus Christus cui incumbere videtur Status suos conservare, amissos recuperare, et populum qui tam caro ei stetit, à servitute liberare, Summis Pontificibus et Praelatis non tribuerat congregandi militiam christianam, thesauros suos reservandi, quibus abundanter solvatur?

Circa illud ipsum tempus etiam à Indulgentias lucrabantur illi, qui Romam Jesum Christum super Sepulchrum Principum Apostolorum adoraturi pergebant. Postmodum haec Indulgentia frequentiores fieri et concessa sub conditionibus longè mitioribus et minus onerosis, quam illa expeditiones militares et peregrinationes. Legimus quòd anno 1288. Honorius Papa IV. Indulgentiam plenariam concesserit iis, qui Templariorum Ecclesias visitarent.

## VIII.

Quidam perperam tuiti sunt Jubilaeum, praecipue illud quòd singulis 50. annis conceditur, esse consecutionem Jubilaei Hebraeorum, quòd à Moysse ad nos usque perpetuum sit. Haec opinio nulla probabilitate niti videtur.

1<sup>o</sup> Quia certum est Jubilaeum Hebraeorum saeculorum non subtitisse usque ad nativitatem Jesu Christi; à contra cessasse, quando in captivitatem abducti Babylonienses fuerunt. Equidem poterant successive numerari anni, et dicitur, hic est quinquagesimus annus, sed nullam illius privilegiorum vestigia quibus fuerantur vestigium, quippe quibus nulla amplius esset hereditas cujus possessionem denuò adirent, nulla mancipia quibus libertatem darent, cum ipsimet servitute promerentur. Quamvis Machabaeorum tempore libertatem pristinam adepti fuissent, non tamen apparat eorum Jubilaeum subtitisse, et ubi Jesus Christus in mundum venit, vestigiorum sub Romanis in meliori statu haud erant.

2<sup>o</sup>. A tempore Jonæ, ubi fit mentio Cruciarum quorum in Jubilæi annis usus erat, nulla amplius in toto veteri Testamento eandem memoria seu mentio fit, quamvis in eo plurimum aliarum in lege minoris momenti caeremoniarum et rituum ratio habeatur; ex quo patet, illud non amplius fuisse in usu.

3<sup>o</sup>. Tempore Jesu Christi nullum illius vestigium unquam apparuit. Judæi qui, Similes Eræi, jus primogenituræ suæ amiserant, nihil amplius habebant nisi reliquias tantum suarum, volo dicere cum S. Augustino, nisi inutilis caeremonias, et prout illas vocat S. Paulus, infirma et ægna elementa.

\* Galat. 4.

Sed quia sufficit, quod sit quaedam convenientia veritatem inter et figuram, et quia Jesus Christus venit ut legem impleret et non destrueret; Christianorum Jubilæum non exiguum habet rationem ad Jubilæum Judæorum, juxta ea quæ plures Pape in suis Bullis edixerunt, et orationem quæ deum precatur antequam Porta Sancta ipsis aperiatur, et per eam transseant.

Deus qui per Moysen annum Jubilæi p.

69.

### IX.

Omnia Jubilæa, omnes Indulgentiæ, omnes gratiæ, omnes culpe et poenæ remissiones originem suam debent Jesu Christo; et in hoc sensu intelligi debent ea, quæ dicit Clemens VIII. scilicet quod hic vitæ et salutis nostræ author primus attulerit et annuntiaverit mundo annum hunc verè Sanctum. Sed fatendum est, quod quavis aliqui contrarium teneant; quod Jubilæum singulis centum annis celebrandum concesserit Bonifacius Papa VIII. cui etiam satisfuit illud in sua Bulla Indulgentiam nuncupare, et non Jubilæum, quo nomine illud

\* Spondanus t. 2. continuat, an. 1300.

Navarrus Polus postmodum insignivit Clemens VI. atque juxta Judæorum morem ad singulos 50. annos reduxit.

9.

Urbanus VI. illud ad singulos 33. annos in honorem 33. annorum vitæ Jesu Christi, et ut saltem semel fideles illud licerari possent, reduxit; ac denique Paulus II. singulis 25. annis, illud fixit. Posteriores Pape, velut Alexander VI. an. 1500. Clemens VII. an. 1525. Julius III. an. 1550. Gregorius XIII. an. 1575. Clemens VIII. an. 1600. Urbanus VIII. an. 1625. Innocentius X. anno 1650. Cle-

mens X. anno 1678, p p p. hunc usum secuti fuerunt,  
**X.**

Sancti Patres sapientissime observaverunt post Tertullianum et S. Cyprianum, quod Deus qui thesauro suo invidat, ad illum appropinquare non sinat eos, qui illo se ad-  
sunt indignos. Et omnes Papae expressè notant in suis Bul-  
lis, quod ut quis divitiis quas continet fruatur, oporteat ut van-  
re contritus et poenitens sit. Verè contritis et poenitenti-  
bus.

Omnes norunt, quod tria constituent poenitentiam, contritio seu attritio juncta Sacramento, confessio et satis-  
factio: sed pauci in hoc munus suum observant. Duo, secun-  
dum Concilium Tridentinum sunt absolute necessaria ad  
veram contritionem sive perfectam sive imperfectam:  
detestatio peccati sui, et sincerus dolor ob Deum offensum,  
hoc est primum; firmum propositum illum non am-  
plius offendendi, hoc est secundum. Atqui saepe in uno  
et altero fallitur.

Modò quis idèò solummodo peccatum suum deserit,  
quia illud perpetrandi non amplius habet occasionem,  
aut quia passioni suae satisfecit: sed adhuc illius cum volup-  
tate meminit; ultionis cupidi, injuriarum sibi illata-  
rum vindictae; Senes concubinari impudicae quam du-  
xerunt vitae... Eulercartius qui per simoniam benefi-  
cium suum adeptus est, alia tam iniquis viis possidere non  
cupit: sed sapia ipsum non piget se tam pernicioso medio  
usum esse, quo tam commodam re ipsa conditionem naci-  
tus est.

Modò non est nisi dolor, quem poenitens concepit de  
malis temporalibus quae sibi per peccatum suum accersi-  
vit, de morbis, aut infamia, quae sunt libidinum suarum  
consecutiones, de pessimo rerum suarum statu, quod  
vindicta sua satisfacere voluerit, Modò non est nisi  
propositum vacillans, et sicut illud nunciat S. Augustinus  
tineus\*, semivoluntas. Promittit Deo se non amplius re-  
lapsum, id ita se velle credit; sed non nisi debiliter  
vult, et mala ipsius voluntas, quae fortior est, bonam  
superat. Hinc supplicia aeterna, quae vitare cupit,

66.  
Conditiones  
necessariae  
ad lucrandum  
jubileum

Tres partes hujus  
poenitentiae,  
contritio, con-  
fessio, satisfac-  
tio.

Natura et si-  
gnatura con-  
tritionis.

\* Lib. 8. Confess.

reformidat; illinc voluptate qua illum demulset, attrahitur. Rebus sic stantibus anima relabatur in priorem morbum suum, et si quosdam conatus adhibet, ut se ad veritatem evahat, statim consuetudinis pondere opprimitur, et à perversis suis propensionibus rapitur.

fy.

XI.

Confessio necessaria ad lustrandum Jubilaeum, sed qualis confessio?

Confessio est altera pars poenitentiae, et gratia Jubilaei illam supponit: Sed qualis confessio, et quales esse debent illius qualitates? S. Bernardus duas principales commemorat, diligentiam, et sinceritatem: diligentiam in examine peccatorum suorum, et sinceritatem in ipsorum manifestatione.

Oportet confiteri omnia peccata sua, et si quis mortalia ex defectu diligentis et necessarij examinis obliviscitur, confessionem suam nullam reddit. Si postquam vitam otiosam et voluptuosam duxit, si postquam plures menses in oblectamentorum prohibitorum concatenatione transegit, cum improbis consuetudinem et familiaritatem junxit, amicitias, vel flagitiosa commercia contraxit, essentialia status sui munera neglexit, infinitis occasionibus cogitatione, verbo, et opere deliquit: si, inquam, post haec omnia conscientiae suae examini, antequam confiteatur, leve intervallum duntaxat tribuat, precipitanter sacrum Tribunalis accedat, quin ferè sciat id, de quo se accusat, indigestam rerum inutilium congeriem effutiat, nec ea quae absolute manifestanda sunt, singillatim exponat, an rectè confitetur?

Num tam exiguo temporis spatio totam transactam vitam suam revocare potest? iniqua commercia quae contraxit, pravas cogitationes quae habuit, detractiones quae protulit, scandala quae dedit, injustitias quae commisit, ultiones quae executus aut merditatus fuit, damnum quod proximo suo circa famam vel bona ipsius intulit, negligentiam quam habuit in adimplendis status sui obligationibus? Tales sunt confessiones innumerarum hominum, qui post plurimum mensium et subinde integrorum annorum spatium nesciunt quid in confessio-

reli dicant, nos capi don Alii illa tur, modo e nun species it, quod unu itatem inter nos constitu nno privileg Alii effingend per, rebus de menti, tamera petiendo, m inter dunta pparius ad ea adertiam se Quidam h miserit impi un miserat a curandi, ra mulandi. In ratione i thinehnt. Non suffic bonum, nec lo d'inscitate fesse. En qu num Conclim et poenitentia Sacardos, q pro qualitate te Salutaris que, ne si fo cum poenitan pro gravissim cum participi tiffactis que

nati dicant, quamvis peccatorum suorum numero capillorum suorum excedat numerum.

Alii illa occultant, dissimulant, ementuntur, modo cordis expressionibus utendo, quae illorum speciem mutant, modo in alios rejiciendo id, quod unice ab ipsis provenit, modo ad suam utilitatem interpretando, ea quae coram Deo ipsos summè reos constituunt, modo falsis praesentium privilegiorum natalium vel fortuna fatalem sibi effingendo conscientiae tranquillitatem, modo super rebus dubiis, et quae tamen magni sunt momenti, temerarie sibi imaginariam innocentiam potiendo, modo inter minuta peccata rapide et leviter duntaxat summè enormia tangendo ne Confessarius ad ea attendat ipsisque veritatem dicat, quae molestiam foret.

Quidam Rex poenitentem ait, quod Dominus ipsi remiserit impietatem criminis sui, sed prius consilium inierat adversus se ipsum loquendi, se ipsum accusandi, reum fatendi, nihil occultandi nec dissimulandi. Indulgentia ergo pro ipso erat: sed an haec eadem ratione innumeri pseudopoenitentes eam non obliuiscunt.

XII.

68.

Non sufficit conipere verum dolorem peccatorum suorum, nec se de iis cum omni possibili diligentia et sinceritate accusare, oportet praeterea de iis satisfacere. En qua haec de re loquitur Sacrum Tridentinum Concilium, ubi ipsi sermo est de Confessariis et poenitentibus quas imponere debent. Debent omnes \* Sess. 14. c. 8. Sacerdotes, quantum spiritus et prudentia suggererint, pro qualitate criminum, et poenitentium facultate salubres et convenientes satisfactiones injungere, ne si forte peccatis conniveant, et indulgentius cum poenitentibus agant, levissima quaedam opera pro gravissimis delictis injungendo, alienorum peccatorum participes fiant. Habeant autem praec oculis, ut satisfactio quam imponunt, non sit tantum ad nova vi-

Demulset, p...  
bitar in p...  
us abhibet, ut  
Dinis p...  
ibus rapit...  
ntia, et g...  
efig, et que...  
ibus duas p...  
t sinceritatem  
luorum, et h...  
sua, et si qu...  
ari examina...  
am re...  
m dicit, si p...  
ntorum p...  
um impo...  
amicitias...  
tialia statu...  
onibus cogit...  
post haec...  
im confiteat...  
t, praecipit...  
me sicut il...  
tulum con...  
infertanda...  
onfiteatur...  
io totam t...  
iniqua com...  
quas habet...  
que dicit, p...  
s cecidit, aut...  
i mo suo v...  
gligentiam...  
obligatione...  
rorum hom...  
brade integ...  
uit in conf...

tae custodiam, et infirmitatis medicamentum, sed  
ad praeteritorum peccatorum vindictam et castiga-  
tionem p.

Facile ex his habetur, quod Concilium istud de gra-  
vis poenitentiarum speciebus loquitur, medicinali  
nempe, quae impedit ne poenitentes in ea qua commi-  
serunt, peccata de novo labantur, et de aliis, quae ea  
in qua lapsi sunt, castigat. Calvinista et Lutherani  
priorem non negant, sed posteriorem absolute rejiciunt.

Facile conceditur, quod nulla Indulgentia, nullum  
que Jubilaeum possit poenitentem a priore, quae est me-  
dicinalis, eximere; (hujus rationem postea offeremus.)  
Sed potestne Confessorius in Jubilaeo magnis peccatoribus  
absolute posteriorem totam remittere?

Primis Ecclesia saeculis dabantur Canones, qui designa-  
bant poenitentias, quas subire tenebantur peccatores  
pro quolibet flagitio et delicto; et tunc Confessorius non  
agebat aliud quam ut ipsis latam ab Ecclesia legem ap-  
plicarent. Hodie dum ipsa illorum prudentia relin-  
quit poenarum ~~in~~ impositionem, quas subire debent  
poenitentes: Sed ipsis tam parum potestatem tribuit om-  
nes remittendi, ut declarat, quod, si cum ipsis nimium  
indulgenter egerint levissima sunt atque opera satisfac-  
toria pro gravissimis delictis injungendo, se alienorum  
peccatorum participes et reos sint effecturi.

## XIII.

69. Perniciosis igitur error est credere, quod Jubilaeo et  
Indulgentia poenitentes ab operibus satisfactoriis ab-  
solute eximant, quod Sacerdos sit Judex arbitrarius dum  
taxat, nec necesse sit ea quae jubet exequi. Quamvis  
nimium hi poenitentes se potestati quam ipsi Christus  
Jesus concessit subjecerunt, non amplius eis licitum  
est poenitentiam ab ipso injunctam omittere: Quod adeo  
verum est, ut in antiquo Ecclesiae usu, quo poenae pro  
quolibet peccato imponenda designabantur, tam stric-  
ta erat in poenitentibus eas subeundi obligatio, ut si  
eas omitterent, ipsis reconciliationis gratiam denaga-  
ret.

Stephanus Papa qui saeculo nono vivebat, magno  
cuidam Domino nomine Aristulpho, qui in Zolotyria

Poenit. Rom.  
tit. 2. c. 11.

astu uxorem suam occiderat, hanc vicissitudinem obtulit et injunxit, ut scilicet vel in Monasterium aliquod se cederet ibi per totam vitam suam poenitentiam acturus, vel si eam in mundo agere mallet, accuratè has quas ipsi imponit regulas observaret; jejuniis, vigiliis, orationibus et elemosinis continuo occuparetur; nullum unquam convivium adiret, nulla caperet oblectamenta; Jamissè retrò Ecclesiae januam staret ab aliis fidelibus separatus, quorum precibus se commendaret, ubi eam ingrederentur et egrederentur.

Hæc autem addit: Duriorẽ hæc, quam tibi in mansuetudine et misericordia Dei poenitentiam, imponere possam; sed si eam perfeceris, Spero ab infinita Dei bonitate, quod accepturus sis remissionem peccatorum tuorum. Quod si è contrario Salutare monitum, quod Ecclesia Mater tua tibi dat, Despexeris, nos te à nostra communione separabimus; semper vinculis Dæmonis obstrictus manebis, et Sanguis tuus in caput tuum recidat.

## XIV.

Quid adhuc illi, qui postquam magna flagitia perpetraverunt, de præterita Severitate Confessariorum conqueruntur, qui ipsis poenitentias incomparabiliter mitiores injungunt? Illi qui arbitrantur quod tempore Jubilæi omnes peccatis suis debita poena ipsis omninò remissa sint, aut qui negligenter vel etiam cum quadam repugnantia ea faciunt, quæ Bulla præscribunt? Illi, qui cum Confessario dicere debent: quid vis ut faciam? ultrò me iis omnibus quæ jussaris, subjeciam, cupiunt è contrario ut Confessarius faciat quæ ipsimet volent? Illi, qui incomprehensibili coecitate et impietate se variis flagitiis voluntariè tradunt dicentes: ab iis absolutionem recipiamus quando celebrabitur Jubilæum? Illi denique, qui putantes, quod tempore isto maximis peccatoribus plena peccatorum suorum remissio concedenda sit, cum indignatione et minis Ministros Dei accipiunt, qui ipsis opera satisfactoria injungunt, quorum duratione et Severitate offendentur?

Cum Feliciſſimus et Fortunatus Roma con-

\* Ep. i.

quasi essent adversus S. Cyprianum, quod inlementer  
eos accepisset: hoc praeclarus hic S. Vir Cornelio Papa  
respondet: \* Si velint experiri nostrum iudicium, vani-  
ant, si quam habent defensionem quam proferant,  
videamus quanam ipsorum mens sit circa Satisfac-  
tiones quas facere debent; videamus quales poeniten-  
tia fructus nobis afferant. Namini hic Eclesia clau-  
ditur, nec Episcopus euidam dat repulsam. Nostra pa-  
tientia, nostra facilitas, nostra humanitas omnibus  
patent. Sed si qui sint qui abutuntur se Jenuo Eclesi-  
am intrare posse non cum precibus, sed cum minis, vel  
si sibi permadent, quod loco lacrymarum et operum satis-  
factoriorum quibus innumera deberent, amanter re-  
cipiendi sint ex metu ne offendantur: Sive debent, quod  
Eclesia Dei ipsis cum rigore obstitutura sit, quod Cas-  
tra Jesu Christi, semper fortia et invincibilia continue  
protectione Dei hujus, ipsorum minis nunquam caesa sit

## XV.

71

Eclesia qua antiquos poenitentiae Canones vlla-  
xare potest, ultimarum hinc temporibus id praestitit.  
Concilium Tridentinum ad propositiones sibi factas eos-  
dem restituendi post morosas deliberationes con-  
sultat deferendum esse Christianorum infirmitati, qui-  
bus nec animus nec vires sunt tam longas amplecten-  
di austeritates; et quod insuper cum haereticis veri-  
tatem et validitatem Indulgentiarum oppugnarent,  
multum interesset ostendere, quod Eclesia jus habe-  
ret poenitentibus gratiam impertiendi, ipsis meri-  
ta Jesu Christi et Sanctorum suorum applicandi, ip-  
sos eximendi non modo à Satisfactionibus Canonis,  
sed etiam à poenis temporalibus quibus erga Justi-  
tiam Divinam sunt obstricti.

Non satis laudari potest pius S. Caroli Cardinalis,  
Gropperi et Doctorum Universitatis Lovaniensis  
fervor, qui instantes à Concilio postulaverunt, ut pa-  
ma hujus disciplina austeritas restitueretur. Ecle-  
sia quam Spiritus Dei semper regit, habitis suis  
id non faciendi rationibus, voluit ut Confessarii he-  
rum Canonum notitiam haberent, suis poenitenti-

bus eos exponerent, etque indicarent, quantâ cum mansuetudine haberentur per peccatorum remissionem, quæ olim non obtenta fuisset, nisi post diutina, abjecta, et laboriosa exercitia.

\* Anathemata fecit eos, qui dixerint quod Ecclesia \* Sess. 25. c. 21  
sancta potestatem non habeat concedendi Indulgentias: sed simul cupit ut eis necessaria moderatio adhibeatur, ne nimia facilitate Ecclesiastica disciplina enervetur, et debilitetur.

At qua ratione hæc disciplina debilitari et enervari potest, nisi cum magno peccatore, inde sumunt occasionem poenitentiam non agendi, et Confessarii salutaris poenitentias quæ quondam ad ipsorum peccata proportionem habeant, eis non injungunt.

## XVI.

72.

Indulgentia data est ut debitorem juvet, non ut auctorem impediat ad solvendum juxta veras vires suas. Dom. Godsau  
Ep. Vinciens.  
Serm. in Jubili-  
coenon.  
Thesaurus sanguinis et meritorum Jesu Christi atque Sanctorum suorum veniat in auxilium pauperum et peccantium, qui sincerum habent propositum expiandi culpas suas. Sed Ecclesie mens est, ut cum prudentia distribuatur, idque aperte innuit S. Pontifex, quando mandat Confessariis ut salutarem poenitentiam peccatoribus injungant. An hi peccatores sapè enormium criminum rei sunt sine ulla satisfactione, nec: quod inauditum est: quin vel ullum eam præstandi propositum habeant, has gratias recipere possunt? In ref. morali  
q. 30.

\* Comitatus doctissimus Jesuita clarè asserit, quod quamvis Indulgentia sint plena, plenaria, et adeò ample, ut eis nihil amplius addi possit, tamen poenas peccati non remittant æqualiter omnibus illis, qui faciunt ea quæ Summus Pontifex injungit, sed in quantum duntaxat cum majori pietate, charitate, et poenitentia gratiam Jubilei percipiunt. Hanc in rem adducit ea quæ quibusdam Cesmus Antisiodorensis, S. Bonaventura, et Duo cardines Sancti Pontifices disserunt..... Sedes Apostolica, et

» inquit Cardinalis Baronius, concedit has Indulgen-  
 » tias non ignavis, desidiosis, et pigris, sed iis qui fide-  
 » liter munera sua defunguntur: cum una ex pra-  
 » cipuis dispositionibus ad curandum Jubilaeum sit  
 » sincerum et constans propositum poenitentiam  
 » agendi. Sacundum suas vires, atque effusione thesau-  
 » ri Ecclesiae utendi ad offerendum Deo id quod ex pro-  
 » prio non habent, et ut levi proctio à debitis suis  
 » liberentur, nec quidquam patiantur.

## XVII.

» Nihilominus quoniam sunt opera Satisfacto-  
 » ria plerorumque fidelium qui Jubilaeum volunt  
 » lucrari? Si ea accuratè examinamus, invenie-  
 » mus quòd nullam habeant proportionem cum  
 » peccatis quorum sunt rei. Evidenter quot reper-  
 » riuntur, qui postquam per plures annos in exc-  
 » crandis flagitiis remanserunt, vel quin ad Sacra-  
 » mentum poenitentiae confugiant, vel Confessariis  
 » ea occultant, vel in ea relabuntur, tamen arbitra-  
 » buntur, se ab iis solutos esse, dummodo quardam  
 » Ecclesias visitent, tribus diebus jejunent, quardam  
 » orationes recitent, et aliquas largiantur elemo-  
 » synas, et haec omnia sine poenitentia Spiritu, et si-  
 » ne cordis dispositionibus, quas Ecclesia exigit, ut In-  
 » dulgentia sit utilis?

» Nihil de vestium superfluitate demunt.... A  
 » Stationibus ad ambulationem, ad congressus, ad ordi-  
 » naria oblectamenta pergunt. Ignorant quid sit se  
 » per aliquot dies domi suae includere, ut attentiori  
 » animo cogitent ad actionem quam faciunt, furari, pro-  
 » ut ait S. Ambrosius, Somno quò natura indiget, qua-  
 » dam horas, illum suspiriis et orationibus inter-  
 » rompere. De omnibus, prout aliis temporibus, loquun-  
 » tur rabus. Vix tantum sibi imperare possunt, ut per  
 » tres dies jejunent: multi propter levas incommodi-  
 » tates ab hoc jejunio se eximi curant, quasi verò absti-  
 » nentia esset instituta ad demulcendum corpus, et  
 » Ecclesiae mens non esset ut illud quidpiam pateretur.  
 » Quomodo alii jejunant? An non eo modo quem De-

us non elegit, prout ipsemet loquitur per Prophe-  
tam suum Isaiam, et unde illud ei est in abomina-  
tione? An non ex carum lautitia multas manus occu-  
pat? An non ibi carnis abstinence voluptaria est  
ob varietatem ciborum qui comeduntur? An quaedam  
temperantia in illorum usu servatur? An non pala-  
tum sibi Satisfacere querit?

Veteres Anachorita non arbitrabantur se jejuna-  
re, quando sub diei finem quo solebant refectioem  
suam sumere, panem manducabant et aquam bibe-  
bant ad Satietatem. Hodie Christiani meridie su-  
munt cibum; et collatis quam vesperi faciunt adae  
ampla est, ut optima coena dicit possit.

## XVIII.

73.

Quam mirum discrimen veteres poenitentias in-  
ter et modernas! Sufficit mihi hic cum S. Hierony-  
mo eandem unicum *Habiola* ~~complem~~ exem-  
plum afferre\*. Sanctus hic Pater, qui hujus Matro-  
nae Romanae tanquam Sancta elogium tenuit, narrat  
quod cum à marito suo adulterii causa *discessisset*  
aliisque *nupisset*, ex opinione primum suum matri-  
monium solutum esse, se ob hanc culpam, qua po-  
tius ab errore et imprudentia quam ab incontinen-  
tia quadam et malitia proveniebat, publica poe-  
nitentia subiecit.

\* In Epitaph.  
*Habiolae ad*  
*Ocean. pag.*  
*240.*

Saus cooperta, inquit S. Hieronimus, in ordine  
poenitentium in conspectu Romae, Papae, Sacerdo-  
tum, et totius populi, qui cum ipsa plorabant. Humi  
procumbens, sparsis capillis, vultu livido, sordibus  
manibus, et capite cineribus consperso, unctis vulneribus  
suum patefecit, et Roma carens plagam, quae ipsam  
deformaverat, ipsius deflevit infortunium. Eula-  
siam Domini ingressa non est, sed mansit extra cas-  
tra, ab aliis separata, quemadmodum Maria soror  
Moysis, expectans, donec Sacerdos, qui eam foras mi-  
serat, denuò intrare juberet. . . . . *Faciam suam per-*  
*cutiebat, eo quod secundo marito suo *plauisset*. Nec gam-*  
*mas nec margaritas gestare amplius voluit. Pretiosa lin-*  
*tea sua, et ea omnia quibus se prius ornaverat, ampli-*  
*us intrare non poterat. Denique non minus afflicta*

erat, quam si adulterium commisset; et plura remedia adhibebat ad unicum vulnus sanandum. Hæc Iacobi S. Hieronymus. Si Jubilæa lucranda sint, ut poenarum moderationes obtinenda: quis inter ipsam et tot peccatores longè magis eos eandem mirabitur?

## XIX.

74.

II. conditis necessaria ad lucrandum Jubilæum; favore ea quæ Bulla præcipit.

Omnes summorum Pontificum Bullæ iis, qui Jubilæum lucrari voluerint, præscribunt Stationes, visitationes Ecclesiarum, orationes, elemosinas, et ieiunia. Tot flagitiosos vel inuitos gressus versus creaturas facere; etiam quosdam facere debent ut ad Creatorem appropinquent. In tot locis fuerint ubi innocentiam suam amiserunt; oportet etiam ut Tempa adeant ad obtinendam à Domino gratiam illam recuperandi. Tot preces fecerunt sine attentione, sine recollectione, sine firmo peccata sua deserendi proposito: oportet ut si ea ipsis remitti cupiant, ferventes et sanctas faciant: et per has preces non modo intelligantur vocales et mentales, sed etiam frequentes cordis aspirationes ad Deum, et continua oblationes omnium eorum quæ agrediuntur, faciunt, et patiuntur.

Ieiunia et macerationes corporis non minus sunt necessaria. Oportet ut tot flagitiosas voluptates, quibus per sensus se oblectaverunt, expient, et peccatis in quæ lapsi sunt opponant contrarias virtutes. Hæc obligatio fundatur 1.º in ordine Iustitiæ, qui postulat ut ille qui quidpiam quod suum non erat, illud alteri tollendo, sibi attribuit, illud ipsum eidem quantum potest restituat sibi ipsimet illud auferendo. Atqui peccator qui Deum offendit, et qui effrenatis voluptatibus corpore suo abusus est, alienam rem <sup>sibi</sup> usurpavit: adeoque necesse est, ut injuriam Deo et sibi met ipsi illatam resarciat; et ad hoc ieiunia et opera satisfactoria contribuant. 2.º In hæc immutabili regula S. Augustini\*, quod non sufficiat vitam mutare et peccatum non amplius committere, sed præterea necesse sit, ut dolore poenitentia, gemitibus, macerationibus corporis, et cordis contriti sacrificiis pro iis in quæ lapsus est satisficiat. 3.º In Sacramento poenitentia quod sine satis-

\* Hom. 50.

factione integrum non est, nec sine voluntate illam faciendi, quae prout Patres Concilii Carthaginensis et Concilii Tridentini docent, contributioni est essentialis, validum esse nequit.

Carthag. Can. 22.  
Trid. Sess. 25.

Quantum ad eleemosynam notum est, quid Principi illi de quo in S. Scriptura fit mentio, dictum fuerit, ut nempe iis peccata sua redimeret; et quid dicit Santa viro Tobiae, Angelus Raphael, quod bona sit oratio cum jejuniis, et eleemosyna magis quam thesaurus auri recondere. Eleemosyna quae consistit in proxi omnium possibilium operum misericordia sive spiritualium, ut ignaros docere, peccatores corrigere, consilium eo indigentibus dare, afflictos consolari, injurias patienter tolerare et indulgere, pro vivis et defunctis orare: sive corporalium, ut esurientes pascere, nudos cooperire, domicilium non habentibus hospitium praebere &c. Haec sunt bene multa rationes et viae Deo satisfaciendi et indulgentiam ipsius sibi conciliandi.

Tob. c. 12.

XX.

75.

Quamvis haec obligatio ab omnibus agnoscatur, tamen illius proxi rarissima est. Christiani Divicias trutinatas habent, ad quas auri et argenti sui proventus examinant; unam ad recipiendum, quae gravior est, alteram ad laudum agendis, quae levior est. Qui hac ratione et modo divitias quas à Deo acceperunt, ponderant, hi incidunt in abominationem, de qua loquitur S. Scriptura: Bonus et bonus, mensura et mensura utrumque abominabile apud Deum.

Deus videtur trutinis inaequalibus usus fuisse, quippe qui omnia divitibus, et nihil egenis dedidit. Sed ita egit cum summa bonitate aequae ac sapientia, ut divites ad quamdam aequalitatis speciem res reducerent, per communicationem abundantiae suae quam facerent indigentibus. Tanquam depositum aliquod partem pauperum in manibus suis tenerent, inquit S. Leo: at quid severius est, quam res titutis sacrum rerum, quae hoc modo habentur?

» Prophetam Ezechiel signis vita pecuatores reddita,  
 » et conversionis ipsius istud etiam annumerat, quod  
 » nempe pignus quod accepit non retineat, sed fideliter  
 » ter restituat. At Deus ipse pignus hoc divitibus  
 » committit, nec illud retinere possunt, quin fur-  
 » ti simul et homicidii eos se faciant. Qui egenum  
 » non aluit, occidit, ait S. Ambrosius. Hanc quot ho-  
 » micidiorum iuxta hoc principium rei sunt tot divi-  
 » tes, qui arbitrantur se coram Deo immunes esse,  
 » quod decem vel duodecim pauperibus panem dade-  
 » rint, et qui centum alere potuissent? Imò homini-  
 » da hi incogitantes faciunt rem deplorandam, et  
 » simul arbitrabantur, quod ipsorum elemosyna  
 » <sup>ascendant</sup> ad thronum iudicis sui, ut ipsum mitigent, clamor  
 » eorum, quibus opitulati non sunt, quamvis possent  
 » et debuissent, ad illum ascendat, ut adversus ip-  
 » sorum inhumanitatem vindictam postulat.

» Quilibet notum est, quibus viis pluraque di-  
 » vitum familia ad illud in quo sunt fastigium per-  
 » venerint. Quibusdam stimulis durante Jubilaeo  
 » forte agitantur. Dabunt seu potius restituentur,  
 » quod furati sunt; sed quomodo hanc restitutionem  
 » faciant? longe aliter quam Zacharus. Cuius ut  
 » quadruplum reddant eis, quibus furati sunt, ne qui-  
 » dem unum pro decem millibus reddent. Amor pro-  
 » prius, vanitas, propriorum commodorum studium  
 » restitutionibus suis modum ponent, et in ipsorum  
 » satisfactionibus multum impunitatis inveniatur.

Felices illi, qui hoc sacro tempore sine ulla satis-  
 faciendi Deo et proximo tenabuntur desiderio, qui  
 reperient Confessarios perspicaces et fideles, a  
 quibus consilia et monita ab omni proprio com-  
 modo aliena accipiant, atque sanentur non gra-  
 tis remediis, sed salutaribus atque divinis Evangelii  
 regulis convenientibus.

## XXI.

Annus Jubilaei vocatur à Paulo II. et Sixto IV.  
 annus remissionis, reconciliationis, gratiae; à Cle-  
 mente VIII. annus veniae et pacis; ab Alexandro VI.  
 annus quietis et latitiae; ab Innocentio X. annus sancti-  
 ficationis et indulgentiae.

76.

Nomina et  
 affectus Jubi-  
 leii

Et profet  
 busdam te  
 miseri in e  
 infirmitate  
 quam hu  
 libertate  
 atur. Ina  
 coronation  
 pecuniarum  
 vorant, et  
 quibus ipse  
 stando et  
 tios sangui  
 foet, ut ver  
 fidele mira  
 Jubileorum qu  
 annum cat  
 lum per inv  
 mabus fidel  
 im restis qui  
 non effund  
 Justitia  
 possitantes  
 ta, at clam  
 Misericordi  
 u. Consolan  
 Tus vos alle  
 tunc exaud  
 quando veni  
 nunt temp  
 nus, qui un  
 relationem  
 dum populo  
 In vata  
 te annuncie  
 gatur. Olim  
 tur, modo spi  
 restates con

Et profecto inauditum foret, ut Reges certis quibusdam temporibus gratias extraordinarias miseris in carcere detentis facerent, et Deus infinitè ditior, et ad misericordiam proclivior quàm hi Reges, interdum pro consolatione et libertate creaturarum suarum nullas impetratur. Inauditum esset, ut hi Reges in die coronationis vel triumphorum suorum magnas pecuniarum summas in sinu pauperum effunderent, et non essent in Ecclesia certi dies, in quibus ipsa thesauros Jesu Christi aperiret ad ditandos illos, quos divinus ista Salvator pretioso sanguine suo redemit. Inauditum, inquam, foret, ut veritas caderet figura, ut Coelum, per visibile miraculum, pro alimento et consolatione Judaeorum quemlibet quadragesimum nonum annum ceteris fecundiorum fecisset, et idem Coelum per invisibilia misericordiae prodigia, in animabus fidelium majorem gratiarum abundantiam certis quibusdam magis, quàm aliis temporibus non effunderet.

Justitia Dei habet suos ultionis dies: florate impenitentes peccatores, ululate, inquit propheta, et clamate vobis his diebus, ululate vobis vobis diebus. Misericordia etiam habet suos gratia et venia dies: Consolamini vos veri poenitentes, consolamini vos, et Deus vos alloquitur, quando dicit: Tempore opportuno exaudivi vos et adjuvi in die salutis. Verum quando veniet tempus istud? Nunc jam adest: Ecce nunc tempus acceptabile: Ecce magni Jililaei annus, qui cum quondam ad Judaeorum Jubilaei annum relationem habeat, vobis adhuc utilior est, quàm olim populo huic fuerit, inquit quidam vir doctus.

\* In veteri lege hic Jubilaei annus biennae sonitu annunciabatur; in nova voce Apostolica promulgatur. Olim in hoc anno debita temporalia remittabantur, modo spiritualia condonantur. Olim alienata hereditates recuperabantur; hodie bonorum operum, quae

\* Narramus  
notabile 4.  
sub finem

» peccatum mortificaverat, fructus percipitur. Olim  
 » qui à patria sua longè aberant Hierosolymam se con-  
 » ferebant ad laudes Domini in Sancto Templo suo de-  
 » cantandas; et hodie fideles in nostris Ecclesiis con-  
 » gregantur ut ipsum laudent, etque humiles gratia-  
 » rum actiones rependant. Olim omnia servilia opera  
 » in terra cultura cessabant; hodie omnis inordinata  
 » rerum mundanarum cura cessare debet. Olim terra  
 » illa omnis generis fructus in abundantia Judæis reddebat,  
 » ut exenti iniquitate vite necessaria sibi providen-  
 » di, non nisi animam suam nutrire et roborare bono-  
 » rum operum proxi studerant; et hodie nostrorum cor-  
 » dium terra pluviarum et rerum coelestium diluvio fru-  
 » cunda facta, non debet proferre nisi fructus, qui ad beatam  
 » aeternitatem maturescant.

## XXII.

77.

David gratis à Deo proventus, ditatus, cumulat<sup>us</sup>,  
 grati animi affectu exclamat: Deus meus misericor-  
dia mea. Ignorat quo nomine ipsum vocet, inquit  
 S. Augustinus. Appellabitne illum salutem suam, re-  
 fugium suum, fortitudinem suam? haec omnia nomina  
 Deo conveniunt, imò aptiora et magis naturalia viden-  
 tur esse, quàm si misericordiam suam illum appellet.

Si ei diceret: Deus meus, tu es salus mea, statim si-  
 retur, quid dicere velit, quoniam notum est, ipsum esse  
 qui dat salutem. Si illum refugium suum compella-  
 ret, facile intelligeretur quid vellet, quia ad Deum  
 confugimus. Si fortitudinem suam illum vocaret,  
 mirum haud esset, quia certum est, hanc fortitudi-  
 nem ab ipso provenire. Sed quare illum misericordi-  
am suam appellat? Ne miramini, respondet hic S.  
 Batar, haec enim respectu hominum qualitas est, qua  
 ipsis majorem affectu consolationem, et titulum, qui ip-  
 sis majorem spem tribuit: Statim ad verum omnis  
 gratia fontem accedit. Enimvero misericordia ipsos  
 proventus, comitatur et sequitur, misericordia, in qua  
 sperant à custodia matutina usque ad noctem, quia to-  
 ta est ipsorum, atque copiosam redemptionem ipsis tri-  
 buit.

78.

## XXIII.

Cum Jubilaeum sit extraordinaria indulgentia  
 at remissio poenarum debitaram peccatis in Sacramento  
 poenitentiae jam condonatis, quaeri solet, quoniam sint

hae poenae. Ad quod notandum i<sup>o</sup> quod culpâ jam deletâ et poenâ aternâ condonata, remaneat poena tempo-  
ralis non solum medicinalis sed canonica subeunda,  
sed Satisfactoria vel in hac vel in altera vita.

Cum Israëlita contra Deum et Moysen murmu-  
rassent, hincque Propheta ipsorum veniam impetrasset,  
ferè omnes morte puniti fuerunt. An non ipsemet  
Moyses et Aaron puniti fuerunt, quod non satis citò pe-  
ccatum percussissent? Quamvis vana Davidis curiositas  
in reuersione populi sui, ipsi condonata fuerit, an non  
Deus ipsi dedit optionem eligendi vel pestem, vel fa-  
mem, vel bellum? Si Principes, qui crimen condonant,  
tamen severas poenas injungunt: Si David quamvis Abra-  
hami veniam indulisset, tamen conspectum suum per  
aliquod tempus subire eum vetuit: an oportet, ut Deus,  
cui iustitia aequa ac misericordia sua ratio cordi est, ali-  
ter se gerat, inquit S. Augustinus? Oportet ne, ut omnia  
iuri tribuens, alterius iura omnia perfundet?

Num. c. 20.

XXIV.

igitur post peccatum condonatum subeunda sunt  
certa quaedam poenae; sed quanam sunt illae poenae? va-  
riae distinguuntur. 1<sup>o</sup> Sunt poenae naturales, ut morbus,  
fames, ignorantia, mors: poenae quae sunt necessariae et  
inevitabiles peccati originalis sequela: poenae quae per  
admirabilem misericordiam et iustitiam Dei dispositionem  
non minus sint virtutis nostrae probationes, quam pecca-  
ti nostrae castigationes, nobis per Iubilaeum remitti non  
possunt, eo quod ipsum Baptismi Sacramentum, quod  
in nobis culpam peccati delet, ab iis nos non eximat.

2<sup>o</sup> Sunt afflictiones et vnae personales, quas Deus,  
prout ait S. Augustinus, nobis immittit, ut ob peccata  
actualia, quae perpetravimus, puniat, vel nos impellat  
ad nobis ipsis invigilandum, quò ab ipsis nos tueamur. At  
effectus ordinarius et directus Iubilaei non est, ut nos ab  
his poenis eximat. Fortè interdum precibus et lacrymis  
nostris flecti se sinit, prout Ezechiae precibus flecti se per-  
misit, qui vita sua ad quindecim annos prorogationem ob-  
tinuit: Sed communiter loquendo, ab his poenis nos non libe-  
rat Iubilaeum.

3<sup>o</sup> Sunt poenae, quae medicinales vocantur: poenae,

\* In hac verba  
Ecc. enim scri-  
ptam dilectis-  
simi  
Dem. Tract.  
124. in Joan.

79.

qua sunt remedia à Confessario tanquam prudenti et benigno medico suis poenitentibus prescripta, ut in priores morbos relabi eos impediat; poena, quae non modo satisfactoria sed etiam praeservativa, sed et idonea sunt, quando se iidem subiciunt, spirituales quam receperunt fore re sanitatem, et sine quibus relaberentur. Atqui certum est, quod nulla Indulgentia plenaria, nullumque Jubilaeum poenitentem ab eis possint eximere. oportet, si verè talis effecit, ut firmum habeat propositum in posterum non amplius peccandi, adeoque oportet, ut procul à se removeat quidquid hoc propositum inutile reddere posset, omniaque remedia summat, quae ipsi prescribuntur, et quae apta sunt ad conservandam suam innocentiam. Hinc quando impiis et dissolutis prescribitur oratio, modestia et assiduitas in Ecclesia, lectio piorum librorum, in quibus pietatis hauriant exempla loco scriptorum illorum, quae mentem ipsorum depravabant, et cor veneno inficiebant: Quando prescribitur illis, qui parentibus suis vel Superioribus suis sunt inobedientes, ut certum quendam actionum numerum contra suam propriam voluntatem faciant, ut ipsis externa reverentia signa exhibeant, ut data occasione ipsorum agendi rationem laudent, illatas ipsis offensas humiliter sarciant: Quando obligantur ebriosi ut aquam bibant, vel vinum suum aqua diluant, ut haluationum suarum socios fugiant: Omnes haec poenae medicinales, quas singillatim hic texere nimis longum foret, sunt poenae, à quibus Jubilaeum poenitentem eximere non potest, nec unquam eximet.

Denique dantur poenae Canonicae, de quibus omnes Ecclesiastica historia mentionem faciunt, et poenae quas Iustitia Divina sibi reservat in altera vita nobis infligendas, nisi in hac vita eidem satisfacimus; et has poenas Jubilaeum nobis remittit. Canonica non amplius sunt in usu; aliae nobis remittuntur, sed quomodo? an per gratiam Jubilaei et Indulgentiarum? an per bonam et sanctam cordis nostri dispositionem? Haec utramque ajunt S. Cyprianus et alii SS. Patres. Sunt valuti duae causae, quae contribuant ad provecendum

eundem effectum. Non obtinavimus remissionem poenarum peccatis nostris debiturum, nisi infinita Jesu Christi merita nobis applicarentur, nisi gratuita et benigna misericordia ipsius thesauri nobis apererentur. Sed etiam hac applicatio non fieret, si non ex parte nostra ad eam contribuavimus, si Eucharistia precibus et nostris, auxiliis quod ipsa nobis offert, et sacrificiis cordis humiliati et contriti nos non preparavimus ad recipiendam adeo magnam gratiam: hoc nitenti, operanti, roganti potest clementer ignorare, potest in acceptum referre quidquid pro talibus patierint Martyres, et fecerint Sacerdotes.

\* S. Cyprian.  
De lapsis.

## XXV.

80.

Omnes affectus ad peccatum abjicere, nullum munus suorum, ut ut exiguum videatur, negligere, propriam miseriā sentire, et ferventibus precibus misericordiam Domini implorare, hæc sunt tota magna media perseverandi in ipsius gratia, inquit S. Bonaventura.\*

\* In dicata  
Salutis.

In sacra Scriptura sunt vincula, illecebra, fraudes, pondus, et exteriora peccati. His vinculis nos implicat; his illecebris nobis ad blanditur; his fraudibus nos decipit; hoc pondere nos deprimit; his exterioribus nos circumdat et obsidet.

Quamvis etiamnum hoc peccatum devictum est et ab anima pulsum, Daemon his mediis utitur ad illud deus introducendum. Verum si conatus ipsius inutilis reddere velimus et conservare gratiam quam accepimus, nos his vinculis expellere debemus, ipsius illecebris resistere, fraudibus ipsius diffidere, pondus hoc exutere, à vis et exterioribus illis quibus circumdamur, recedere: Deponentes omne pondus, et circumstant nos peccatum, inquit Apostolus.

\* Hebr. 12.

Gratia hæc, quam accepimus, similis est manna Hebræorum. Antequam hæc manna à coelo caderet, inavis nos jacebat per circuitum castrorum Israël -

\* Exod. 16.

» litarum, et quamprimum terræ superficiam cooperie-  
 » rat, apparebant minuta grana, et quasi pilo tusa. Sed  
 » quando hæc minuta manna grana in terram cecide-  
 » rant, aliud pruina stratum ea cooperiebat, ut à Solis  
 » ardoribus aliisque aëris incommodatibus tueretur,  
 » adeo delicatus et ad corruptionem proclivis erat cibus  
 » iste.

Gratia quam accepimus magnam habet cum hæc  
 manna relationem. Hæc gratia, quemadmodum man-  
 na, à coelo delabitur: prima relatio. Hæc gratia si-  
 cut manna, quæ varios sapes habebat, est multifor-  
mis: Secunda relatio. Si exiguus ros preparabat ter-  
 ram ad suscipiendam mannam, necesse est ut corda  
 nostra prepararentur, quatenus gratia ea ingredi vale-  
 at. Si Israelita de mane surgebant ad colligendam  
 hanc mannam, oportet ut ex parte nostra operemur  
 ad recipiendam hanc gratiam; et denique alterum  
 pruina seu rois stratum hanc mannam, ubi delapsa  
 erat, cooperiebat, ut ab injuriis aëris tueretur, oportet  
 et hanc gratiam adversus ea omnia quæ ipsi nocere  
 possent, cooperiamur.

## XXVI.

81.

In hunc effectum nulla bona opera negligere de-  
 bebemus. Deus formidando justitiæ suæ effectum, stercoritate  
 parcellit opera moraliter bona quæ faciunt pec-  
 catores: Sed etiam alio misericordie suæ effectum, mi-  
 nimas justorum actiones fovundas et meritorias effi-  
 cit, jacturas, ut ita dicam, quas peccatum ipsis intulit,  
 sariendo, necnon ipsis, cum in statu gratiæ sunt,  
 præbendo salutaria media acquirendi per adimple-  
 tionem maximè vulgarium munerum divitias gloriæ  
suae.

Hic est thesaurus absconditus, cui COLUM in Evan-  
 gelio comparatur. Nam quemadmodum in thesauro  
 reperiuntur non solum aurei et argentei nummi, sed  
 etiam viliores monete et nullius fermè valoris; sic eti-  
 am istum constituunt non solum virtutes sublimes et  
 heroicas, sed etiam vulgares et communes actiones.

Quando cum hominibus negotiamur qui saepe quod  
 multum est modicum, et quod modicum est nihil esti-

mant, commercium istud interdum nobis est infructuosum, et si exiguum quid ultra sortem nostram ex eo referimus, felices nos arbitramur: sed cum Deus sit infinite dives et magnificus, abundantia sua paupertatem nostram supplet, et vult, ut ex paucis, quae ei damus, magnos fructus colligamus.

\* Pauper illa vidua Evangelica non nisi duo ara minuta Luc. 21. mittit in gazophylacium: et quia corde bono dat quod habet, Christus Jesus ait, quod plus miserit, quam dives et superbus Pharisaeus. Sunamitis suscipit Eliseum, qui aliquoties apud eam divertit et comedit: ac pro exiguo hoc misericordis quere, hic propheta resuscitat filium ipsius, et quod, ut cum Ambrosio loquar, est velut hospitii ipsius pensio, hospitii sui solvit pensionem.

## XXVII.

Hic remissionis et indulgentiae temporibus, omnium eorum quae agimus, Deus rationem habet, et ut ut pauca sint, quae ipsi damus, illa tamen infinite valere facit. Sape exigua à nobis exigit, et talia quae à nostro pendunt arbitrio, necnon exigua nobis constant praeis. Olim contentus erat habere terram communissimam, lapides humi informes et impolitos; edificabis altare de saxis informibus et impolitis. Ab iis qui multum ipsi dare non possunt, nihil etiam adhuc hodie petit aliud, quam quod, ut ita dicam, in manibus suis habent, curam rei domesticae, exiguas cordis versus ipsum elevationes, bonum usum levit alicujus advenientis, humilem acceptationem vitae obscurae et pauperis: Hoc est ipsi edificare altaria de terra, et saxis informibus.

Sed animadvertite etiam, quod quanto faciliora sunt ista, tanto magis rei sumus, si ea negligamus. Ad id benignus est, ut iis sibi ipsi satisfaciat, et in sua amicitia conservet eos qui illa ei offerunt; sed etiam metuedum est, ne procul à se rejiciat eos, quibus ea est socordia et ingratitude, ut illa ipsi danegent. Igitur oportet, ut secundum mensuram gratiae quam acceperunt, omnibus suis muneribus magnis et exiguis defungantur, ut ut vix et abjectum videatur id, quod ipsi corde bono offertur, tamen eidem magnas remunerationes alligat.

Unde hoc venit? ex munione quam actiones etiam -

num minima et communissima habent cum infinitis  
meritis Jesu Christi, quorum applicatio fit in Jubilaeo.  
Nostra lacrymae et nostrae afflictiones Dei lacrymis et  
afflictionibus conjunctae nobis magnas gratias concili-  
ant. Nomina sua amittunt sicut flumina quando in  
mare delabuntur. Sed S. Paulus ait, quod in nobis aeter-  
na gloria pondus operentur. Nostra preces, nostra suspi-  
ria, nostra diligentia in adimplerione munerum etiam  
communissimorum sunt res admodum exiguae; sed tamen  
in Deo manent velut semen occultum, cujus beata aeter-  
tas fructus est: Semen aeternitatis, inquit S. Bernardus.

## XXVIII.

82.

Cum agricola semen suum terra mandat, videtur qua-  
si operam et grana sua perdet: sed nisi magnum inter-  
veniat infortunium, haec exigua grana multiplicantur,  
et ipsi abundantem messem produunt. Talia sunt nostra  
bona opera in statu gratiae facta; et haec ipsa ratione  
nullum negligere debemus.

Moses dura saxa virga sua parvities fontes aquae vi-  
vae ex eis elicit; S. Petrus cum sua umbra molestos et inve-  
teratos morbos sanat: Quid in se tenuius et debilius? Sed quid  
majus in suis effectibus? Id ipsum quodammodo dici potest  
de communibus nostris actionibus, quae cum in se ipsis ni-  
hil sint, singulari omnino virtute sunt praeditae, quando  
a gratia et Spiritu Dei animantur.

Vivo jam non ego vivo, inquit S. Paulus, vivit vero in  
me Christus. Si in me vivit, intus in me agit, et motus  
mei in bonum magis ab ipso quam a me veniunt. Ipse me-  
nibus meis eleemosynam largitur. Ipse pedibus meis Xero-  
doria visitat et carceres. Ipse ore meo fundit preces. Ip-  
se corde meo sancta desideria et pios affectus efformat: adeo  
que nullum ex meis muneribus negligere debeo, si illorum  
mercedem recipere, et in ipsius gratia perseverare cupis.

## XXIX.

83.

\* S. Fulgentius  
Ep. ad Theo-  
dorum.

Denique gratiae adiutorium semper est nobis a Deo  
petendum, sed ne ipsum quod possumus nostris viribus  
assignemus; neque enim haberi potest ipse saltem oratio-  
nis effectus, nisi divinitus fuerit attributus. Ut ergo de-  
sideremus adiutorium gratiae, hoc ipsum quoque opus  
est gratiae. Ipsa namque incipit infundi, ut incipiat

poni: ipsa quoque amplius infunditur, cum poscentibus  
datur. Quis vero potest gratiam poscere, nisi velit?  
Sed nisi in eo Deus ipsam voluntatem operetur, velle  
nullatenus poterit. Quocirca ut in his bonis, quae à Deo  
acquisti permanere et proficere: quidquid habes, bona vo-  
luntatis, vel bona operationis, Deo assigna, qui dedit; et  
et ipsum, qui dedit, humiliter roga, ut conservet et augeat,  
quod donavit.

Supplementum.

Cum multi Authores, et Concionatores sive veteres,  
sive recentiores de Indulgentiis et Jubilaeo tractave-  
rint, opere praetium erit, ne omnes citantur, quorundam  
annotare, qui accuratius de hac materia scripserunt.

Cardinalis de Richelieu de ea excellentem tractatum  
edidit, in quo plures statuit propositiones. Statim os-  
tendit, quod post culpam delictam et poenam aeternam  
condonata subeunda restet poena temporalis satisfac-  
toria vel in hac vel in altera vita. In Numerorum libro,  
cum Israelita contra Deum et Moysen murrurassent,  
hicque Propheta ipsis veniam à Deo impetrasset, omnes  
facinorosi in poenam peccatorum suorum morte puniti fue-  
runt.

In eodem libro legitur quod Moyses et Aaron puniti  
fuerint, quia non satis promptè peccata percussissent, p.  
Profecto, si Principes, quamvis crimen condonent, tamen  
poenas imponunt: si David postquam filio suo Absalon  
veniam indulxit, tamen per aliquod tempus conspec-  
tum suum cum subire non permisit: Deus cui, iustitia  
et misericordia suae rationes aequaliter charae sunt, in-  
finitè majus jus habet in eos qui illum offenderunt. et  
hoc demonstrat ex Iudicis S. Augustini locis.

Postmodum ostendit, quod haec poena posuit interdum  
integre remitti magnitudine contritionis, prout Regi Ege-  
chia, Ninivitis, Publicano, bono latroni, et Magdalenae  
accidit, quibus post remissionem peccatorum suorum  
nullam injunxit poenam. Inde demonstrat, quod Ec-  
clesia habeat potestatem remittendi

poenas temporales. Adducit ad hoc verba Jesu Christi ad  
Petrum, tibi dabo claves p. et ad Apostolos, Quodcumque p.  
Et haec poena non tantum sunt Ecclesiastica, sicut con-

Num. 12.

S. Aug. in ill.  
Egal. Eua  
enim verita-  
tam dilexisti.  
et tract 124.  
in Joan.

Sura et Suspensiones, sed etiam Satisfactoria, et quibus obstricti sumus erga justitiam Divinam. Hae potestate usus est S. Paulus erga incestuosum Corinthiacum; Concilia item Nicaenum, Laodicenum, et Ancyranum, Concilium Cathaginense. IV. cui interfuit S. Augustinus, Can. 75. et 76.

Deinde respondet objectionibus haereticorum, qui dicunt 1<sup>o</sup> Quod si restant quaedam poena temporales Deus semitantum condonat. 2<sup>o</sup> Quod si fuerit injuria infinitis meritis Jesu Christi. Statim respondet, quod Deus poenas etiam temporales poenitis condonat, sed ea conditione, ut ex parte nostra faciamus id quod in nobis est, et ea media quae praescribit, adhibeamus. Postea ostendit, quod procul ut hoc infinitis meritis Jesu Christi injuriam inferat, fateamur, quod nostrae Satisfactiones, <sup>ab illo</sup> omnem virtutem suam habeant. Pluribus aliis objectionibus etiam respondet, et veritatem Indulgentiarum probat ex Tertulliano, S. Cyrillio, Origeno, S. Augustino, S. Ambrosio, et pluribus Conciliis.

Quae Cardinalis Bellarminus de Indulgentiis laudat est, pulchra sunt et solida. Capite 1<sup>o</sup> Sui de Indulgentiis Tractatus tres vel quatuor veritates orthodoxas ponit, et Lutheri et Calvinii objectionibus respondet. Capite 2<sup>o</sup> explicat quid sit indulgentia. Capite 3<sup>o</sup> quod in Ecclesia sit thesaurus qui Indulgentiis pro fundamento est, quod Ecclesia jus habeat hunc thesaurum necessitatibus filiorum suorum applicandi.

In secunda quaestione quaerit, an Indulgentia sit solutio vel absolutio, et à quibus nos liberat; circa hoc duas vel tres diversas opiniones offert.

Deinde ostendit, quod Indulgentia sit actus potestatis jurisdictionis; explicat à quibus vinculis solvamus per Indulgentiam, quomodo nos liberat non solum coram Ecclesia, sed etiam coram Deo; ad <sup>hoc</sup> adducit mentem S. Thomae et aliorum Doctorum contra haereticos.

Postmodum differt de Indulgentiis plenariis et non plenariis. Ostendit quanam sit earum utilitas, quomodo applicentur vivis et defunctis, et quanam habeat potestatem illas concedendi.

Capita 6. et 7. probat quod iusta causa requirantur ad hoc, ut Indulgentiae sint validae, et quanam sint illae causae. Cap. 8. et 9. de iis loquitur, quae mortuos respiciunt, et quomodo illis applicentur per modum suffragii.

86.

Circumfertur Tractatus Romae an. 1650. impressus auctore P. Dominico à SS<sup>ma</sup> Trinitate Ordinis Carmelitarum Discalceatorum, in quo praecipue de anno Sancto dixerit, 1<sup>o</sup> De nomine anni Jubilaei: 2<sup>o</sup> De suis praerogativis et emolumentis: 3<sup>o</sup> De sua antiquitate: 4<sup>o</sup> De caeremoniis et ritibus, qui Romae in initio, fine, et decursu Jubilaei fiunt et observantur. 5<sup>o</sup> De discrimine Jubilaei Ecclesiastici respectu aliarum Indulgentiarum: 6<sup>o</sup> De subiectis et personis ad quas fructus Jubilaei se extendunt: 7<sup>o</sup> De dispositionibus requisitis ad illas suscipiendas. Postea agit de peregrinationibus, confessione, visitatione Ecclesiarum, elemosinis, et de omnibus iis quae in Bullis injunguntur.

Dominus Dupin in suo Saeculi Sexti Saeculi Tomo Doctam et curiosam epitomen tenuit propositionum Lutheri circa Indulgentias. Recentiores Theologi istam materiam ferè omnes tractaverunt.

87.

Dominus Joli Episcopus Aginenis tria praeconia de Jubilaeo edidit. In primo explicat mentem Ecclesiae circa Jubilaeum, et circumstantias ad illud lucrandum. In secundo tres rationes stabilit, quae nos impellunt ad adhibendos omnes conatus nostros, quò Jubilaeum lucræmur, quarum prima emittitur ex misericordia Dei, secunda ex proprio nostro commodo et utilitate, et ultima ex bono communi Ecclesiae.

In tertio praeconio explicans dispositiones requisitas ad lucrandum Jubilaeum eas ad duas reducit, ut scilicet in statu gratiae, et habeamus spiritum poenitentiae, qui ex his signis dignosci potest, nempe ex testimonio conscientiae nostrae; et interiori mentis affectu et dispositione potius omnia etiam charissima perdendi, quam Deum mortaliter offendendi, item ex praxi virtutum peccatis commisis contrariarum.

Postmodum ostendit, quod illi in perniciosum erro-  
rem labantur, qui nullam aliam in Jubilaeo habent inten-  
tionem, quam ut se poenis justitiae ipsius sebitis exo-  
nerent. Hunc errorem impugnat. 1<sup>o</sup> ex S. Cyrillano,  
qui ait, quod Ecclesia pacem dicit non dormientibus,  
quos mollis desidia sopit, sed vigilantibus; non iis, qui  
delicias amant, sed iis, qui arma tenent in manibus ad  
pugnandum: Pacem non dormientibus, sed vigilantibus  
damus; pacem non deliciis, sed armis damus; pacem non  
ad quietem, sed ad armam damus. 2<sup>o</sup> Ex intentione  
Ecclesiae, quae Jubilaeum concedit, non ut supplemen-  
tum sit voluntati poenitentium, sed ut ipsorum infir-  
mitatem adjuvet et inflammet: non ut supplemen-  
tum voluntati, sed ut supplementum virtuti.

S. Faber Jesuita Germanus in haec verba: ego veni ut  
vitam habeant, et abundantius habeant, veritatem  
et utilitatem Indulgentiarum et Jubilaei confirmat  
1<sup>o</sup> ex S. Scriptura. 2<sup>o</sup> ex consensu omnium orthodoxorum  
Doctorum: 3<sup>o</sup> ex Insuper solidis rationibus in Sermone  
8. Febr. 3. Pentecostes. Alibi in Dominicam 6. post Pascha  
explicit, ut hodie Indulgentiae sint frequentiores quam  
primis Ecclesia saeculis fuerint.

Apud Dominum Godeau Episcopum Vinciansem legitur  
excellens Sermo de Jubilaeo.

### Infernus.

Infelix Aeternitas,  
Damnatio, Damnatio, poena Damni et  
Sensus.

### Sermo primus

Mortuus est autem dives, et sepultus est in inferno.

Luc. 16.

88.  
Profer. 5. 2<sup>o</sup> Jo.  
Habdom. Ana-  
drogima.  
Et pro fer. 2<sup>o</sup> i<sup>o</sup>  
habd. in haec ver-  
ba: Ibunt hi  
in supplicium  
aeternum, ius-  
ti autem in  
vitam aeternam.

En Christiani, tristam catastropham ad ejus conside-  
rationem ait S. Chrysostomus, quod, si nativitas nos omnes  
aequet, mors stupendam nos distinguendi habeat potesta-  
tem. Omnes in peccato nascimur, diversa nostrae actiones  
per vitam nos ab invicem separant, modo ad bonum, modo  
ad malum; sed quomodounque res eveniat, mors et iudicium  
Dai stupendam separationem faciunt vel felicitatis vel in-  
felicitatis.

Talis fuit ea, qua Lazarum inter et Divitem epulonem intarsit: inter Lazarum miserum in vita et felicem post mortem; inter Divitem epulonem felicem secundum mundum dum vivebat, et re ipsa infelicem, quando mortuus est. Lazarus fame pereurus in vita, Deliciosâ post mortem fruitur abundantia; Divites epulo voluptatibus in vita satiatus, post mortem suam guttam aqua postulat ad temperandum ardorem mortiferarum flammarum, quibus in inferno cruciatur. O Deus, quam funesta mors! Quam tristis distinctio! Quam horrenda sepultura! in gaudio vivere, in peccato mori, in inferno sepeliri.

Actum est, condemnatus est per Decretum sine mitigatione, sine misericordia, sine appellatione. An in hoc, o munda, Desinare debebant tota tua gloria, omnes tui honores, omnes tuae voluptates? in carcerem ignis, in infelicem sepulturam? Ita, fratres mei, et tria illa, qua Evangelium in ore Abraham ponit, ut ea Diviti epuloni dicat, vobis parlam facient infinitam supplicii sui magnitudinem et deplorandum statum animae ad ignem inferni condemnatae. Sibi recordare quia recepisti bona in vita tua, En primum: Nunc vero cruciaris; en secundum: Inter te et nos chaos magnum firmatum est; en tertium.

Porro haec tria totam damnatorum infelicitatem constituent: recordatio praeteritae felicitatis suae; Savitia praesentium poenarum suarum, Desperatio mutandi statum pro futuro. Infelicitas damnatorum incipit ab ipsorum recordatione: Recordare. Recordatio, inquit S. Augustinus, <sup>inest</sup> quae, velut receptaculum et stomachus animae nostrae, in quem intant gaudium et tristitia, velut tibi quibus ipsa alitur; Recordatio quae praedestinos gaudis afficit, reprobos affligit et torquet; Recordatio, quae, prout addit, Dei recordationem quodammodo imitatur, ad quam miram habet relationem.

De quo recordantur praedestinati? De praeteritis malis huius, De sua patientia, De suis bonis operibus. De quo recordantur reprobat? De suis voluptatibus, De suis libidinis, De suis impietatibus, De suis flagitiis. Recordare; Quam amara est haec recordatio, quando damnatus sibi ipsi dicit: Quis eras, et quis es? ubi eras, et ubi es? Getus fulguris in tuum caput vibrati cum minime putabas, te in isto tormentorum loco sepelivit.

Divisio

Parti ma  
89.

90.

Quidam Interpretes quaerunt, cum peccatum primo.  
 rum parentum nostrorum severe punire statuisset, ip-  
 sos dumtaxat amandaverit in locum, prout arbitrantur,  
 paradiso terrestri vicinum? An non poterat eos illi ins-  
 obedientia sua palo, fatali arbori illi, cujus fructum com-  
 derant, alligare, ut ipsorum crimen in ipso ligno, in quo per-  
 petratum fuerat, puniret? An non in eos tigrides leo-  
 nesque immittere poterat, qui ipsos devorassent, sinum terra  
 aperire, quae ipsos deglutivisset, aërem inficere, qui ipsos  
 suffocasset?

Poterat utique: cur ergo speciemus minimam omni-  
 um poenarum adhibet ad puniendum omnium criminum  
 maximum? Locum ipsorum exilii ad portam paradisi ter-  
 restris designare, an non idem erat, ac ipsos ad Domus hae  
 januam relegare, ipsisque illius possessionem quodammodo  
 relinquare, cum in illam oculos conjicere, eamque viden-  
 do sibi satisfacere possent?

Longè aliter sentiendum est, inquit Theophilactus, Deus  
 illos collocavit à regione loci, ubi paradisi terrestis erat,  
 ut in suo supplicio viderent id, quod culpâ suâ amiserant;  
 cum nihil adeò affligat quàm conspectus boni quod quis  
 conservare potuisset, et quo infelicitè privatus est.  
 Hic est, inquit, carnifex qui flagitiorum discerpit, quin  
 eum tangat; est venenum quod per oculos ingreditur, ad  
 gelandum cor iniquum, vermis lethifer et immortalis, qui  
 ubique desolationem et confusionem portat.

Quanta in divite epulone consternationis et furoris ma-  
 teria, quando ex una parte recordabatur quis ipse fuisset, et  
 quis Lazarus, ex altera verò videbat hunc pauperem in si-  
 nu Abrabae, dum ipse qui olim tam splendide et effeminatè  
 vivebat, pro sepultura non nisi infamum habebat, pro lectis  
 flavonas, pro potu fel aspidum et draconum, pro commen-  
 sibus daemones et horrendam damnatorum multitudinem.

Sancte Apostole, qui horribile hoc infortunium, quod  
 divitibus impendit, praevidebas, meritò ipsis dicebas:  
 \* Agite nunc divites, plorate ululantes in miseriis vestris  
 quae adveniant vobis. Acceditis divites, acceditis ad haec  
 loca tenebrosa, ubi vis conditionis et ordinis vestri est  
 sepultus: Plorate et lugete ipsius et vestrum infortuni-  
 um. Clamate, ulubate, perpendentes horribilia tor-

\* Jacob. 5.

menta, quae vos manent, si conscientia <sup>nostra</sup> non consulueritis. Frustra divitias vestras quaretis, putrefactae et ad nihilum redactae sunt pro vobis: Divitiae vestrae putrefactae sunt. Frustra magnificas auro et gemmis contextas vestes vestras quaretis, à vermibus corrosae sunt: Vestimenta vestra à lineis comesta sunt. Tunc harum omnium rerum non amplius recordabimini, quam ut inde Divinis cruciamini, quam ut crudelia Daemonum commata devoretis, qui vobis dicant: ubi sunt numina illa, quae adorabatur? ubi sunt impunitatis et ambitionis idola illa, quibus salutem tuam devoristi? Recordare illorum, surgant, et opitulentur tibi.

Hae, fratres mei, horum utique recordantur reprobatum, et inde illorum supplicium. Dives eram; et ecce adeo egens et pauper sum, ut nec aquae guttam habeam quae linguam meam refrigerem. Fur-pura indutus eram, et ecce flammis circumdor. In perelegantibus domibus meis me vivebam; et ecce moror in obscuris et foetentibus carceribus. In teneriori pluma moliter quiescebam; et ecce super ardentem carbonem jaceo. Mihi erant famuli, qui quod volebam faciebant, et ecce traditus sum furori Daemonum, qui in me, ac me invito, exequuntur mandata potestatis, cui resistere non valeo. Recordatis quam amara es? Recordare.

91.

His inter alia illius augeat poenam; 1<sup>o</sup> vanitas bonorum illorum, quae praeterierunt; 2<sup>o</sup> immunitas malorum, quae illa consequuntur. Creaturae quae sensus huius peccatoris fefellerunt, quae mille fallacibus speciebus illam demulserunt, ipsius oculis tales quales estis apparebitis; pulvis, fenum, vapor, umbra, aquae gutta, nihilum.

Deus tunc ipsi faciet, quod fecit Adamo et Eva post illorum inobedientiam. Ipsis oculos aperuit, et tunc cognoverunt exiguum fructum illius quem degustaverant, valorem. Arbitrabantur se in eo inventuros fontem luminis et immortalitatis, prout Daemon ipsis pollicitus fuerat; et omnino contra-

num agnovissent. Va mihi, inquit Adam, an propter fructum hunc Deus inobediens fui? an propter hunc fructum morte damnatus sum ego et liberi mei?

Quis sensus fuit Israelitarum, quando Moyses arripuit vitulum illum aureum, cui incensum adoleverant, et viderunt eum in cineros redactum? Quia fuit indignatis matronarum illarum, quae ad conficiendam idolum istud annulos, armillas, aureas, et quidquid pretiosius habebant, sederant? Quid omnes dixerunt, cum viderunt in pulverem redactum ridiculum animal illud, ante quod miserant et saltaverant?

92. Haec non nisi debilis figura est vanae repro-  
bationum circa recordationem quam habent peccato-  
rita felicitatis et coesitatis suae. Quid nobis profuit  
superbia nostra et verana illa in nostris divitiis fi-  
livia? Ex tot bonis et tantis honoribus quid nobis  
superest? O vanitas vanitatum, ut nos tam infli-  
citer fascinasti! Cum Creatorem nostrum quare  
re debuissemus, cum Deum nostrum amare illi-  
que servire nos oportuisset, debabamus nos  
ad dicare inutilitatibus illis, puerilitatibus, phan-  
tasmatis, quae modo nostra perditionis sunt  
causa.

Nam hoc secundo objecto memoria reprobatorem  
occupatur. Cum his divitiis, inquiunt, poteramus  
oculum lucrari, et non facimus; poteramus de vitia-  
re poenas, quas toleramus, et id parum curavimus.  
Quid oportebat, ad redimenda peccata nostra? Qua-  
dam elemosyna, quaedam panis frusta lazaro da-  
ta, quem providentia oculis nostris objecerat ad  
nos concitandum ad misericordiam, nobisque exi-  
quis liberalitatibus salutis occasiones suppeditan-  
dum. Occasiones nimis opportuna! Occasiones ni-  
mis neglectae nunquam redibitis!

Maximum misericordiae Dei signum, inquit S. Chry-  
sostomus, est, quod certis quibusdam occasionibus,

felicitatem nostram minimis rebus alligat, regnum  
Coelorum aqua hypho in nomine suo porrecto, im-  
mortalitatem Adami et posteritatis ipsius pomi pri-  
vationi, conservationem Raab exiguis Suppeticis ex-  
ploratoribus latis, meritum viduae Evangelicae ob-  
lo in Gagophylarium misso, salutem Zachari restitu-  
tioni bonorum malis partorum et quibusdam eleemosy-  
nis pauperibus factis.

Deccatores haec centies ac centies vobis praedicata fu-  
re, et centies ac centies ad tam salutaria monita aures  
vestras obturastis? An semper ea obliviscimini? Non  
nimisquam eorum recordabimini! Deus gratias suas à  
vobis retrahet, sed eorum memoriam relinquet vobis,  
ut illorum jacturam vehementius sentiat. Erat pater  
vester, vos filii ejus eratis: ipsi fuistis inobedientes,  
vos hereditate sua dejecit, sed hujus divinae paternita-  
tis et horum filiationis jurium ideam nunquam  
amittetis. Erat Sponsus vester, vos ipsius Sponsae eratis:  
thoruni nuptialem foedastis, vos repudiavit; sed nunquam  
obliviscimini blandimenta et bona quae accepistis.  
Erat amicus vester, vosque ipsius amici eratis: ipsum  
desperastis, prodidistis, contumelia affecistis; omni-  
bus ira sua severitatibus vos permisit: sed in om-  
nem aeternitatem vobis ob oculos ponatis membra quae  
vobis obtulerat ad illum placandum.

Mater Tobiae de reditu filii sui anxiosa, atque  
denique eum videre desperans, in amaritudine do-  
loris sui clamabat: maledicta pecunia, utinam  
nunquam fuisset! videre ad latera filium meum  
quam inauspicato amisi. Maledicta pecunia, dicit  
damnatus, maledicta voluptas, maledicta creatura,  
utinam nunquam fuisset! nunc non essem ubi sum.  
Non solum unum ex filiis meis amisi, sed me ipsum  
perdidi; non temporalem jacturam feci, sed irrepara-  
bilem et aeternam.

Utinam possem si nihilominus dici potest exire  
ex his abyssis, et domus ingredi domos quos occupa-  
bam; in iis non viverem prout vixi, pauperibus habi-  
tandas tradere. Utinam possem adhuc possidere bo-  
na quae possidebam, illa planis manibus in miserorum

utinam nunquam  
fuisset pecunia  
illo pro qua mi-  
simus essem.

vinum effunderem. Utinam adhuc habere possem puram illam et bysrum quibus induebas, cum gaudio illis me exuerem, ut Sacco et cinera me cooperirem. Sed tempus illud non amplius est; maledicta pecunia, maledicta voluptates, maledicta convivia, maledicti luxus, utinam nunquam fuissetis! oportet ne ut nulla mihi supersit poenitentia? Oportet ne ut omnes misericordia fontes pro me auerint? Oportet ne ut memoriam illius qui fui, non conseruem, nisi ut supplicium meum presentius sit et acius? Ita, infelix, oportet id, Recordare, praeterita felicitas tua, an triste recordationis tuae objectum; Sed rigor pro presentium poenitentiam tuam, Nunc vero cruciaris, an secundus damnationis tuae caracter.

Part 2. da  
93.  
c. 17.

Quid volebat dicere Proposita Ieremias, cum approbendam Dei indignationem aduersus peccatores, ipsi dicebat? Indue super eos diem afflictionis, et duplici contritione contove eos.

Hic afflictionis et infortunii dies est ille quo ad infernum descendunt: proter id nulla datur afflictio sine consolatione quadam, nec infortunium sine aliquo per fugio. Sed duplex supplicium istud est ex una parte privatio Dei et omnis consolationis; ex altera congeries omnium malorum, et intolerabilium calamitatum: val si mavultis, ut Schola terminis utar, poena damni, et poena sensus.

Prima haec poena eo incomprehensibilior est, quod eam in hac vita non sentiamus. Diuite iuveni Principi adhuc in sua tenella aetate, quod pater ejus throno dejectus sit, quod nihil ipsi supersit nisi Regis qualitas, quod sui subditi ipsum Statibus suis expulerint: ut ut hoc infortunium magnum sit, tamen nullam ad illud facit attentionem; dummodo alias ipsi puerilium quorundam oblectamentorum copia fiat, de reliquo parum sollicitus est.

Infortunium nostrum magis adhuc deplorandum est: Sed ut ut deplorandum sit, tamen minus sentitur et agnositur, quod fascinatio nugacitatum nobis occultat hujus ingentis boni jacturam. Avaro parvisti Deum tuum: sed consolationem capis in numerata de pecuniis tuis, supputando redditus tuos, inspiciendo

fascinatio nugacitatis obscurat bona.

tractus  
consolatio  
muni  
suis tua  
quod  
non abim  
lata  
Non lam  
latis: et  
suis mori  
linguis  
adit amari  
in, felle, ho  
tem expe  
Statum  
um! Et  
notio! ut ho  
nis, nihil h  
lones, infir  
habeat die  
Amari f  
abitur ubi  
his consolati  
confesta n  
bit, et sup  
om, et ne  
quatabas, q  
de id quod  
nam, et pe  
rum volu  
orbit; nec  
horbit velu  
alio: duc  
ter me et  
am? Quae  
nihilat ip  
bit, ut eade  
me tu q

contractus tuos. Voluptuosa, Daum tuam perdidisti, consolationem capis in contuberniis, facetiis, sal-  
tis mundi voluptatibus, in possessione maledicta pas-  
sionis tuae victima. Inter Daum et te, est dansum ve-  
lum quod tibi hujus inestimabilis jacturae cognitio-  
nem adimit; tantum abest, ut eam sentias, plerumque  
de ea laetaris.

Non semper sic erit: Dies veniet, quoniam si Deus et 94  
tu eritis: et tunc aresces velut ramus à suo stipite avul-  
sus; morieris velut membrum à suo toto roseatum,  
langues, suspirabis, te ipsum pro furore discerpes,  
velut amarus à sine dilecta sua abstractus. Morie-  
ris, fallax, hoc nimis dulce tibi foret, aeternum mor-  
tem expectabis, et mors haec nunquam veniet. Quomo-  
do statum adeo violentum nuncupabo? Estne divorti-  
um? Estne exhereditatio? Estne inimicitia? Estne lace-  
ratio? Est horum omnium quidpiam, et si recte senti-  
mus, nihil horum omnium est: infirma compara-  
tiones, infinite estis omnibus iis inferiores, quae  
haec de re dici et cogitari possunt.

Amarè flebas, sancte propheta; quando à te qua-  
rebatur ubi esset Deus tuus: Sed saltem in tuis lacry-  
mis consolationem capiebas. Magdalena, tota moro-  
sa confecta ubique currebas, quò te dolor tuus abripie-  
bat, et suspirans clamabas: Tulerunt Dominum me-  
um, et nescio ubi posuerunt eum: Sed tecum in corde  
gestabas, quem oculis tuis querebas: Sed damnatus  
odit id quod querit, et querit id quod odit: Naturam  
suam, et peccatum suum; naturam, quae ipsum ad  
Deum velut ad supremum et unicum bonum suum  
evahit; peccatum, quod ipsum à Deo removet et  
dividit velut ab inflexibili et implacabili inimi-  
co suo: Quae pugna! quae laceratio! Quare, Domine,  
inter me et te posuisti tam violentam oppositio-  
nam? Quare in terribili poena illa quam sustinens,  
mihimet ipsi intolerabilis factus sum? Quare oportet,  
ut eadem lingua, quae mihi toties dixit: Veni  
ad me, tu qui oneratus es et ego te sublevabo, mihi

Quare posuisti  
me contrarium  
tibi  
factus sum mi-  
himet ipsi gravis.

Dicit, et singulis momentis dicat: Recede à me ma-  
cedite, et ito in ignem aeternum.

95.

Hae Secunda poena est terribilis? Audite Divitem  
epulonem qui de ea conquisitur: Cucior in hac  
flamma. An solus ignis supplicium est Dammati?  
adhuc sunt alia multa, quae S. Scriptura singulatim  
enarrat: flumina glaciata, scorpiones pungentes,  
serpentes discerpentes, basilisii intuitu suo nascentes,  
aspides et dracones, quorum fel bibitur, Daemones sine  
numero, qui die noctuque vigilant, ut sine inter-  
missione, miseris Dammatos crucient. Cur ergo or-  
dinariè non nisi de igne fit mentio? Ideo, res-  
pondet Tertullianus, quia ignis iste est velut ira  
thesaurus, in quo omnes aliae poena congregantur.  
In thesauro recondimus quicquid pretiosum habe-  
mus, aurum, argentum, gemmas. Pariter in igne  
inferni suppliciorum thesauro, funesta omni-  
um cruciatuum congeries reperitur.

\* adversus Man-  
cionem.

In hoc igne Dammati frangentur velut in rota,  
extendentur velut in aquilas, affixi velut in cruces,  
laniabuntur velut à quatuor equis in divarum actis,  
In hoc igne sentient dentes tigridum et leonum, aliam  
gladiorum et novularum, lividam lapidum et saxo-  
rum contusionem, dolorem ferventium oleorum et  
plumborum furorum. In hoc igne Dammati pa-  
tientur rabiam dentium, podagrorum oculos, mor-  
bi comitialis convulsiones, ardores febris, cruciatus  
colicos: est poenarum thesaurus; ibi omnes sunt  
congregatae; et hoc igne divina iustitia vindictam  
sumit de inimicis suis.

Quando Principis aliquis non nisi de Babilon quem  
dam hostem debellandum habet, sufficit ipsi quas-  
dam militum turmas colligere illumque loco tuto  
includere, ut scelus sui poenas ab illo exigat.  
Verum quando inter ipsum et hostem illum impla-  
cabile viget bellum, atque quodammodo vis ei  
opponenda est, tum armamentaria reserat  
nec ipsi amplius parit.

Hic infra, peccator, contra Principem tuum

re beas, bonis, honoribus, auctoritate, abundantia,  
sanitate, qua tibi largitur abuteris: litis amig-  
sio, fortunae aversio, incendium, mors potentis  
patroni, morbus te ad officium redigant, cum non  
amplius facere possis id quod faciebas, forte non am-  
plius desiderabis id quod nunquam desiderare de-  
bueras.

Sed quando mors claviculum ceinerit, quando  
inter Deum et te implacabile bellum indictum  
fuerit: Ad ignem, ad ignem, i maledite in ignem  
aeternum; tunc Deus aperiat illum iosa sua the-  
saurum, in quo maxima supplicia et potentissi-  
ma machinae ad te torquendum sunt condi-  
tae. In caelo reperitur thesaurus verae felici-  
tatis; in inferno autem vera miseria. Coelum,  
inquit Guilielmus Parisiensis, locus est, in  
quo omnia bona in unum collecta sunt, Infer-  
nus est locus, in quo omnia mala congregata  
sunt.

O inferne! o habitatio terribilis! O ignee carae!  
O thesaurus poenarum et tormentorum! non nisi ig-  
nem videre, non nisi ignem tangere, non nisi in  
igne ambulare! non nisi ignem trahere hali-  
tum, non nisi cum daemonibus, qui sunt ignei spiri-  
tus, et in societate reproborum qui sunt ignei titi-  
nes et turbines, esse? O inferna quides! Quis cogi-  
tare et explicare potest quid sis?

Dicamus cum Cardinali Petro Damiani\*, quod  
sit terra afflictionis, terra oblivionis, terra mi-  
seriarum, terra confusionis, terra tenebrarum,  
terra turbine et caliginis, terra maledictionis et  
mortis, in qua nullus ordo, sed sempiternus horror  
inhabitat. Ad hanc solam ideam quae nihilo-  
minus non nisi debilitat exprimit quid sit infer-  
nus, totus tremo, et concussa sunt omnia ossa mea.  
Ibic est ignis qui non extinguitur, serpens qui non  
moritur, frigus horrendum. Ibi factor intolerabilis,  
larymae quae copiose defluunt, et nihil extinguunt,

\* Sermon. 60.

poenitentia majores quam omnium rigidissimum  
poenitentium, et qua nihil morantur; clamores et  
ululatus qui undique audiuntur, et qui tamen nihil  
impetrant; mala sibi invicem succedentia, vel po-  
tius quae se se in unum colligantia sine interruptio-  
ne et continuo infelices divina indignationis victimae  
discerpunt: Alternantia mala impios sine pietate  
discerpunt.

\* Hom. 49.

\* \* Sacm. 109 de  
Temp.

\* S. Hieronymus  
in c. 27. Inania

Dicamus cum S. Joanne Chrysostomo et S. Augus-  
tino\*, quod nec civitatum incendia, nec provincia-  
rum inundationes, nec marium naufragia, nec aëris  
intemperies, nec amicorum proditio, nec inimicorum  
persecutiones, nec acutissimi dolores, nec horribilia  
Martyrum tormenta ne quidem umbra sint malo-  
rum, quae reprobati in hoc suppliciorum suorum loco  
patiuntur?

In hac vita ~~horribilia castigationes~~ non sunt nisi exi-  
gua gutta ira Dei, quae in peccatores stillat; sed in al-  
tera est pluvia et continua vindictae inundatio. In  
hac vita sunt castigationes temperatae et mitigatae;  
sed in altera est continua congeries et horribilis copu-  
latio poenarum. In hac vita non sunt nisi levia tela  
quae corporum quae feriunt summam duntaxat cutem  
perstringunt; sed in altera sunt Sagittae autem felle  
diluta et valut sanguine inebriatae. Cum haec omnia  
vobis dixerim, cogar fateri cum his 55. Patribus quod ni-  
hil dixerim: haec sola divitis epulonis verba, cruentior in  
haec flamma infinita plura includunt, quam ego vobis  
explorare possim.

Congregabo spu-  
per eos mala, et  
Sagittas meas  
complebo in eis.  
Psalm. 32.

98.

Quatuor ignis species distinguere possumus. Datur  
ignis qui urit, et lucet, sicut noster, qui quotidie nostris  
uribus inserit. Datur ignis qui nec lucet, nec urit:  
talis fuit ille quem magnus Sacerdos tempore capti-  
vitatibus filiorum Israël in puteo absconderat, et qui ve-  
lut in limum mutatus fuerat. Datur ignis qui lu-  
cet, et non urit: prout fuit ille, quem olim Moyses  
in rubo vidit. Denique datur ignis qui urit, et non  
lucet: talis est ille quem justitia divina accendit  
in inferno.

Insolitus ignis, qui extraordinaria virtute agit  
in animas ipsas, et qui quodam modo naturam divi-  
nam participat, quae ipsum supra activitatem et vi-

res suas creabit! Deus est immensus, Deus est omnipotens; pariter ignis iste, ut ita dicam, est immensus et omnipotens, ubique agit, ubique penetrat; reprobi in eo jacent, demerguntur, absorbentur, sepeliuntur; in quemcumque partem se vertant, non inveniunt nisi ignem. Est valuti Stuppa tota igne penetrata et imbibita.

Quasi Stuppa  
collata.

Insolitus ignis at longe diversus ab eo, in quem conjecti fuerunt tres pueri illi, quorum vestimenta nequidem tetigit! Damnatorum ignis illos penetrat, urit, devorat, et tamen non consumit, nec destruit. Dicam ne, quod in isto igne vivant? Dicamne quod in eo moriantur? In eo semper vivunt, ergo in eo non moriuntur, respondet S. Augustinus\*, et tamen quoniam peior mors quam ea ubi mors non moritur? Et hic est ipsorum miseriarum cumulus, causa furoris ipsorum, et desperationis: impossibilitas egrediendi e locorum tormentorum suorum.

\* De civit. Dei  
C. 22.

Sapienter animadvertit S. Joannes Chrysostomus, quod dives opulo qui velut insanus vitam duxit, post mortem sit aequus insanus. Dum viveret arbitratur felicitatem suam semper duraturam, post mortem in inferno sperat poenam suam non semper duraturam; vel potius dum in mundo erat, vivebat velut homo cui nunquam esset moriendum; et mortuus patitur velut homo, qui arbitratur posse se in suo supplicio lenimentum aliquod reperire. Mitte Laganum, inquit ad Abraham, ut intingat extrinsecum digiti tui in aquam, ut refrigeret linguam meam. Miser insane, petendo hanc aquae guttam, petis quamdam in tuis malis consolationem, et tamen nec levissimam unquam accipies: speras te aliquam in tuo supplicio interruptionem aliquam obtenturum, sed falleris; inter Laganum et te impenetrabile chaos firmatum est, respondit ei Abraham, ex hac abyfso egredi non potes, ut ad nos transeas, nec etiam à loco ubi sumus unquam descendemus, ut ad te transeamus, poena tua est infinita, poena tua erit aeterna.

PARS 3<sup>ta</sup>  
99.

Res hic admodum mutant naturam. Hic in  
 4 Destruit, id ignis quem habemus, est ignis materiam suam  
 qua destrucendo se ipsum destruit; in inferno est ignis  
 prudens, qui aeternam materiam suam conservat, ut  
 aeternum se ipsum conservet. Hic inferius, quod in  
 ignem conjicitur, se consumit; in inferno quod in has  
 Devorantes flammis conjicitur aliquo modo incor-  
 ruptibile evadit; Sunt justitia Dei victimae, ve-  
 lut carnes quae sale conduntur, ut à corruptione  
 immunes praestentur.

omnis enim  
 igne salietur  
 et omnis vidi-  
 ma sale salie-  
 tur. Marc. 9.

Tunc Deus et anima agendi rationem mutant,  
 Deus durante vita peccatoris est Deus suavis, tractabi-  
 lis, misericors, flexibilis; sed post hujus peccatoris mor-  
 tam est Deus vindax, severus inexorabilis, inflexibi-  
 lis. Anima peccatoris durante vita potest se ad De-  
 um convertere, et verum flagitiorum suorum dolo-  
 rem concipere; sed separata à corpore hujus pec-  
 catoris, necessaria et immutabiliter peccatis suis  
 alligata est incapax conversionis. Proinde ignis,  
 velut justitia divina instrumentum, inveniens  
 in isto misero materiam aeternam, agit perpetuus  
 in ipsum modo, ut verum fatear, incomprehensibili,  
 seu heu nimisquam reali et certo.

100.

A quartis jam saeculis dives epulo in inferno ar-  
 det? An propterea sperare potest se semel inde  
 egredierum? Huc descendit, et ibi erit domus aeterni-  
 tatis suae. Ibi adhuc erit centum millibus anno-  
 rum, centies mille millibus annorum, mille  
 centies millibus saeculorum! Quam horrenda  
 temporum mensura! Haec tamen, inquit S. Au-  
 gustinus\*, non est nisi infantilis mensura, cum  
 aeternitas sit sine mensura. In aeternum patietur  
 et in aeternum sentiet totum pondus aeternitatis  
 suae.

\* Ibit homo in  
 domum aeter-  
 nitatis suae.

\* In psal. 90.

Imaginamini vobis globum, qui cadit in ta-  
 bulam perfectè planam, globus iste non nisi in  
 puncto illam tangit: nihilominus haec tabula

totum huius globi pondus sentit. Similis forma est ratio beatorum et damnatorum. Illi singulis momentis |: Si tamen aeternitas momentis est composita: | sentiant pondus suae gloriae; Hi vero in inferno singulis momentis sentiant totum sup-  
 plium pondus. Dolor manebit, ut ipsos affligat, et ipsorum natura subsistet ut hunc dolorem sentiat sine interruptione et sine fine. Dolor manebit, ut affligat, natura perdurabit, ut sentiat. \* S. Aug. lib. 19. De civ. c. 24.

101.

Agredimur, fratres mei, sed quae modi dixi vera sunt, quid de iis sentitis, quid concluditis? Quid ego ipse primus omnium de iis sentire debeo? Summus immortalis? Id omnium insaniam insanissima summa deploranda est; ergo morimur. Nullane unquam peccata commisimus? hoc dicere non audeamus. An haec peccata nobis condonata fuerunt? Id scire non possumus. Quia de peccatis illis, quae nos commisisse agnovimus quidquam loquamur, an non plurimum aliorum rei sumus sive alienorum, sive occultorum, propter quae ignorantiam invincibilem merito peccare non potuimus? Verum si mori debemus, et si in statu peccati moriamur, quò ibimus? forte cum honore corpus nostrum in terram deferretur, ipsius sepulturam pia et lugubres carmina comitabuntur, sed quò misera anima nostra ibit, et quoniam locus illius erit?

Nos vehementer conturbas, dicis: Quis nostrum vel minimam quietam in hac vita habere posset, si haec perspenderet? Ah F. M. an David quietam habebat, quando agebat, quòd omnia ossa, et tota anima sua essent conturbata, quòd die ac nocte lacrimis suis stratum suum rigaret, cum cogitaret antiquos dies illos, et annos illos aeternos in mente haberet? An Job quietus quarebat, quando singulis momentis sibi imaginabatur audire Dominum dicentem sibi: Non quid aperta sunt tibi portae mortis, et ostia tenebrosa vidisti? Non quid ha-

vos brachium sicut Deus, et vobis simili tonas?

Si haec sermo cogitaratis nullam quietem habere-  
tis! attamen est negotium quod personaliter vos rapi-  
cit, negotium cuius poenam extraneus homo vestri non  
portabit, negotium ubi, sive ad bonum sive ad malum,  
non datur regressus; negotium ubi vobis semper tamen  
dum, et ubi timor vester in innumeris aliis rebus inu-  
tilis, vobis in hac maxime salutaris esse potest.

Qui parat, cavet;  
qui negligit, in-  
cidit. S. Bern. ad  
cleros Tom. 4.

Si post commissum crimen laesa Majestatis, sci-  
retis vos, quocumque. Damnum transiretis, justam  
principis iram nunquam devitaturus: quantus esset ter-  
ror vester! et si quis vobis diceret, quaerimini, comprehen-  
dimini, an ipsi responderatis, noli me inquietare, non  
audes cogitare quid facerim, et quid pati possim? Sed si  
adberetur, id cogitate, et cogitando dolorem inde conii-  
piatis, et hic dolor poterit poenam mitigare, an non  
merito insani reputarimini, si nec haec falsa mala-  
cia interromperetur, voluntaria in fatali indo-  
lencia permaneratis.

103.

Hanc moralis particulam in vos ipsos trans-  
ferte, S. M. Si nulli corporis labori nulli mentis sol-  
licitudini paritis, ut temporales quasdam et tran-  
sitorias calamitates evitatis: Quid agere non debetis,  
inquit S. Augustinus\*, ut horribilia et aeterna ma-  
la praecaveatis? Misereamini vestri ipsorum S. M.  
misereamini corporis illius quod tam vesane diligitis,  
misereamini animae illius, quae tam propinqua vos  
tangit. Quaedam humiliata et contriti cordis suppi-  
ria iram Dei lenire poterunt; quaedam lacrymae  
suae quod ipsum offenderitis, mortiferarum flam-  
marum illarum ardorem extinguere valebunt.

\* Serm. 50. De  
tempore.

Apponit tibi qu-  
quam et ignem:  
ad quod volueris  
porrige manum  
tuam. Eccli. 10.

Apponi vobis aquam et ignem, inquit Spiritus S.  
eligit, humite quod vobis placuerit: lacrymae sineerae  
et amara poenitentiae, an aqua, devorantes inferni flam-  
mae, an ignis. Vultisne Dei gratia adjuvi fructus dignos  
fructus poenitentiae? Spiritus ejus flabit super vos, et oculi  
vestri mutabuntur in duos fontes aquarum. Vultisne  
in peccatis vestri perseverare, et subire discrimen aeternum  
in inferno urendi? eligit, an aqua an ignis.

## Infernus.

Æternitas infelix, Damnatio,  
Damnati, poenæ Damni et  
Sensûs.

## Sermo Secundus.

Ligatis manibus et pedibus ejus, mittite eum in  
tenebras exteriores: ibi erit fletus et stridor den-  
tium. Matth. 22.

Qualis sententia! quale peccatum! homo qui, invi-  
tatus ad nuptias, ibi venit sine veste nuptiali, li-  
gatis pedibus et manibus conjicitur in obscurum et  
horribilem carcerem: Homo faventi distinctione plu-  
ribus aliis prolatus, nihilominus magis torquetur  
quàm illi, eo quòd inconvincta et obsoleta necnon hujus  
ceremonia pulchritudini minus conveniente veste  
indutus compareat: Homo qui de repente ex abundan-  
tia transit ad inopiam, ex gaudiis ad ærumnas, ex li-  
bertate ad servitutem, ex transitoria satisfactione ad  
mala improvisa et æterna.

104.

Cogitationem meam prævenistis, Fr. M. vel potius  
utrique eandem rem cogitamus. Homo ille, est Chris-  
tianus, forte vos eritis, forte ego; nam si pro vestris et meo  
infortunio, si in morte non compareamus indulti cha-  
ritate, et perseverantia finali, veste ad assistendum  
nuptiis sponsi necessaria, non alia sortis nobis expectan-  
da erit, quàm miser illius, qui ligatis manibus et pe-  
dibus jussus est mitti in tenebras exteriores.

Animo intuemini sub hac parabola omnium ma-  
lorum maximum et terribilissimum: horribilem repro-  
bati in inferno poenam. Si libertatem suam amat,  
est ligatus; et quibus vinculis? nunquam rumpen-  
tur, prout rupta fuerunt illa, quibus Samson cons-  
trictus fuerat. Si diem et hunc amat, damnatus est  
ad horrendas tenebras; nunquam dissipantur, prout  
illæ Egypti dissipatae fuerunt. Si suavitatem costu-  
rum diligit, ab omnium objectorum gratissimo separatus  
est; et ad quamquam tempus? non ad quamdam horam  
aut diem, sicut sponsa Canticozum, nec ad aliquot

mensures vel annos, valut Parricida Abrahon à conspectu patris sui, sed per totam aeternitatem.

O inferna! O aeternitas! quis te unquam comprehendere poterit? Quid de eo eloquar? Christiani, quid vos ipsimet deo sentitis? Athae, illum rides: Peccatores languidi et molles, illum cogitare non audetis: Sed an illius poena propterea minus certa sunt et horribiles? Demonstrare quod datur infernus, id Sidae vestrae injuriam inferret, enimvero esse infernum scitis, creditis: Sed quanam sunt hujus inferni poena? Sunt poena arbitrate intolerabiles; inquit S. Bonaventura, aeternitate interminabiles. Sunt sine consolatione et mitigatione: Sunt sine termino et fine. O Deus, quam profunda sunt cogitationes tuae! et quam terribilis es in consiliis tuis super filios hominum!

Divisio  
105.

Parisi  
106.

Si Reges terre non solum habent dignitates ad remunerandam fidelitatem eorum qui ipsis servant, sed etiam supplicia ad puniendam feloniam eorum qui ipsos offendunt. Deus qui est Rex Regum, non solum habet caelum in quo suscipiat eos qui in statu gratiae moriuntur, sed etiam habet infernum in quem illos precipitat qui in statu peccati mortalis ex hac vita decedunt. Unum est consuetio alterius: Sicut est locus ubi virtus mercedem accipit, ita etiam oportet ut sit locus in quo crimen puniatur. Finis justus est finis voluptatis et gloria; finis impii debet esse finis humiliationis et tormentorum. Oculus nunquam vidit, auris nunquam audivit, cor hominis nunquam concepit ea magna bona quae Dominus preparavit iis qui illum diligunt. Similiter oculus nunquam vidit, mens et cor hominis nunquam conceperunt terribilia mala illa quae Dominus destinavit iis qui ipsum diligere noluerunt. Verbo est Paradisus pro illis, est infernus pro istis.

Sed quid dico quando dico infernum? dico profundum illum et obscurum carcerem justitiae Dei adeo contenta, adeo oblivioni tradita, adeo offensa in hoc mundo, sed adeo potentis, adeo reformanda, et adeo inflexibilis in altero: carcerem adeo fortem, ut Pyrenaei nostri et Alpes sibi invicem superpositi ad altitudi-

nem et densitatem nuroorum ipsius non accedant, qui  
nec suffodi, nec pervungi, nec concuti possunt; car-  
cerem tam profundum, ut mariam, abyssonem et pro-  
cipitiosam nostrorum profunditas nihil sit in compara-  
tione illius.

Quid dico, quando dico infernum? Dico stagnum illud  
ignis et sulphuris; dico lacum illum irae Dei, dico terram  
illam maledictionis, ubi non auditur nisi clamor et ru-  
gitus, non sentitur nisi infectio et foetor, non viden-  
tur nisi monstra et suppliciorum congeries: Denique di-  
co id quod metus, dico id quod me conturbat, dico id  
quod nec dicere, nec concipere valeo. Sed interim cum  
dicam id quod nimisquam verum est, et de quo pau-  
cipissimi Christiani cogitant, operae pretium est ut pro  
vestra et mea conditione cum tremore discamus quid  
Sana Scriptura et SS. Patres de eo clouiti sunt.

107.

Quando in morte peccatoris, iustitia Dei peremptis aggra-  
vibus quos misericordia sua eidem opponerat, in omni  
furore suo exundat: Quando postquam huic infelici mi-  
natus est, modo quod ipsum ruina et desolationi permi-  
surus esset, modo quod super ipsum extenturus esset gla-  
dium vindictarum suarum, modo quod sanguine ipsius  
manus suas tincturus, atque viscera ipsius exalnuus  
esset, modo quod impetum in eum esset factururus velut  
ursa cui pulci fuerunt ablati: Quando postquam longo  
tempore huic peccatori minatus est, tandem fatale mo-  
mentum advenit illud quo iusto sed terribili supplicio,  
et eo terribiliori, quod subitum sit et incognitum, Iere-  
pente in infernum se precipitari sentit.

Balthasar occupatur, Ium cum suis concubinis  
comedit, Charas dum populum Dei persequitur, Jaza-  
bel dum ornamentis suis amicitiam Iohu sibi concu-  
liare cogitat, Amon Ium in convivio voluptatem capit,  
Abraham dum fugit, Iives epulo Ium laute vivit et ope-  
latur, et hodie Evangelii miser inter nuptiarum gaudia.  
An tale quid cogitabant? an de eo sibi metuebant? Non  
tamen minus Dammati sunt, et nullus eorum est qui  
ex illo tormentorum suorum loco non exclamet: O  
quam horrendae et intolerabiles sunt poenae illae, quas  
patior.

Videtur, quasi Deus eas in unum cogere voluerit  
in poena ignis cuius vehementia est incomprehensibilis,

Sive illum consideremus in sua natura, vel in aequilibritate sua actionis, vel in sua per potentiam extraordinariam et omnino miraculosam elevatione, quod damnatus majori poena afficiatur.

Ignis in sua natura est omnium elementorum acutissimum et violentissimum; et haec sola ratione, inferni ignis, quamvis nostris etiam una similis esset, horrendum esset supplicium, sed ubi quam magnum inter utrumque discrimen intercedit? Ignis noster sensim agit, externa comburens ~~interiora~~ interna antequam interna consumat, agens in corium et carnes antequam in partes internas agat, ut sunt medulla et ossa: at inferni ignis in generali corporum vaporatione in omnes illorum partes aequaliter et eodem momento agit: Devorabit eos ignis. In his corporibus ignis iste erit, et haec corpora in isto igne, ignis iste haec ossa penetrabit coninqua erit medulla; has venas, etque illarum sanguis; haec viscera, et erit eorum alimentum. Voluptuosi qui tam moliter et delicate vititatis et vestimini, Mulieres mundo debent quas Sensibilia, voluptas, laetitiae tam pingues efficiunt, tunc volisum pinguedinem vestram facitis, qua furor Dei utatur ad fovendum devorantem hunc ignem, in quo misera corpora vestra ardebunt. In proprio adipis libidines bulliant, et inter Sartagines flammosas misera corpora cremabuntur.

Ignis noster qui corpora urit, calcinat, et fundit, paulatim horum corporum, in qua agit, qualitates destruit sensus inde minus vehementis est, quo magis pars aliqua comburitur et penetratur, minus sentit illius vehementiam. Sed inferni ignis post viginti, triginta, quadraginta, centum actionis annos, eandem doloris impressiones in corpore faciet; ignis semper durabit ad urandum; sensus semper durabit ad patiendum.

Haec ratio actus ignis istius est actus aequalis et similis; qualis est uno saeculo, talis erit milibus centenis aliorum saeculorum milibus. Calor qui renes nostros urit, colicus dolor, qui viscera nostra urit, et universim omnes morbi quibus torquetur

In saem. accens.  
inter opera S.  
Cypriani.

mur, habent suas periodos. Si una nocte nos moles-  
tant, non saltem omnibus, eos sequuntur aliqui  
remissionis dies vel saltem hora: clamamus, qua-  
erimus, gemimus; sed post hos clamores, querimonias,  
gemitus respiramus, dormitamus, consolationem  
capimus: aut si malum hoc magnum est, quò ve-  
hementius est, eò magis vita tempus abbreviat, ac  
mortem accelerat.

Non eadem est ignis infernalis ratio. Cum sem-  
per sit idem, nunquam minimum solatium dam-  
nato affert; et quod hanc illius actionem reddit  
imperceptibilem, potentia extraordinaria illum  
excedit ad agendum supra naturam et vires suas.

Si totius mundi aurum, argentum, chalybs, cu-  
prum, stagnum, plumbum, ferrum simul fun-  
derentur, non aliud agerent, quam ut corpora,  
in qua agerent, cremarent, calidarent, dissol-  
verent, inque calorem, quem in supremo gradu ille  
qui secundum nostrum concipiendi modum octavum  
non excedit, habent, imprimerent.

\* Sed tu o ignis inferni, ab omnipotentia Dei auctus  
habes, et habere potes non octo, non sedecim, non  
centum, non mille, non decies mille gradus caloris,  
sed tot quot tibi tribuere iustitia ipsius videtur,  
propter diversam poenam accidentalem diversorum  
criminum, quae reprobatum perpetrarunt. Ab  
omnipotentia divina auctus, quamvis corporeus sis,  
agis in substantias spirituales: anima cui nec cor-  
pus nec materia est, tibi subicitur, ut à tua violen-  
tia tantum doloris toleret, quantum jubet ultrix  
manus quae te applicat.

Ab omnipotentia divina auctus, ac duabus  
qualitatibus quibus es praeditus, unam suspendis, alte-  
ram agere sinis: tenebrosus simul et exorans,  
obscurus et violentus, tua infecta densitate miseros  
damnos suffocas, et intolerabili calore tuae totam  
illorum substantiam penetras nec minime luminis radios  
ipso consolatur, Vinculis tenebrarum et longae noctis in  
in suis speluncis compediti sunt.

J. Justin. Mar-  
tyr. Apolog.  
ad Anton.  
S. Cyprian. Ep. 55.  
S. Hieronymus in  
Psal. 57.  
S. Gregor. Nyss.  
tract. de ani-  
ma et resurrexit.  
S. Augustinus ad  
quart. d. Dulcitii

\* Sapient. 17.

O quam longa non nobis videtur, cum vehementer nos tenet dolor, arbitratur. Dicam nunquam venturum. Quid ergo miserabiles damnati, qui ultra jam quinque millia annorum in subterraneis carceribus illis detinentur? miserabiles damnati illi quibus velum nunquam aperietur? quibus carceris sui porta nunquam reserabuntur? ad quos dies vel per minimum spiramentum nunquam veniet? Per hunc densum fumum non vident nisi Daemonas, qui ipsis in sua calamitate insultant, cocitatem et insaniam ipsorum eis exprobrant, et qui acerbis sannis horrendas jungunt percutiones.

Dipolati, vindicta cupidi, ambitiosi, quid facietis, quando vos in isto horroris et tenebrarum loco esse concipietis? Domina mee, qua saepe diem vertitis in noctem, nec minimum luminis splendoram habebitis ad agnoscendum carcerem vestrum, et carifices qui vos cruciant? Quid facietis voluptuosi, qui quotidie magnificis conviviis assistitis, et carinam famem patiamini? Vos quibus Sol cum val parum calidus est incommodum creat, et qui cum chirotheca moreso afflata, qua manuum vestram occultat, aërem vel modicam fumantem pati non valetis: Quomodo permanere poteritis in hac accensa, pice et bitumine plena fornace?

Lasivi et petulantes juvenes, qui in eodem loco permanere non valentes usquequaque curritis, quo passionis vestrae furor vos abducit: cum quam patientia illas ardentes catenas sentietis, qua vos in supplicii vestri loco retinebunt? Ambitiosi qui ob minimam honore praerogativam decertatis, qui minimum scemina in vos jactum ferro immisericorditer ulciscimini: Quid de damnationibus cogitabitis, qui sine intermissione ad latera vestra positi vos ridebunt, et in aeternum crimina vestra vobis exprobrabunt? Vos qui podagra et dolore colico cruciati, tam sapia dicitis, vos aqua mori cupere: quid dicitis, quando infinita et intolerabilia mala simul in unum cogentur, ut vos crucient?

O mi Deus quam male te cognovimus! quam male nosmet ipsos cognovimus! Non, non, quamvis que demum jacturam patiar, quosunque demum contemtus et injurias perferam, quicumque morbus et

Dolor me iunxit, adorabo tua Sancta Decreta, omni Deus,  
 et quia infinita bonitas tua post tot mortalia pec-  
 cata vitam adhuc mihi conservat, dicam quod om-  
 nia mala quae pati possum super terram, nihil sint  
 in comparatione illius quod in inferno perferam, si  
 me in furore tuo dignificasses et repraesentasses. Toto  
 exprobratus corpore in lecto meo jacens, dicam: quem-  
 cunque dolorem patiar, infinitè melius mihi est, quam  
 si ardentibus incubarem carbonibus. Quamvis corpus  
 meum, velut Iobis corpus totum ulceribus à vertice ad  
 plantam pedis scateret; quamvis optimi amici mei sub-  
 sannarent me, quemadmodum uxor eius illum subran-  
 navit; quamvis vivis excoriarer, quamvis quaternis equis  
 in divarum actis discinderer, quamvis vulnera mea fer-  
 venti oleo et liquato plumbo perfunderentur, exclamabo:  
 mihi adhuc melius est, quam in inferno mihi esset, si sta-  
 tim post primum peccatum mortale quod commisisti, mor-  
 tuus fuisset.

Haec verba vobis commodo T. M. Sed an minimum dico,  
 et an aliter sentire debeatis? An Augustinus, quam-  
 vis magnus Sanctus esset, aliter sentiebat, quando hieo  
 Deum compellabat: en corpus meum, ure, seia, commi-  
 nue, en bona mea et honor, de iis age quod plauerit,  
 magnam hanc à te postulo gratiam, ut mihi in hac  
 vita non parcens, in altera parcas. In hac vita est  
 pater, qui nos corripit; in altera esset inimi-  
 cus qui sine misericordia nos pariteret. Peniten-  
 tiam quam agere possumus in hac vita, est sacrificium  
 voluntarium quo placatur: ea quam in altera faceremus,  
 esset supplicium coactum, quo fieret inexorabilis.  
 Penitentia huius vitae brevis est, et operari potest in-  
 finitum gloriae pondus; ea quam in altera faceremus,  
 esset terribiliter longa, quia esset aeterna: Secunda circum-  
 stantia poenarum inferni, quae quamvis intolerabiles  
 sint in sua severitia, adhuc intolerabiliiores sunt in sua  
 duratione.

Aeternitas, aeternitas! quando te cogito, semper in-  
 venio quod cogitam, nec scio de quo cogitam. Aeternitas,  
 aeternitas! quando de te loquor, semper quaero de quo  
 loquor, et nunquam id de quo loquor, invenio. Aeterni-  
 tas, aeternitas! tu es abyssus, sed sine fundo, labyrinthus sed

sine exitu; oceanus sed sine littore. Aternitas! quando te pronunciamus, non nisi momento loquimur, non nisi unicum verbum proficimus, non nisi quatuor syllabis te absolvimus, non nisi unicum pulmonis flatum adhibemus; sed quando te sentimus, non amplius sentimur, non amplius sunt verba, non amplius sunt syllabae, non amplius sunt brevia suspiria, imò non amplius sunt saecula et millium saeculorum milia, sed est duratio interminabilis.

Part 2. Ia  
iii.

Aternitas ad te habendum non nisi unico calami ductu opus, uno verbo absolvitur; sed quamvis totus mundus tot notis arithmetici impleretur, quot sunt in mari aqua guttae, vel herbarum caespites super terram in vere, nunquam potest describi. Non nisi parum atramenti sumitur ad te scribendum, sed atri coelum et terra magnis voluminibus implerentur, nunquam explicari potest.

Miseri damnati, si Deus vobis diceret, poenas vestras finem acciperetis, quando formica totam terram rotunditatem percurret, quando sphaera aëris usque ad primum mobile atomis repleta est singulis mille annis unicum ponendo, quando testudo tantum itineris perfecerit, quantum est à centro terrae usque ad coelum, singulis mille saeculis unicum passum progrediendo: quamvis haec malorum vestrorum duratio sit imperceptibilis, minus tamen est imperceptibilis quam ubi dicitur, quod sit aeterna.

Miseri damnati, si ab eo tempora, quo in inferno estis, globus terrae transmutatus fuisset in globum chalybeum, si quibuslibet millium annorum millibus illius unica gutta funderetur, et si postquam totus fusus esset, infernus vester primum finire deberet, longo sane tempore duraret, at tandem supplicium vestrum tandem finem acciperet; cum è contra post incomprehensibilem hanc durationem, non nisi incipituri estis.

iii.

Ah! anima mea, quid est hoc? anima mea quid est hoc? An Deus misericordiarum suarum, quarum pater est, obliviscatur? Primum principium,

et finis ultimus creaturarum suarum, an nunquam ipsis indulget, postquam adeo frequenter ipsis indulget. Si tibi sufficeret, omni Deus, eos in mundum remittere, ut ibi talem, qualem vales, poenitentiam agerent, si huic impudico oculos averteres, ne unquam ullam mulieris faciem videret, si huic iniquo Iudici linguam amputares, qui injustas tulit sententias, manus huic usurario, qui bona orphani et viduae rapuit, pedes huic mulieri, quae se ad flagitiorum diversionem, ad choreas, ad theatra contulit, ubi te mortaliter offendit; si Christianis illis, qui nec in quatuor temporibus, nec in Quadragesima unquam jejunant, semel tantum in septimana posum aquae et vini velut famelicis canibus tribuere curans: o quantum miseris hi damnati tibi obstricti essent! quanta diligentia has poenitentias et alias infinita austeriores explerent, imò beati, si vivi in speculis sepelirentur, super ardentes carbones jacerent, ferris unguibus dilaniarentur, super rotas diffingerentur, in ferventis olei caldaria projicerentur?

Sed haec non datur amplius poenitentiae locus, nulla amplius sunt poenae satisfactoriae, quae vel injurgantur, vel subeantur; tempora salutis praeterierunt, dies misericordiae affluxerunt: quidquid olim acceptare potuissent, non amplius ipsis offertur, quidquid obesse potuisset, ne in infernum decederent, inde ipsos emere amplius non valebit, quam proximis illuc denandarint.

Haec aeternitas est terribilis, sed justa. Ita, justa ex parte sua causa. Actus peccati transit, sed manet, quamvis anima ~~extinguatur~~ reliquit, permanet; at, quia in aquis poenitentiae delata non fuit, oportet ut, in quantum subsistit, etiam in tantam poenam moveatur, sicut, adeoque sit aeterna.

Sed miser hic damnatus forte non nisi unicum peccatum mortale per totam vitam suam commisit: nihil interest, hoc unicum peccatum moveatur poenarum aeternitatem. Cum ens infinitum ignominia affecerit, est malitia infinita; huic infinita mali-

ii3.

S. Thomas i. 2.  
q. 87.

tia debatur supplicium infinitum, et cum pro-  
ut Scholæ loquuntur hoc supplicium intensive in-  
finitum esse non possit, quia persona que illud per-  
fert est finita, necesse est, ut extensive sit infi-  
nitum, id est, quantum ad suam durationem.

Ita, juxta ex parte loci et status in quo Damna-  
tus reperitur. Infernus est locus in quo Damnatus  
nec morari nec demereri potest, adeoque locus, uti  
impossibile est, ut Deo ullam præstat satisfactio-  
nem, at tamen est ipsius debitor; et quia justitia  
Divina de suis juribus nihil vult amittere, oportet,  
ut cum ipsi per illum actum liberum et meri-  
torium Satisfieri non possit, ipsamet sibi satisfaciat,  
tanto tempore, quanto debitum subsistet; ergo pena  
erit æterna.

119.

Sed quid juvat has rationes allegare Christianis,  
qui credunt infelicam æternitatem qua reprobati  
punientur, sicuti credunt beatam, qua prædesti-  
nati remunerabuntur? Illam igitur credunt, et  
hoc est, ut temporum hanc infelicam æternitatem  
metuant? ut tam parum eam cogitant, et via fer-  
re possunt de illa sermonem?

Dicantur, quod Deus sit nimis bonus ad eos Damna-  
dos, quod ipsos non creaverit et redemerit, ut per-  
dat? Hoc verum est, Deus nimis bonus est, ut vos  
damnet; sed si vos ipsos mala vestra voluntate  
damnatis, si non obstantibus gratis, quas ab ipso  
accepistis, ei non nisi ingratitude et contem-  
tum rependitis, an vos salvabit, vel vobis invitis,  
vel sine vobis? Deus nimis bonus est ut vos dam-  
nat; sed an hoc contra vos non facit? oportetne, ut  
quia bonus est, vos ipsum offendatis? oportetne,  
uti ipsius bonitas, que vos ipsi alligat. Debeat,  
causa fiat vos ab eo separandi, et ut vobis pseu-  
doasylum sit adversus ipsius justitiam? Deus nimis  
bonus est, quam ut vos damnet; sed satis justus est  
ad vos perdendum. Satis bonus est, ut vos officii vos-  
tri moneat; sed satis justus est, ut vos puniat.

Si ipsius monita et adhortationes contemnitis, Satis bonus est, ut vos durante hac vita ad poenitentiam recipiat; sed si vos sine poenitentia mori contingat, Satis justus est, ut eam faciendi nullum amplius vobis set locum.

Domine, quoties haec veritates mentem meam pulsant, extra me ipsum rapior; et ita conturbor, ut loqui haud valeam. Quid, mi Deus! infelix aeternitas non solum pro Daemonibus, qui adversum te rebellant; non solum pro Judaeis, qui te flagris discerperunt, et crucifixerunt; non solum pro Atheis, qui te non esse dicunt; non solum pro religionis contemtoribus, qui Evangelii tui veritates rident; sed etiam pro Christianis, quos in sinu Ecclesiae tuae educasti, gratis tuis praevenisti et cumulasti, in aquis Baptismi et poenitentiae lavasti, ad augusti Corporis tui participationem admisisti, propria tua substantia nutrivisti: Pro Christianis tamen, quos in perpetuum rejicies, si infeliciter in statu peccati mortalis mortui fuerint, etri unquam unicum duntaxat commiserint.

Adorande Salvator, na tradas ferocibus bestiis animas, quas redemisti, ad confitendum nomen sanctum tuum, na in perpetuum obliviscaris animas pauperum tuorum, qua veris bonis nudata sine tua infinita misericordia in mala nunquam finitura laborantur. Per adorandum sanguinem, quem pro illis effudisti, per mortem et tormenta, quae pro illis pertulisti, oculis misericordiae tuae respice illas, da ipsis in hoc mundo gratias tuas et in altero gloriam tuam.

115.

Turbatus sum  
et non sum loquutus.

Instrumenta Moralia  
Sensu Patrum, et Theologorum, circa  
Infernum aeternitatem infelicem,  
Damnationem, poenam Damni et Sensus.

## I.

116.  
Affligetur valitius  
in tabernaculo  
suo...

Quando Job loquitur de homine afflicto in ta-  
bernaculo suo, in quo invitus manebit nobis signi-  
ficat, inquit S. Gregorius, talem futurum esse Sta-  
tum peccatoris, cum in resurrectione universali  
corpus suum Damno sumet, quorum in gehennam

\* S. greg. lib. 11. in morte c. 8. » ignis precipitabitur.\* Iniqui tabernaculum caro  
» est, qui ipsam latus inhabitat: quam cum in resur-  
» rectione recuperit, cum ea gehenna igni traditur,  
» ardebit, tunc ab ea edui appetit, tunc ejus tormen-  
» ta evadere si valet, querit; tunc incipit velle vi-  
» tae, quod amavit. Sed quia eam Deus preposuit, ju-  
» dicante Deus agitur, ut ex ea amplius in igne crucie-  
» tur..... Ad augmentum itaque tormenti, et hic  
» de corpore nolens educitur, et ibi in corpore  
» tenetur invitus.

## II.

117.  
\* Diminuitur ver-  
ba Job: Ubi  
nullus ordo sed  
sempiternus  
honor inhabi-  
tat.

\* In hujus vite tormentis timor Dolorem non ha-  
» bet, Dolor timorem non habet, quia nequaquam  
» metus mentem cruciat, cum pati jam coeperit  
» quod metuebat. Infernum vero et umbra mortis  
» obscurat, et sempiternus horror inhabitat. Quia  
» ejus ignibus traditi, et in suppliciiis Dolorem sen-  
» tiunt, et in Dolore angustia, pulsante se semper  
» pavore feruntur, ut et quod timent, tolerent,  
» et rursus quod tolerant, sine cessatione perti-  
» mescant. Hic flamma que succendit, illuminat,  
» illic ignis qui cruciat, obscurat: hic metus amit-  
» titur, cum tolerari jam coeperit, quod timebatur.  
» Illic et Dolor laniat, et pavor angustat....

Hic ergo miseris mors sine morte, finis sine fi-  
» nis, defectus sine defectu, quia mors vivit, et finis  
» semper incipit, et deficere defectus nascit. Illic

ignis et ad consolationem non licet, et tamen ut ma-  
gis torqueat, ad aliquis licet. Nam sequaces quoque et  
suos seum in tormento reprobatam flammam illustran-  
te visuri sunt, quorum aspera deliquerunt. Unde et  
purpuratus dives ad doloris sui accumulatum propinquo-  
rum absentium manibet.

Tres pueri in caminum projecti sunt, ligatis manibus et  
et pedibus, quos Rex illaros deambulantes vidit, et  
ignis et vestimenta non attingit, et vincula incendit, et  
sanctissimisque viris ad inferendum tormentum  
flamma fugit, et ad solutionem vinculorum exarsit.  
Sicut ergo electis ignis ardere novit ad solatium, et  
tamen ardere ad supplicium nascit: ita et dives  
in gehennae flamma reprobit, et nequaquam lu-  
cet ad consolationis gratiam, et tamen licet ad poe-  
nam, ut damnatorum oculis, ignis supplicii et nul-  
la claritate candeat, et ad doloris accumulatum, dam-  
nati qualiter conviciatur, ostendat.

## III.

118.

Deus interdum infernum apertum filiis suis os-  
tendit, non ut eos in illum precipitet, sed ut, ne  
in illum cadant, moneat, inquit S. Chrysostomus. \* In Psal. 7.

Est pater plenus clementina, qui, cum filius suus  
ipsi inobediens est, ei exheredationem minatur,  
non ut ei bona sua auferat, sed ut iis fuit valeat.  
Arum suum nobis ostendit, non ut sagittis suis nos  
transodiatur, sed ut timore periculi ad stragulum  
minarum irae suae fugiamus, et in sinum infinitae  
misericordiae suae nos coniciamus.

\* Intra quadraginta dies Ninive destrucenda erat,  
iuxta predictionem Jona; sed cur mala praedicere,  
quae evadere non debent? Ideo, respondet idem S. Chry-  
sostomus, ut non eveniant. Si hic propheta Nini-  
vitis proximam ruinam minatus non fuisset, ma-  
gna haec civitas possum iussit; sed animo intrens,  
Deum jam brachium suum extendisse ad justitiam suam  
fulmina in eam vibranda, incepit detestari peccata

\* In dem Hom.  
93. de poenit.

qua, quae ipsam ad se poenis exponerant, et per suam  
penitentiam amorem illius ipsiusmet, qui se eam  
perditurum comminatus fuerat, sibi conciliavit.

119.

## IV.

Quia Deus Capite 34. Graecia eloquitur sunt ter-  
ribilia. Accedite: inquit: Gentes et audite, et  
populi attendite: audiat terra et plenitudo eius, or-  
bis, et omne germanum eius. Quia indignatio  
Domini super omnes gentes, et furor super uni-  
versam malitiam eorum: interficiet eos, et  
dabit eos in occisionem. Interfecti eorum pro-  
sumentur, et cadaveribus eorum ascendet fœ-  
tor: tabescent montes à sanguine eorum. . . .  
Victima enim Domini in Borra, et interfectio  
magna in Edom. Et descendent unicornes cum arietibus,  
et tauri cum potentibus: inebriabitur terra eorum  
sanguine, quia dies ultionis Domini, annus re-  
tributionum iudicii Sion. Et convertentur tor-  
rentes in picam, et pulvis in sulphur, et erit terra  
in picam ardentem. Nocte et die non extingue-  
tur ignis eius, in sempiternum ascendet fumus  
eius. . . . Deus extendet super eam mensuram ut  
illam ad nihilum redigat, et perpendicularum,  
ut eam destruat. Et ibi occurrant daemonia  
et onocentauri, et satyri clamabunt alter ad  
alterum.

Quis ad tam terribiles veritates non contra-  
miscat, inquit S. Hieronymus? Non enim fru-  
stra Deus hoc loco exigit omnino peculiarem  
attentionem. Quamvis hæc expressiones sint  
figuratae; tamen horribila damnationum in in-  
ferno tormentum nobis ostendunt. Ignis qui co-  
urit, est simul ater et tenebrosus, velut pic ar-  
dens. Nascitur et fovabitur à propria ipsorum cor-  
ruptione, velut terra quæ in sulphurem et picam  
commutata in se ipsa fomentum reperit ignis  
ipsam urentis.

Sed quid significant mensura illa et perpendicularium, de quibus propheta loquitur? Quod Deus ibi cum mira proportione, qua in sua justitia semper clucet, crimina sit puniturus. Si enim dictum est quod in inferno nullus sit ordo, id solummodo de damnatis intelligendum est, qui in aeterna perturbatione et confusione erunt, sed respectu Dei omnia ibi in ordine et mensura erunt, omnia puniantur secundum qualitatem et numerum peccatorum commissorum: erit eadem poena essentialis, sed gradus poena accidentalis erunt diversi.

Terribiles bestiae illae, quas postmodum describit Isaias, nobis exhibent peccata particularia reproborum. Dracones sunt figura illorum, qui audaciam malitiae jungendo contagione scandalorum suorum aërem pestilentem saevum tulerint. Stentiones quae alas habent, sed non volant, nobis hypocrisis exhibent, qui speciem virtutis habent, sed veritatem eam non possident; videntur quidem quasi alis suis uterentur, id est, omnibus exterioribus qualitatibus suis, quas habent ad volandum in Caelum, et tamen semper reptant super terram.

Dici potest quod illi qui de propriis peccatis gloriantur, sint onorantauri illi, de quibus loquitur Isaias. Haec monstruosa arini, qui figura est beluinarum voluptatum, et tauri veri hyperbia symboli copulatis denotat excruciantem illam gloriam, et laudem, quam sibi ex rebus ipsis tribuunt, quae illis summum pudorem inutere debent.

Satyri quorum pars superior figuram hominis, inferior vero belluae exhibet, sunt imago eorum, qui postquam per spiritum seu mentem cooperunt, per carnem finiunt. Erii in suis foris, milvi et vultures, satis naturaliter nobis exprimentur varios peccatores illos, quorum aliqui feroci ac duro genio sunt inaccessi velut erii indigne oculis ar-

mati, alii vero insatiabili sua aviditate debiles opprimunt, quo ambitioni et avaritiae suae satisfaciant, velut milvi et vultures, qui carnivoris oculis semper praedam quaerunt, ut eam devorent.

120.

V.  
Spiritus Dei omnia haec monstra congregabit, ait

Isaias, hocque dicit 1<sup>o</sup> ut intelligamus, quod cum nihil ita sit deplorandum, quam si quis coactus sit in caverna aliqua cum tot ferocibus bestiis morari, nihil etiam damnatorum infortunio comparari possit, qui in damnorum et innumerorum aliorum omnis nationis et sexus reproborum societate, 2<sup>o</sup> ut cognoscamus, quot hominibus infernus qui est habitatio omnis speciei peccatorum repletus erit: erunt ibi peccatores invicem velut fauces ligati, avari cum avaris, adulteri cum adulteris, Sicarii cum Sicariis, fures cum furibus, Derisores cum Derisoribus, inquit S. Augustinus,

\* Serm. 9. de  
Sanctis.

O quam multi ibi Dracones et peccatores scandalosi reperientur! Quot blasphemus, Haereticus, Athei  
 O quot ibi erunt Stouthiones, nempe hypocritae, qui cum ad Coelum usque evahi videbantur, in profundum abyssi praecipitabuntur! O quam multi Oncocentauri et Satyri! Peccatores impudici, qui belluinas cupiditates suas capleverunt, qui postquam bona contempserunt, male finierunt. O quot Criui! Quot homines toti auleis armati suis Detractionibus et calumniis! O quot ibi erunt milvi et vultures! quot avari et usurarii, qui in viduam et orphanum impetum fecerint, ut illos devorent! Quot negotiatores, quibus cum justum lucrum sufficere debuisset, usuras suas et exactiones ultra modum exeruerint, a tempestatum sterilitate, et belli calamitate sumentes occasionem frumenta sua et alios commeatus carissimo vendendi pretio, civitates et provincias integras ad egestatem redigentes, cum pauperibus in sua indigentia opem ferre deberent! modo laetantur, triumphant, magnamque adipiscuntur fortunam, omnia ad satisfaciendum cupiditatibus suis conferunt: sed veniet dies,

in quo Spiritus Dei ipsos omnes in inferno congrega-  
bit: Quot jam in ibo sunt, et quot erunt usque  
ad consummationem saeculorum?

VI.

121.

Nullus est homo, utut magnus peccator sit, qui  
velit ad aeternas inferni poenas condemnari; et ta-  
men nullus ferre est qui utut bonus videatur, ea  
omnia quae oportet, faciat, ut tam horribilem poe-  
nam devitet. Infernus adeo terribilis est, ut ma-  
ximi peccatores illum metuant, et tamen cum  
tanta tranquillitate vivunt, ac si nunquam illi de-  
scenduri essent. Infernum timent et merito, non sa-  
tis timeri potest: Sed suis peccatis suppeditant ma-  
teriam inferni flammis idoneam; et in hoc nec fi-  
dem nec etiam iudicium sanamque mentem possi-  
dant, inquit Salvianus.

VII.

Nos à nobis accusandi sumus. Nam cum ea, quibus et  
torquendi sumus, admittimus, ipsimet tormento - <sup>et Salvianus</sup>  
rum nostrorum auctores sumus. Quid ergo de peccatis <sup>lib. de go-</sup>  
narum acerbitate querimus? unusquisque nostrum <sup>bernat. dei.</sup>  
ipsamet se punit. Eae, inquit olim Isaias ad  
Judaeos, omnes ignem ejus accenditis, ingredimini  
in lucra ignis vestri, et flamma quam accendistis.  
Totum namque genus humanum hoc ordine in pe-  
nam aeternam mit, quo Scriptura memoravit.  
Primum enim ignem accendit, postea vires ignibus  
praebet, postremo flammam ingreditur, quam para-  
vit. Quando igitur primum sibi homo aeternum  
accendit ignem? cum utique peccata peccatis cu-  
mulat. Quando autem ignem aeternum introibit?  
quando irremediabilem jam malorum omnium  
summam crescentium delictorum iniquitate com-  
pleverit, sicut Salvator noster ad Judaeos principes  
ait: Implete mensuram patrum vestrorum, serpentes

„ geminimo viderarum „ Non longe à pleritudine pe-  
 „ catorum erant, quibus ipse Dominus dicebat, ut pecca-  
 „ ta complerent. Ideo absque dubio ut quia digni iam sa-  
 „ lute non essent, implerant iniquitatum numerum,  
 „ quo perirent. Unde etiam cum lex vetus peccata Amor-  
 „ rhaeorum completa esse memorasset, sic locutos esse  
 „ ad sanctum Loth Angelos refert: Omnes qui tui sunt  
 „ edue de hac urbe, delebimus enim locum istum, eoquod  
 „ increverit clamor eorum coram Domino, qui misit nos  
 „ ut perdamus eos. Sic profecto flagitiosissimus ille  
 „ populus ignem illum accendebat, quo peribat, et  
 „ ideo completis iniquitatibus suis arsit flammis cri-  
 „ minum suorum. Tam male enim de Deo meruit, ut  
 „ gehennam quae in futuro iudicio datur, iam saltem per  
 „ imaginem expertus fuerit, p.

VIII.

122.

Sed licet aliquis: An Sauli nostri perversita-  
 tes quidpiam in se continent, quod hinc Sodomitarum  
 brutis facinoribus comparari possit; et suntne inter  
 nos homines, qui talem punitionem mereantur? Num  
 sint, respondet Salviastus? An ignoratis, quod apud  
 Christum Jesum in uno sensu adhuc magis rei sint  
 illi, qui sanctam legem suam contemnunt? Ipse  
 qui ait, quod si miracula, quae in Capharnaum ope-  
 ratum est, facta fuissent Sodomae, forte adhuc hodie  
 Superstas esset, et quod civitati isti, ut ut flagitio-  
 sa sit, remissius futurum sit quam Capharnaëti.

Si haec ita sint, omnes merito timere debemus,  
 nos qui tot modis Evangelii leges violamus: nos qui com-  
 munitibus peccatis non contenti, in gravissima saepe la-  
 bimmur. lites, calumniae, violentiae, perjuria, falsi-  
 tates, intemperantia in cibo et potu non sunt sola pec-  
 cata, quibus nos tradimus, is jungimus adulteria, homi-  
 cidia, blasphemias, et interdum summe execrandas im-  
 pietates; funestas et aeternas ignis qui nunquam extin-  
 guatur materias!

## IX.

\* Nos calamitatum nostrarum authores sumus, u \* Salviianus De  
 Deus enim pius est et misericors, qui remissum vult, u gubernatione  
 vel perire vel laedere: nos ipsum aduersum nos om- u Dei, lib. 8.  
 nia facimus, et nihil est in nos crudelius nobis. Nos, in- u  
 quam, nos etiam Deo nolente cruciamus. Sed videlicet u  
 aduersum me ipsum dicere videor, qui cum Superius u  
 dixerim nos ob peccata nostra puniri à Deo, nunc di- u  
 cam, nos puniri à nobis ipsis. Utrumque verum est. u  
 à Deo quippe punimur, sed ipsi facimus, ut puniamur... u  
 funibus peccatorum suorum unusquisque constringi- u  
tur. Ergo si funibus peccatorum suorum perversi ho- u  
 mines adigantur, ipse se absque dubio alligat peccatos u  
 quisque, cum peccat. u

## X.

\* De inferno non cogitare, maledicta coactio est; \* S. Chrysost. Hom.  
 De illo cogitare, et illum non timere, monstruosus est 55. ad pop. et  
 furor; De illo cogitare, illum timere, et omnem co- Hom. 2. ad c. i.  
 natum, ne in illum descendamus, haud adhibere, de- Ep. ad Thesal.  
 ploranda est Dementia. Ergo de inferno cogitemus,  
 ut illum timeamus, et illum timeamus ut vitemus  
 inquit S. Chrysostomus.

Vix fieri potest, ut anima quae serio aeternos ignes  
 cogitat, saltem tam vitio peccandi capiat consilium.  
 Hic est repagulum, quo cohibetur, frenum quo reti-  
 netur, obstaculum quod gratia ei opponit, ne abducatur  
 quod illam Daemon et passiones suae ferunt. Inde  
 fit humilior, magis circumscripta, ad se ipsam magis  
 attendit. Imò audeo dicere, nullus eorum qui sine  
 intermissione gehennam ignis sibi ob mentis oculos po-  
 nunt, in illam incidet, nullus etiam eorum, qui illam  
 contemnant, eam devitabit: Nemo eorum qui ge-  
hennam ob oculos habent, in gehennam incidet, ne-  
mo gehennam contemnentium gehennam effugiet.  
 Hic timor Domini, qui est Sapientiae initium, est via  
 ad ipsius amorem; postquam illum ut Iudicem timui-  
 mus, ut Patrem diligimus; in sua infinita misericor-

dia confidimus, nostras infirmitates et miserias ipsi exponimus, veniam peccatorum nostrorum humiliter ab ipso petimus, gratiam ipsius imploramus, ipsius amicitiam precesamus, et quidquid accidat, firmum propositum non amplius ipsum offendendi efformamus.

## XI.

124.

Quando Martyres carceres suos ingrediebantur vel egrediebantur ut foralia pegmata conscenderent, in spiritu descendebant in infernum, et comparantes cum poenis damnatorum eas quas passi fuerant, et quas passuri erant, videbantur ipsis carceres sui nimis pulchri catenae suae nimis dulces, et supplicia sua nimis grata, inquit S. Ambrosius\*.

\* In Epist. 108.

Solitarie jejuniis in huius desertis toti extenuati nimis laute se vivere autumabant, quando modico pane et herbis agrestibus vivebantur in comparatione horribilis famis illius, quam perferunt damnati; et quando poenitantes in expiationem peccatorum suorum totum corpus suum coventabant, sibi ob oculos ponebant flagella sua et cilicia nihil esse respectu horribilium suppliciorum reproborum, qui velut infelices victimae iuxta Dei iram immolantur, quibus tamen eadem satisfacere voleant.

## XII.

125.

Magnum arcantum non docendum in infernum post mortem est, ut in illum frequenter dum vivimus spiritu descendamus, inquit S. Bernardus: ut mentem sequamur poenitentis Regis illius, Ego dixi in dimidio dierum meorum, vadam ad portas inferi; ut eodem affectu ac Job hunc infernum intueamur, qui dicebat se, dum viveret, velle ex inferno habitationem suam facere, et in eo sternere lectum suum.

Infernus domus mea est, in tenebris stravi lectulum meum.

Reges habent palatia sua et thronos, Iudices sua tribunalia et audientiae aulas, Centuriones sua tabernacula et tentoria, Docti sua conclavia, et Bibliothecae, Mercatores suas rationum cellas et apothecas, Artifices sua instrumenta et officinas, Rustici sua tuguria, et frondeas pergulas, imo etiam pauperes habent sua xenodochia et refugii loca: At quod me

attinet, inquit Job, hic inferius non aliam habitatio-  
nem cupio prater infernum, volo, ut in his subter-  
rancis locis mens mea deambulet, sicut homo in suis  
adibus, in his tenebris, carceribus volo commo-  
rari, et sternere lactum meum. Ibi sensuum vo-  
luptates, quae tot alios corrumperunt, me non depra-  
vabunt; pulchritudines terrae, quae castissimos emol-  
liverunt, non me seducent; cibi et potus intem-  
perantiae, quae tot voluptuosos ad belluinam condi-  
tionem redegerunt, odoramenta quae tot viros effe-  
minarunt, concentus et symphoniae, quae tot aures  
fascinaverunt, non me seducent, nec adducunt,  
ut vana vitia voluptate me oblectem.

Ibi peccatum nihil pro me fictum habebit quo  
abiciar; virtus nihil difficile, quo detarrear; huius vi-  
tae tormenta nihil molestum, quo affliar; oblecta-  
menta nihil dulcia, quo recreer. Ibi discam timere  
Deum, qui adeo terribilis est, peccatum odio prosequi,  
quod ita infame est, diligere virtutem, quae tam  
pulchra est, gratiae respondere, quae adeo necessaria  
est, mundi vatus fugere, qui tam funesti sunt, ter-  
rae bona contemnere, quae tam vana sunt, Dominum  
verum omnium super omnia diligere, qui tam ma-  
gnus et amabilis est. Si olim corpori meo adlandi-  
tus sum, non amplius ei adlandiar; si animam me-  
am neglexi, non amplius eam negligam; si honores  
et terrae bona ambiebam, non ambiam amplius; si  
mens et cor meum ex commercio quodam hominibus  
habui, distracta fuerunt, plane ipsi renunciare vo-  
lo, ut aliud, quo sanctificer, foream; si externae occu-  
pationes me a vero officio meo avorterunt, eidem  
nunc satisfaciam mortis et inferni meditatione.

## XIII.

126.

Plures dantur damnati quam arbitramur, et talis  
qui in quibusdam quae fecit bonis operibus requiescit,  
se longè aberrasse sentiet in Iudicio Dei: Paradi-  
sum sibi pollicebatur, et in infernum detrudetur  
ibidem in aeternum cruciandus.

\* c. 55

„ Ecce Dominus in igne veniet /: inquit Ieraias<sup>1</sup> /  
 „ et quasi turbo quadrige ejus: redire in indignatione  
 „ furorem suum, et irascationem suam in flamma  
 „ ignis; quia in igne Dominus judicabit, et in gladiis hinc  
 „ ad omnem carnem, et multiplicabuntur interfecti a  
 „ Domino, qui sanctificabantur, et mundos se puta-  
 „ bant in hortis post januam intrinsecus, ..... Simul  
 „ consummentur, omnia opera eorum et cogitationes,  
 „ colliget, et stare faciet coram se cum omnibus po-  
 „ pulis, et ponet in eis signum. Vermis eorum non mo-  
 „ rietur, et ignis eorum non extinguetur, et ut ut gra-  
 „ via fuerint supplicia quae perforant, oculi hominum,  
 „ quibus exponuntur, nunquam satiabuntur in aspectu  
 „ tormentorum suorum.

Tria gravia Documenta ex his prophetae verbis  
 eoni possunt, inquit SS. Patres: 1<sup>o</sup>. Quod plures den-  
 tur damnati, quam arbitremur. Quot peccata in  
 me vides, omni Deus, quae ego non video, exclamat  
 S. Augustinus: Arbitror interdum quod castis extra-  
 ordinariis bonis operibus sanctificer, sed quae re ip-  
 sa talia non sunt, sive quia me ipsum non cognosco,  
 sive quia amor proprius in eis invenitur, <sup>potius</sup> quam cha-  
 ritas, sive quia in me ipso occultam superbiam et  
 vanam in mea falsa justitia fiduciam nutrio. Mul-  
 tum timeo occulta mea, quae norunt oculi tui, mei  
 autem non.

2<sup>o</sup>. Qui se mundos arbitrantur, et damnati eorum  
 inaudita sustinebunt supplicia, nampe vermis ro-  
 dentis, et ignis devorantis; vermis rodentis rehemer-  
 tibus et aeternis stimulis, quod se salvare potuis-  
 sent, et non fecerint, quod coalum lucrari potuis-  
 sent fidei ad gratias, quas auspiciunt, operae colla-  
 tione, et quod has gratias contempserint. Supplicium  
 ignis devorantis, cujus materiam et lignum ipsi  
 met suppeditaverint peccatis, quorum eos se volun-  
 taria reddiderint.

3<sup>o</sup>. In hoc statu nullus spei et consolationis radius  
 „ pro eis. Predestinati /: inquit S. Bernardus<sup>1</sup> /: qui eos

\* Serm. 5.  
 in Psal. 90.

eos in vita amaverint, ipsos derelinquent et odio ha-  
 bebunt post mortem. Consanguinei, amici, fratres, et  
 sorores, patres, matres, qualitates olim tenuerunt  
 et commiseratione <sup>plena</sup> non amplius subsistent. Hi  
 Sancti tunc in Deum transformati, et, quoad  
 modum ait propheta, petra viva conjuncti, quae  
 est Christus, eodem animo erunt affecti, inflexibi-  
 les et inexorabiles sicut ipsae, gaudentes carna-  
 re admirabilem ordinem illum, qui peccati per-  
 versitates puniat, et sapientiam illam justitiae  
 plenam, quae deus sumat: vindictam in pondere,  
ministro, et mensura.

## XIV.

127.

Damnatus est miser omni bono privatus, et  
 omnibus malis traditus. Deum perdendo omnia  
 perdidit, et haec est poena Damni; quicquid pati  
 potest patitur, et haec est poena Sensus. A Deo per  
 suum peccatum recessit; Deus per suas vindictas  
 aeternum ab eo recesset: Maledicta recede a me.  
 Creaturis per suum peccatum adhesit; et haec crea-  
 tura aeternum ipsi adherent, ut supplicium  
 ipsius faciant: Imaledicta in ignem aeternum.

## XV.

Inaudita anima poena Deum suum amisisse.  
 Cum vix in hoc mundo sciamus quid sit Deus, gaudi-  
 um illius, qui ipsum possidet, non cognoscimus nec  
 infelicitatem illius qui ab eo separatus est. Narra-  
 ta pastori cuidam summum dolorem Domitoris ali-  
 cujus, qui omnia quae prius bello comparaverat, in  
 una pugna amisit, ubi in suorum hostium manus in-  
 cidit; loquimini illi de tristitia Regis injuriam, qui  
 universali subditorum suorum rebellionem throno  
 pulsus est, cum pauper hic pastor totam mundi im-  
 mensitatem in vallis et aliquot pratorum, quo gre-  
 gem suum ducit, ambitu terminet; capere non po-  
 test quod Domitor et Rex iste sit infelix ex jactura

rei, cuius privatio cum nec miserum nec offensum reddidit.

Loquatur quaedam illustris matrona filio suo qui adhuc brachialis induitur, oculis lacrymantibus narret illi patris sui calamitatem, qui criminis laesa Majestatis convictus honorem et vitam in forali pegmate amisit: cum parvulus iste ignorat, quid dignitates, quid bona sint, atque potius de sua pupa, quam de iis, quae ipsi mater sua narret, cogitet, lumen suum et crepundia semper prosequitur.

## XVI.

En id quod sumus, simplices pastores, filii Adam agricultoris illius, qui nihil nisi paucillum terra novit, nec altius se crebit. Ecce Mater nostra lacrymantibus oculis nobis exponat infortunium primi parentis nostri, et tot fratrum nostrorum qui in aeternum Deo privabuntur: cum ignoremus qualis sit felicitas illum possidere, cum falsa terra bona nos ineptius distineant, quam infantes suis pupis occupentur, quo ad hoc in fatali stupore et deploranda indolentia vivimus.

## XVII.

Verum si teneri personam aliquam dileximus, et si in hisce suavis amoris nostri momentis mortis ipsius nobis affertur nuntius, ex hoc fatali casu iudicare possumus, quam magnus sit unius animae dolor, quae ex hac vita egrediens vehementiori in Deum fertur propensione, quam sit sponsae in omnium sponso- rum amoenissimum amore exstantis. Quantus moeror! quantus furor! quanta desperatio!

## XVIII.

Hic in terris quando id quod unica diligimus, perdimus, ad leniendum dolorem nostrum, mentem nostram ad alia objecta convertere conamur, alias rationes inquirimus, quae nos consolentur; et si neque apud nos, neque apud amicos nostros ullas invenire possumus, tempus tandem moerorem nostrum mitigat, elapsisque quibusdam annis tranquille ferimus, quod intolerabile arbitrabamur.

128.

129.

Aliter de damnatis dicendum. Ad eos integram Dei cognitionem habent et attentis-  
nem ita vehementem, ut nec unius momento  
se ab eo avertere valeant. Objectum istud infini-  
tè magnum infinitè ipsos occupat. Nullas inveni-  
re possunt rationes, quibus ex ipsius iustitia con-  
solationem aliquam haurire valeant. Hæ ratio-  
nes vel essent verisimiles, vel reales. At verisimi-  
les invenire non possunt, cum res cognoscant prout  
sunt. Minus adhuc reales invenire valent, cum  
Deum perdendo omnia perdidissent, et pro nihilo,  
pro semper, voluntarie propria sua culpâ ibum  
perdidissent.

### XIX.

Ex una parte magnam sentiunt proprie-  
nem ad eum ascendendi vult ad Supremum bonum  
suum; sed ex alia peccatis suis inter ipsum et illos  
invictum ponantibus rapagulum, terribiliter se  
ab eo repulso sentiunt. Infinitè ipsius perfectio-  
nibus attrahi, Supremum hoc omnium creatura-  
rum bonum intuentur, sed ab hoc Supremo bono,  
quod nunquam illorum bonum erit, remotè in  
hæ violenta suspensione ultra quàm credi potest  
patiuntur. Ipsius bonitas illos offendit, quia nul-  
lam habet ipsorum malorum commiserationem;  
potentia ipsius illos terret, quia sub pondere vin-  
dictarum suarum ipsos opprimit; iustitia et  
æternitas ipsius illos desperatione afficiunt, quia  
nisi cesset esse Deus, nunquam cessabunt esse mi-  
seri; ipsius felicitas illos in continuum agit  
furorem, quia dum innumeros efficit beatos, se  
omnium hominum miserimos agnoscunt.

Nunquam partem habebunt in bonis Dei, nec  
naturæ, nec gratiæ, nec gloriæ. Esse quod est  
primum bonum naturæ, pro ipsis non est ampli-  
us bonum; melius esset si nunquam fuissent quàm  
quod fuerint non nisi ut patiantur. Fides quæ  
ipsis data fuerat ad cognoscendas veritates specula-

tionis et praxis, Spes ad expectandum Coelum, charitas ad diligendum illum qui est infinite amabilis, haec omnia ipsis ablata sunt; et si in ipsorum Baptismate impressus Christiani character ipsis relinquitur, id fit ad majorem duntaxat ipsorum condemnationem.

130.

## XX.

Deus in supplicio, quo damnatum afficit, cum eo agit, sicut Rex ageret cum uxore qua compta et convicta, de adulterio ab ipsa repudiatur. Quantus dolor mulieri huic videre crimen suum in pleno Consilio coram Principibus et Aula Magnatibus detectum! Videre se condemnatam ad transigendos reliquos vita sua dies in obscuritate carceris sine ulla spe in Regis sui gratiam redeundi?

Quantus fuit dolor Reginae Vasthi, quando pro-  
met iudicio, quod adversus ipsam tulit Assuerus, a quo prius tot tantaque magnificentia et ter-  
ritudinis sua signa acceperat, ipsi fuit prohibitum ne ipsum videret et alloqueretur! Exiit edictum: Regina Vasti non ultra ingrediatur ad Regem.  
Poena animae damnata infinite adhuc major est, p.

\* Esther. i.

Quantus fuit Miliciorum dolor, quando ex sermo-  
ne S. Pauli intellexerunt, se illum non amplius vi-  
suros? Profecto magna erat illis consolatio videre  
et audire hunc magnum Apostolum: Sed quid est  
hoc in comparatione Dei, cujus perfectiones sunt  
infinite, et quos tamen damnati nunquam vi-  
debunt.

131.

## XXI.

Quamvis capere non valeamus quid sit vide-  
re Deum, adeoque etiam quale sit infortunium  
ipso privari, tamen huius rei aliquam ideam  
subministrare potest potentia, quam aspectus fa-  
gilis et creatae pulchritudinis in mentem ac cor  
innumerosorum hominum excreat, inquit S. Augus-  
tinus.

Inotidie vides, inquit, et nimis multos vides insanos amatores, qui ad incommodum fatua eundam puelle genium se conformant, sed quaerit ut ut fatua sit, ipsis tamen adeo valide domina- tur, ut quidquid ipsa voluerit faciant, et quidquid noluerit omittant. Vestras et colores quos ipsa diligit, gestant, ipsius indolem et temperamentum observant, loquuntur et tacent, dormiunt et vigi- lant, prout ei placet, cur hoc? quia alias illos non amplius videre vellet.

## XXII.

Miseri insani, quamvis nihil eorum ageretis quo incommoda hujus imperiosa pulchritudinis in- dolens cupit, quid inde eveniret aut evenire posset? an vos bonis vestris spoliaret? an vitam adime- ret? Non; quid ergo vobis facere posset? Non am- plius vos videre vellet: acquid quamvis id ita esset, an nulla datur alia pulchritudo, et felix honesta amicitia? Quot viri prudentes hujusmodi ami- citiis abstinent? Sed frustra ipsis loquimur, in- quit S. Augustinus, mortifer dolor esset vesanis illis, si ab illa non viderentur, quam videre et amare gestiunt.

Infalicos, mulier quae se de vobis ulcisci non potest, nisi vos negligendo et contemnendo, sapit vos ad ea impellit, quae honor et consuetudo ves- tra vos facere prohibent, et Deus qui est supra- ma pulchritudo, Deus qui dignitates vestras, ho- nores, vitam vobis adimere potest, Deus qui vos ad tormenta sine fine damnare potest, et qui vo- bis minatur, nunquam vos eum visuros, si ei non obediatis, eandem in mentem vestram et cor non ha- bebis potestatem? Impudica hoc dicit, et terret; Deus hoc dicit, et non terret.

## Supplementum.

Nullus est S. Bator, nullus Doctor Catholicus, qui de inferis non differat. Praeter loca quae jam ut avimus, posuimus legiaa, quae de illis dicit S.

Augustinus lib. 10 et 21. de Civitate Dei, et Serm. 227.  
De temp. S. Gregorius lib. 19, et 34. moral. in cap. 41.  
Job. et lib. 4. Dialog. c. 44.

S. Bernardus etiam doctissime hanc materiam  
prosecutus est lib. 2. de consid. ad Papam Eugenium.  
Possunt etiam videri ea, quae Innocentius III. lib.  
de contentu mundi, et Lepsius lib. 1. et 4. de perfectio-  
nibus divinis sunt elocuti.

132.

Legatur in Praconis Domini Joly Episcopi Aqi-  
nensis hac de re 4. Sermones. In primo loquitur de  
poenis inferni in genere, quae sunt poena universa-  
les, sive quia in reprobis nulla pars invenitur quae con-  
viciari non debeat, sive quia nulla erit ~~creatura~~  
creatura, quam Deus non possit adhibere ad illum con-  
vincendum, sive quia in peccato mortali nulla inve-  
nitur circumstantia, quae puniri non mereatur.

In secundo dicitur de dolore quem anima dam-  
nata ex privatione Dei patitur: ardenter desi-  
derat, quod nunquam possidebit, et necessario  
videt id quod semper desiderat.

In tertio ait quod ignis qui animam damna-  
tam torquet, in ea procreat omnium dolorum ve-  
hementissimum ex duabus rationibus, quarum una  
ex parte principii emittitur, et altera ex parte sub-  
jecti.

In quarto loquitur de verum conscientia, os-  
tendit 1. veritatem et necessitatem, 2. san-  
ctam et extensionem hujus supplicii.

133.

Pater de Lingendes Societatis Jesu circa ean-  
dem materiam tres Sermones edidit, in quibus agit  
de poena damnii, de poena seminis, et de aeterna in-  
felicitate.

Consistere facit poenam damnii in pluribus  
rebus, 1. quod anima damnata privetur a ter-  
na beatitudine, idque vocat confiscationem  
omnium bonorum suorum. Amittit lumen gloriae,  
visionem beatificam, amorem, gaudium. Dam-  
nis haec jactura annos damnatos respiciat, ostendit  
quod adhuc magis affligat Christianos, qui

majus jus habebant Deum possidendi, quam ceteri.  
 2<sup>o</sup> Quod anima damnata separatur à Deo, ver-  
 sus quem se extraordinariè ferri sentit. 3<sup>o</sup> Quod  
 haec anima sit derelicta à Deo pro semper, et tradi-  
 ta crudelissimis inimicis suis. 4<sup>o</sup> Quod Deus illam  
 odio prosequatur, et ipsa Deum, quod inter utrum-  
 que sit irreconciliabilis et aeterna inimicitia.

In secundo sermone disserit de poena sanctorum,  
 qua superat ea omnia, qua Martyres et criminum  
 rei unquam sustinuerunt. Est poena supernaturalis,  
 poena digna ultionis divinae, poena similis poena  
 Daemonum, poena qua est effectus odii Dei p.

Quantum ad aeternitatem poenarum inferni, Sta-  
 tum ostendit quod sit de fide contra errores Orige-  
 nis et Joannis Hierosolymitani. Postea respondet  
 objectionibus eorum, qui dicunt quod haec aeternitas  
 repugnet 1<sup>o</sup> bonitati Dei justitiae et aliis ipsius attri-  
 butis, 2<sup>o</sup> conditioni creaturae qua agit, et illius  
 qua patitur. Afferit hanc in rem multos praeclaros  
 textus SS. Patrum; S. Gregorii Papae: Omnipotens et  
 Deus, qui pius est, miserationum cruciatu non parcitur  
 tur, quia autem justus, ab impiorum ultione in ce-  
 perpetuum non sedatur. Sed iniqui omnes aeterno ce-  
 supplicio, et quidem sua iniquitate puniuntur. S. u  
 Augustini: Merito malus punitur affectus, etiam cum u  
 non succedit effectus. Cum itaque homo moritur in ce-  
 peccato, ostendit se semper volituum peccare, si ce-  
 vixisset. Itaque non peccare desit, sed vivere, p. u

Dominus Nicolius in suis Speciminibus morali-  
 bus, de poenis inferni disserit modo pietate sua  
 et sublimitate Spiritus dignis. Batar Regina So-  
 vietatis jam de inferno prolixum et doctum ser-  
 monem edidit, in quo demonstrat, quod infernus  
 sit locus tormentorum, mortis, separationis, et  
 aeternitatis. Subtili methodo et maxime morali  
 explicat plures sacrae Scripturae textus, Graecae, qui  
 dicit, vermam damnatorum non moriturum, et do-  
num eorum replendam fore Draconibus. Doli, qui  
vocat infernum terram tenebrosam, deliquit et  
agonia p.

Etiam magno cum fuitu legi possunt ea, quae  
hac de re elocutus est Ludovicus De Granada in  
suis meditationibus, tract. 5. et prima parte vite  
christiana cap. 1. Praelara etiam continentur  
circa infernum documenta in Sermone quem R.  
Paulus Seigneri Societatis, Iam edidit in Evangeli-  
um de divite epulone.

### Ingratitudo.

Oblivio beneficiorum Dei. Obligatio  
et vera media ea agnoscendi.

### Sermo primus.

134.

Non est inventus qui rediret et daret gloriam  
Deo, nisi hic alienigena. Luc. 14.

Pro Dom. 13. post.  
font. Item pro  
fav. 6. 2<sup>a</sup> Septi-  
mana in Qua-  
drag. et fas. 2<sup>a</sup>  
3<sup>a</sup> Septim. in  
hac verba: Ge-  
neravit contra  
civitatem, et  
dirucunt illum  
in supercilium  
montis, ut proci-  
pitarent eum.

Quoties haec Evangelii verba perpendo, toties  
cum S. Hieronymo exclamo: oportetne, ut alienige-  
na filios doceant essentialissima munera; ut qui  
sunt extra domum patrisfamilias, majorem ipsi  
exhibeant reverentiam, atque amplioram testifi-  
centur gratitudinem, quam illi, quos sua pra-  
sentia honorat, suis beneficiis cumulat et ditat.

Perfida et ingrata Judaea, ut oves tuas quae  
erraverant reduceret, populos tuos qui perituri  
erant, salvaret, a grotos tuos, qui sine auxilio  
mortui essent, sanaret, Christus per vitae suae us-  
um tot miracula patravit. Quot coecis, surdis,  
paralyticis usum visus, auditus, motus reddidit?  
Ipsius vigiliae, exhortationes, itinera, labores,  
cura propter te fuerunt: Quamnam tamen ei  
ob haec gratitudinem testificatus es? Quos hono-  
res ipsi exhibuisti? Qua comitate eum accepisti?  
Quamnam bona officia a te recipit? Ex De-  
cem leprosis, quos sanavit unus est inventus,  
qui redierit Deo grates repensurus, et qui dem-  
isto erat alienigena.

Popule semper proelate et semper ingrata,  
oportetne ut hi alienigena tibi circa omni-  
um obligationum tuarum praecipuam rebo-  
rem inventiant? Fidelis et felix Samaritana,  
oportetne ut ab omni aeternitate electus sis,

et gentem ad dona superna insensibilem grati-  
tudinis praeceptis imbuas?

Tres diversa personae Samaritanae, nobis  
in Evangelio proponuntur ad nobis inspicendum  
provinciam terrarum magnarum virtutum. Samaritana  
conversa prope puteum Jacob, Samaritana  
fundens oleum et vinum in plagis hominis  
graviter vulnerati, et denique alius ille Sama-  
ritanus, qui a lepra sua sanatus viam relegit, ut  
Deo gratiarum actiones redderet. In prima cor-  
narius magnam fervorem, in secundo heroicam  
charitatem, in tertio veram gratitudinem.

Mulier Samaritana de divinitate et missio-  
ne Christi convicta statim currit in civita-  
tem et cellamat, venite, et videte propheta-  
tam, qui dixit, mihi omnia quaecumque feci,  
nuncquid ipse est Christus? Samaritanus qui  
iter faciens in Jericho semimortuus viatori om-  
ne fert auxilium quod ipsi miseratio sua in-  
spirat, et hodierni Evangelii Samaritanus, ut  
palam faciat, quantum ipsi cordi sit sanatio  
quam recepit, medicum sui pedibus obvolvitur,  
nec eum relinquere vult. Samaritana con-  
fundit infidelitatem Judaeorum, Samarita-  
nus ipsorum Inditiam, et ille cujus occasione  
ad vos modo verba facio, ipsorum ingrati-  
tudinem: ingrati-  
tudinem, inquam, in se ipsa adeo  
enormem, et tamen adeo communem, adeo ex  
una parte odiosam, et nihilominus ex altera  
adeo familiarem. Ipsa peccatum est, quod quili-  
bet Christianus detestari debet, id solidis argu-  
mentis prima sermonis mei parte confirmabo.

Est peccatum, quod paucissimi Christiani detes-  
tantur, hujus rationes afferam in secunda parte.  
Nihil adeo odiosum, nihil tamen adeo commune.  
Sententia aqua admodum erat, et non mo-  
do Christianismi principis immixa, sed etiam regu-

Divisio  
135.

Parti ma  
136.

lis, quar ratio et sanus sensus inspirant, quod inter injurias et beneficia istud esset ponendum dissi- man; nempe illas oblivisci, et horum recordari oportere, illas leviter in arena exarare, has vero marmo- ri aut aliis immortalibus materiis profunde inscul- pare.

Hoc spiritu Josue postquam Jordanem transisset, jam jam exercitum suum in terram, quam Dominus ipsi promiserat, introducturus, a medio hujus flumi- nis alveo duodecim lapides tolli jussit, ut monimen- tum essent gratitudinis suae. Hoc eodem spiritu veteres Patriarchae, Judices, et Reges Israel tot altaria creverunt, et tot sacrificia vero Deo ob- tulerunt in gratiarum actionem tutatae ipsi con- cessae, abundantiae, et prosperitatis, quae labores ipsorum et molimina comitabantur. Inde David ma illa, quas Ministri ipsius solvebant, primi- tiva illa fructuum et animalium quas ipsi offer- bant, Solemnes contestationes illa se non habere, nisi quod ab accipiebant, vota illa et obligationes gratitudinis suae praecipua publicis argumentis edendi, quae in terram usque portentatam perma- nerant.

Inde odium illud velut innatum erga ingratos, qui gratias divinas obliti vel occulti Providentiae suae desertores erant, vel acerbissimi bonitatis ipsius hos- tes. Inde ingrati ipsorum divini criminatis, qua per Isaiam Deus ipsos perstringit, criminatio, qua propheta iste prophetiam suam incipit; crimi- natio ubi, velut integras et aetho Dominus des- tapat a coelo et terra omnem quam maratus

\* Isaia c. i. » attentionem exigit: » Audite caeli, auribus per- » cepe terra, quoniam Dominus locutus est; filios » memulvi et exaltavi; ipsi autem spreverunt » me. Cognovit bos possessorem suum: Israel au- » tem non cognovit, et populus meus non intello- » vit: Va genti peccatrici, populo gravi iniqui-

lemini na  
runt, et abra  
li Pass in  
culine offen  
at paros  
juvenes et  
toms, ad ipso  
bant num  
tate ipso non  
alipe terra  
terra qua  
silaxi, et  
et vos o co  
in infidelis  
enutrivit et  
Christus genu  
proprium  
atum lali,  
sentia mea  
vritatem m  
oliti estis a  
qui Domi  
qui labre  
tis mi tur  
nem; qua  
stantia an  
mi quorum  
ie ad eum p  
et misera  
gloria qua  
specta alien  
sulus ait, n  
et nos quam  
postoli ve  
poriam et q  
tribunum  
gratias age  
lum cognovif

tate, semini nequam, filiis sceleratis, me dereli-  
querunt, et abalienati sunt à me. p.

Sic Deus in ira sua loquitur, hominum ingra-  
titudine offensus, advocans caelum et terram, ma-  
gnos atque parvos, viros et mulieres, Dominos et ser-  
vos, juvenes et senes ad audiendum quid ipsis sit  
dicturus, ad ipsos cogendum ut in se ipsos rediant,  
ut videant num turpis haec oblivio, et enormis ingra-  
tudo ipsos non tangat. Audite coeli, et auribus  
percyte terra.

O terra qua terra mea es, Synagoga quam tanto-  
para dilexi, et tam indigna me dereliquisti, au-  
dite; et vos o coeli, popule nove, natio electa et in-  
locum infidelis progeniei substituta, audite. Tri-  
lites enutrivit et exaltavit; vos, ait adhuc hodie no-  
bis Christus dedit, vos effeci filios meos in Baptismo;  
vobis propriam carnem meam in cibum et nutri-  
mentum dedit; vos in sinu Ecclesiae meae educavi,  
praesentiam meam honoravi, gratis meis adjuvi, ad  
hereditatem meam vocavi: et tamen vos ingra-  
te oblitae estis et ignominiam affecistis. Pejores  
bove, qui Dominum suum cognoscit, Stupidiores  
asino qui Stabulum suum novit, erga me non ha-  
buistis nisi turpem oblivionem et atram ingra-  
titudinem; quae eo magis atra est, quod Inae cir-  
cumstantiae enormem ipsius comitantur injusti-  
tiam: quarum una Deo auferatur bonum quod  
unice ad eum pertinet, alteram transferatur ad  
viles et miserabiles creaturas; una denegatur  
Deo gloria quae ipsi debetur, alteram transferatur  
ad objecta aliena quibus non debetur, et, sicut  
S. Paulus ait, mutatur. Enimvero an non ma-  
gis ad nos quam ad infideles diriguntur maledicta  
haec Apostoli verba? Cum Deum cognovissent, ip-  
si gloriam et gratiarum actiones prout debebant, et  
non tribuerunt, non sicut Deum glorificaverunt,  
aut gratias egerunt; prima injustitia. Cum  
Deum cognovissent, veritatem et gloriam ipsius

Rom. 1.

commutaverunt, ut cum Creatorem adorare ipsi, que gratias rependere debuissent, creaturam potius adoraverunt et que servierunt, Commutaverunt veritatem Dei in mendacium, coluerunt et servierunt creatura potius quam Creatori: Secunda injustitia.

138.

Quodnam est bonum illud quod unice ad eum pertinet? gloria scilicet et veritas; tributum quod iustitia et gratitudo christiana ipsi pendere tanatur. Ipse solus meretur adorari, cognosci, et cui gratia agantur. Ipse solus exigit à sua creatura cultum supremum, quem nullus alius jus exigendi habet. Reges equidem ob suam potentiam honorari possunt; sic Nathan Davidem honoravit. Sancti et Angeli propter suam virtutem et potestatem possunt honorari; sic Abraham et Jonæ Angelis illis quos Deus ad ipsos miserat, reverentiam exhibuerunt. Sed hi sunt cultus inferiores et subordinati, qui creaturae non exhibentur nisi respectivè ad eum supremum aliquem à quo omnia pendent. Tu solus, o mi Deus, hunc supremum cultum mereris, qui debetur Supremo omnium creaturarum Domino, vita et mortis arbitro, principio et fini omnium rerum.

Hoc spiritu Mardocheus Aman adorare reusavit, ne homini mortali cultum soli immortalis Deo debitum exhiberet, et Angelus qui sancto Joanni apparuit ipsum se ante illum prostrare prohibuit, ne pura creatura officium praestare videretur, quod soli Creatori debetur.

139.

Sicut omnium veritatum, quae statim mentem nostram feriunt, prima est existentia et magnitudo Dei, ita primus motus quem cor nostrum sentit est ipsius infinita bonitas, et adorabilis potentia. In hinc Euleria educati quae nos docet quod omnia quae habemus ab ipso proveniant, dignitates, sanitas, divitiae, pulchritudo, potentia, dona naturalia et supernaturalia; sentimus, quod ad gratitudinem feramur: sed quomodo grati erimus? an offerendo illi bona nostra? Propheta nos monet

Si qua à nobis exigat, iis pro se non ageat, et si egerat, non esset quod est. An immolando ipsi animalia, et altaria sua victimis onerando? Olim huiusmodi sacrificia erant quaedam signa gratitudinis erga ipsum, sed in nova lege hæc bestia in suo templo oblata et immolata ipsi essent horrore.

Quid ergo faciemus? ipsam adorabimus, benedicimus, ipsi gratias agemus, nos ipsimet erimus templa viva, ubi ei obsequia nostra præstabimus, templa quorum cor nostrum et manus <sup>erunt</sup> ~~erunt~~ altare et victima, quorum oculi nostri erunt facies quæ sacrificium nostrum illuminabunt, quorum ora nostra erunt amoeni concentus, qui ubique gloriam et infinitam bonitatem suam promulgabunt. Si Synagoga olim in tabernaculo ipsius sapientiam adorabat, in Sanctuario ipsius Sanctitatem, in auro et argento templi ipsius abundantiam, in tabulis legis ipsius iustitiam, in virgis Moysis et Aaronis ipsius potentiam, in manna ipsius suavitatem et bonitatem, in holocaustis ipsius summam libertatem ab omni subiectione immunitam: hæc omnia in nobis ipsis reperiemus, et quia aliò digrediamur, hæc nostra gratitudinis signa ei dabimus.

Gravia et maximi momenti munera qui nos justos reddunt, si ea implemus, sed injustissimos si ea negligimus: sive quia hæc gratitudo in primis ac præcipuis religionis nostre principiis fundata est, sive quia in quocumque demum statu sumus, eam Deo debemus, ac exhibere possumus.

Religio est primum omnium hominum munus, inquit S. Augustinus: et inter huius religionis præcipua officia est gratitudo. Deum amissimus, ait hic S. Doctor, nos ab eo separando et ipsi gratitudinem nostram testificari negligendo, hunc amissimus negligentas: sed religio hanc jacturam savi vit Janus nos Deo raviciando et amittendo, ut anima nostra supra-

Deus meus est tu  
quoniam bono-  
rum meorum  
non egas. Ps. 15.

Sacrificium et  
oblationem no-  
luisti. Ps. 39.

mo hoc fruatur bono, atque gratis ipsius permota et ipsum, ut ita dicam, grato ~~omni~~ amore amplectatur, ac virtutibus quibus impleta est secunda efficiatur, religantes ad eum dilectione tendimus, ut perveniendo quiescamus, et anima nostra incorporata si dici potest, amplexu, vovis impleatur secundaturque virtutibus.

At verò his præcipuis religionis numeribus ingratitude directe opposita est: Ingratitudo qua illius spiritum suffocat, consilia destruit, commercium rumpit, nodos dissolvit, gratias exhaustit: Ingratitudo monstraosa, qua sponsam à sponso separat, amicum ab amico, subditum à suo principe, filium à patre, creaturam à suo Creatore: Ingratitudo tantò magis flagitiosa et injusta, quòd ne illius rei simus pauca admodum nobis facienda sint, Deo illa sic ad nostram utilitatem disponente, et juribus suis ita cedente, ut in beneficiorum suorum gratitudinem non aliud exigat, quàm quod ipsi dare possumus, quin id magno nobis stet.

Animo fingite aegrotum qui medico suo dicat, vel litigans suo advocato: Ubique pervulgabo quantum tibi debeam; quotiescunque mihi obviam eris, te quam peramantior salutabo; aeternam memoriam gratiae quam in me contulisti conservabo, et si data occasione quilibet officii tibi præstare possim, id ex toto corde faciam. An hic advocatus et medicus iste sibi pro laboribus suis satisfactum crederent? An sterili hac gratitudine, officiosa hac obsequiorum oblatione et contestatione contenti essent? Non procul dubio; et tamen Deo hac sufficit. Si voluntas prompta est, secundum id quod habet, accepta est. Si voluntas nostra bona est, si sollicita est ad faciendum et dandum quod potest, Deus illud acceptat: et si hoc ita est, id est, si Deus id duntaxat à nobis exegit, quod à nostro arbitrio et potestate pendet, si bonum cor et verum ipsi bene servandi propositum, ac sufficit: qualis est injustitia et enormitas nostra ingratitude, cum ei

Denegamus, quod sine incommodo ipsi dare possumus  
totique titulis ad ipsum pertinet.

Uterius adhuc protenditur haec peccatorum  
ingratitude. Non solum Deo recusant quod ipsi de-  
bent, non solum, quamvis illum cognoscant, ei  
gloriam et gratiarum actiones, prout tenentur, non  
tribunt, sed per malitiam exsuperantiam, quae satis  
conipi non potest, commutant hanc gloriam et  
in alios transferunt has gratiarum actiones, com-  
mutaverunt veritatem in mendacium, coluerunt  
et servierunt creatura potius quam Creatori.

Donum quod habent à Deo recipiunt, et de eo grates  
hominibus rependunt; quae moluntur ipsis ad vota  
cadunt, et illorum successum propria industria aduri-  
bunt; ad commoda officia erecti, et inde se amicorum  
suorum protectioni obligatos putant; familia ipsorum  
in amplissimo statu stabilita est, et inde sibi ipsis gra-  
tiam habent, vel si gloriam in Deum remittunt, tum  
ideò duntaxat, quod ipsorum merita remuneratus  
fuerit. Quid est hoc? quarite à S. Paulo, respondebit  
vobis, quod hoc sit commutare veritatem in menda-  
cium, falsò creaturis tribuere quod à Creatore pro-  
venit, idolo dicere: tu es pater meus: tu me facis-  
ti quod sum. Quarite ab Osee propheta, responde-  
bit vobis, quod hoc sit contra Deum mendacia divul-  
gere. Ipse vos redemit, eratis mancipia, et vos à  
servitute liberavit; egeni, et vos ab indigentia eri-  
puit; eratis mancipia persantonem patiebamini,  
et vos in suam tutelam recepit; aegroti, et vos sana-  
vit. Si vel tantillum religionis habuissetis, dixissetis:  
à Deo haec omnia beneficia teneo, sine ipso sub barbara  
litigatoris huius manu periissem; exigua quae possi-  
des bona direptioni tradita fuissent, liberi mei ad  
extremam miseriam redacti nullum per fugium in-  
venissent, ipsius providentiae et bonitati has om-  
nes gratias adscribo.

Sed prois contrarium dicitis, vel si ex simula-  
ta pietate illud non dicitis, tunc saltem idud co-  
gitatis, mensas fortuna erigentes, Egyptum in  
auxilium vocantes, Aegypti de praeteritis obsequiis

ego redemi vos.

Qua ponitis for-  
tunas mensam  
Ieremi. 68.

Egyptum in-  
 vocabant, ad  
 Assyrios abie-  
 runt. Osee 7.  
 Super triticum  
 et vinum rumi-  
 nabant, vacil-  
 larunt à me,  
 et ego erudivi  
 eos, et conforta-  
 vi brachia eo-  
 rum, et in me  
 cogitaverunt  
 malitiam, p.  
 factus est Ephra-  
 im quasi colum-  
 ba seducta non  
 habens cor. Ibid.

suis gratias exhibentes, non nisi super triticum et vinum ruminantes, gloriam Creatori, quæ ipsi delatur, subripientes, ut eam ad creaturas transferatis, homines absque intelligentia et corda, qui dum <sup>Deus</sup> vos erudit, confortat, et protegit, in ipsum non nisi malitiam cogitatis. Et vero quid hæc omnia juxta mentem ejusdem Prophetæ, cujus verba primum vobis recitari, innunt aliud, nisi quod non obstantibus Dei beneficiis vos vos efficiatis, enormis injustitiae divulgando contra ipsum mendacia, ego redemi eos, et ipsi locuti sunt contra me mendacia. Nil minus in grati animi significationem beneficiorum, quæ accepistis, agere poteratis, quam ut considerando vos ea ab illo tenere, exterius data occasione testimonium veritati redderatis, et contra-ria prorsus agendi ratione eò ingratitude vestram perduxistis, ut vos fatuâ quadam vestri ipsorum aestimatione inebriaveritis, vobis ipsis vel hominibus prosperitatem vestram adscriperitis, contra Dominum mendacia locuti fueritis.

142.

Quid dicam de alia ingratitude casuperantiâ, de qua idem Apostolus loquitur, cum scilicet veneramus creaturam atque in damnum Creatoris servimus, cum adversus Dominum propria ipsius beneficia impendimus, parricidas manus nostras contra illum, qui ads confortat, armamus, os quod non nisi ab ipso loquela libertatem tenet, gerimus ad blasphemandum sanctum nomen ejus, cum ~~ex corpore~~ ex corpore quod sine ipso nec vires haberet nec motum, facimus membra prostibuli, cum laqueos tendimus innoce simplicitati, vel nimisquam fatali aliena curiositati per pulchritudinem quamdam quæ imaginem suam ultrò ornare voluit, cum tempus quod reverabit quando vollet, atque ad laborandum circa id, quod unicæ arti necessarium, concedit, non modo profanis sed at flagitiosis nugis perdimus, cum omnem perpicacis ingenii vivacitatem impendimus ad decipiendum et circumveniendum alios, ad uniceam domum, super ruinis multorum erigendam, cum sanctitatem, quam accepimus ut sobria et castè vivamus, turpibus

deus...  
 70. 1. 1.

habet et hab  
 Prophetas  
 in malum pro  
 prophetiam  
 met bene  
 est  
 illum agi  
 tam sobrius  
 uteris ad ip  
 la tua ad ip  
 digne  
 itaspendi, q  
 cum non ex p  
 itatem, ut ip  
 um spoliis  
 Sancte Prop  
 tam fuisse  
 Virginis Im  
 libus virgini  
 instituit  
 inis virg  
 tate vultu  
 ita, qua ve  
 propium co  
 rans infic  
 ut Salvan  
 um pulhe  
 in criminib  
 ue casta im  
 quos ponit  
 Deus nobis  
 maliores eff  
 ratione ca  
 nus. Benef  
 in implat  
 uata non  
 uitionem no  
 do nostra nos

libidinibus et habituali intemperantia sacrificamus.

Propheta Sanite, olim querebas num posset reddi malum pro bono, num quis in turpem et atram ingratitudinem labi posset, ut beneficio adversus ipsummet beneficium uteretur? Id heu nimisquam verum est.

Jerem. 18.

Id ipsum agis tu, qui prius tempore indigentia tua, tam sobrius et modestus, bonis, quae tibi Deus misit, uteris ad ipsum ignominia officiosa dura crapula tua exsuperantius, et scandalosa huius tui insolentia. Id ipsum agis inique Judex, qui cupiditatem ditascendi, qua tenebaris, occultans tempore illi quo eam non explere poteras, tuam nunc adhibes auctoritatem, ut innocentem opprimas, viduam et orphanum spolis.

Sancta Propheta olim querebas, num unquam auditum fuisset tam horribile crimen sicut crimen Virginis Israël, quae turpibus commariis et lascivis attentibus virginitatem suam pretiosum illi Coeli donum prostituisset? Quis audivit talia horribilia, quae fecit nimis virgo Israël? Id ipsum auditur, et formae quotidie videtur. Id ipsum agit puella illa mundo addicta, quae vultus sui illicia non impendit, nisi ut proprium corpus suum corrumpat, et aliorum corda venans inficiat. Hoc contra Deum ipsum utimur, inquit Salvianus\*, impudicitas et passionis furor adversus ipsum pulcherrimis illius operibus utitur, quae omnibus criminibus illis, quae exprimere pudor vetat, atque casta imaginatio non nisi cum horrore sibi ob oculos ponit, depravamus.

Jerem. ibid.

\* lib. 6. De gubernatione Dei.

Deus nobis duntaxat dona sua largitur eo fine ut meliores efficiamur, et omnino contraria agendi ratione ea non impendimus nisi ut pejores fiamus. Beneficia sua adhibet, ut nos ad virtutem impellat, et nos eis utimur ad multiplicanda peccata nostra. Ipsius gratiae amarum compunctionem nobis inspirare deberent, et ingratitude nostra nos ad affrenatas voluptates et gaudia

rapit. Nos castos efficere deberent, at nos cum furo-  
re uocimus quoumque nos impunitas abducit.  
O monstruosa ingratitude, quã tam improbè Do-  
nis coelestibus respondemus! tam turpiter  
ignoramus et ignominia afficiamus beneficium  
nostrum! Sed cum crimen istud ex omnibus ra-  
tionibus quas adduxi, sit enorme, fortè rarum est  
et infrequens, paucique Christiani in illud labun-  
tur: Id nobis examinabimus.

Part 2<sup>a</sup>  
144.

Inter varia officii munera, quibus S. Paulus  
Apostolus Discipulum suum Timotheum onerat,  
Specialim quatuor distinguit, quia ipsi ex profe-  
commendat; Orationes, obseruationes, postula-  
tiones, gratiarum actiones. Orationes, ut  
à Deo ea petamus quibus indigamus. Obserua-  
tiones ad auertendas calamitates quae capiti nostro  
impendent; Postulationes, ad obtinendam li-  
berationem à malis quae toleramus; Gratiarum  
actiones, ad grates ei respondendas ob bona quae  
accepimus.

\* Contra riti-  
um ingra-  
titudinis

Sed quod S. Bernardus in hunc Apostoli locum  
adnotavit\* ultrò verum est, namque quod ulti-  
mum hoc officii munus plerumque à Christia-  
nis negligatur, dum alia tria ex propriorum com-  
modorum ratione explere cogantur. Profato,  
inquit hic S. Doctor, equidem in Evangelio legi-  
mus, quod Iacobi leprosi Iesum Christum rogaver-  
int, voce elatã uocauerint ac clamauerint: Iesu  
praecceptor miserere nobis. Sed unicum reperi-  
mus, qui reversus fuerit ut ei ob sanationem  
à lepra sua gratias ageret.

145.

Huiusmodi ingratitude hodie adhuc  
frequentissima est inter Christianos. Si mari-  
tus vel filius aegrotat, uxores et matres laqueo  
uabunda preces fundunt et Ministros Domini  
sanationi quam praestolantur implicent. Si quis  
gravem litem habet, eius amissionem, quae se-  
cum totius familiae traheret ruinam, metuit,

obsecrationes facit et postulationes, ut illius felicem  
 successum assequatur. Sed ubi vir iste ex morbo  
 convalescit, ubi filius iste melius se habet, ubi his  
 hæc obtenta est, tum non amplius de Deo cogitant,  
 nec partium suarum esse arbitrantur ipsi gratiarum  
 actiones reddere: Satis est, quod desiderata obti-  
 nerint; nullus est amplius reditus nulla gratia-  
 rum actio, non est inventus, qui rediret. O quam  
 magnus est horum ingratorum numerus! Ea om-  
 nia S. M. quæ vobis ipsis acciderunt recedite, an non  
 similes estis novem leprosis illis? Quis vestrum Deo  
 gratias egit? et sic quantam ipsi infertis injuriam?  
 quantum damnum vobismet ipsis non infertis hæc re-  
 ditus et gratiarum actionis omissione?

Dona Dei sunt, inquit S. Gregorius Papa, semina,  
 quæ prius ille agricola hoc enim nomine Patrem  
 suum insignit Jesus (Christus) in terram spargit, ex qua  
 copiosam sibi pollicetur messem. Dona Dei sunt,  
 ait S. Augustinus, talenta et commodata, ex quibus  
 annuum momentum aliquod expectat. At quot sunt ter-  
 ræ quæ nihil reddunt ei qui eas concevit, et quæ,  
 prout ait Apostolus, sunt terra steriles parata ad  
 recipiendam ultimam execrationem? Quot sunt  
 villicii et servi patrisfamilias, qui hæc talenta in  
 terram defodiunt, et qui, ut verbis prophetae utar,  
 semper mutuuntur, nec unquam solvunt, mutua-  
 bitur peccator, et non solvet.

Quando mala nomina pecuniis indigent, se in  
 contestationibus et urbanitatibus exhauriunt,  
 mille submissiones eis faciunt, à quibus auxilium  
 expectant, junctis manibus ipsos rogant, ut sibi in  
 sua necessitate aliquot pecuniarum summis  
 opem ferant, mirè exaggerant propositum quod ha-  
 bent gratum semper erga generosos beneficos suos  
 conservandi animum: at ubi coguntur reddere  
 quod ipsis mutuo datum fuit, aut illius usuras pen-  
 dere, tum semper sunt ageni, nec nisi post longas  
 persecutiones in animum inducere possunt ut  
 solvant.

146

147.

Talis est genius, innumerorum Christianorum: mutantur, et non solvunt. Excelsus illud in gerendis negotiis ingenium, facultas victum vestrum comparandi, Sanitas, pulchritudo, prosperitas, sunt dona Dei, et mutua quae vobis praestat. Si horum bonorum fundum à vobis rapeteret, si vos adigeret ad ipsi sacrificandum vestras divitias et vitam vestram, omne quod habetis et quod estis: quamnam vobis inferret injuriam? Sed paucioribus est contentus, laetas grati animi significationes ipsi satisfaciunt; et tamen quis ex vobis eas ipsi rependit?

Revocate in memoriam vestram urgentes illas necessitates, in quibus fuistis, molestas occasiones illas, in quibus periculi periculum subiistis, tempora illa persecutionis et procellae, quibus domus vestra, velut domus Job, proximè involvenda erat, in commoda illa quae vobis creaveratis, aut in miseris, condes inimici suscitaverant, tunc in orationibus et promissis vos ipsos exhaustis, dicebatis cum Joseph:

Judic. ii » te: Si tradiderit Deus inimicos meos in manus meas, quicumque primus fuerit egressus de foribus domus

Genes. 28. » mea, mihi quae occurrerit eum holocaustum offerant Domino. Dicebatis cum Jacob: Si fuerit Dominus mecum, et custodierit me in via per quam ego ambulo, et dederit panem ad vescendum, et vestimentum ad induendum, reversusque fuero prosperè ad domum patris mei, erit mihi Dominus in Daum, cunctorumque quae dederit mihi decimas ei offeram. Dicebatis cum Anna matre Samuelis: Si potero habere filium, dabo eum Domino omnibus diebus vitae ejus.

1. Reg. i.

Sic loquebamini: sed iniquum cordis vestri affectum non cognoscebatis: Jophthe, Jacob, Anna vota sua exsolverunt, an vos vestrum exsolvistis? hanc eleemosynam largiri promiseratis, si litam illam obtineretis: eamne elargiti estis? Spondovatis Deo malius vos servituros, si sanitati vos restituerat: an majora obsequia ipsi exhibuistis? Statueratis vos ab iniquis vestris consuetudinibus separatos, vitam mortificatam et poenitentem ducturos, si Dominus ab illo periculo vos praeconservaret: Id ipse fecit, an promissis vestris ei stetit? Ergo ingrati

estis, mutuamini, fidem vestram obligatis, et nunquam nomina vestra expeditis: Mutuabitur peccator, et non solvet.

Sed ut rem paulo accuratius expendamus, notandum cum S. Thoma\*, quod sicut gratitudo suos gratias habet, ita etiam ingratitude suos etiam habeat. Animo intueri accepta beneficia, ea laudare, et data occasione si qui illa contulit, paria referre: hi sunt tres gratitudinis gradus. È contrario bonum pro bono non rependere, illud dissimulare et negare, eo uti ad beneficium suum offendendum vel ignominia afficiendum: hi sunt tres ingratitude gradus; nec alio opus est ut concludatis, quod ingratorum numerus sit infinitus, et animarum verè gratarum numerus paucissimos Christianos complectatur.

Verum est, quod, quidquid agamus, Deo bonum pro bono reddere non valeamus. Quid à te ipso habes, o homo? et quid tu ipse es? paupertas, miseria, corruptio, peccatum. Velle igitur, ut primum hoc officium ipse exhibeas, idem est, ac impossibile à te exigere. Quamvis illi mille vitas sacrificares; Quamvis ex omnibus momentis, quibus tua constat, nullum esset quod ipse consecratum non esset, hæc omnia nihil essent in comparatione bonorum quæ in te contulit, et quotidie confert, inquit S. Gregorius Nazianzenus\*, Ipse nihil aliud redderes quam quod ad ipsum pertinet, et si teum severe agere vellet, aeternum solvendo non esses. Sed memineris, quod exigam solummodò partem eorum quæ tibi dedit, exigat, quod ea quæ illi offers respiciat, non propter illorum pretium, sed propter mentis tuæ et cordis affectum. An ergo mentis huius cogitationes et cordis huius motus et affectiones illi offers? Creatura infidèles et impotentes in his meliorem partem habetis; Creator infinite potens et benigne non nisi quod residuum est tibi datur.

Inò eo ingratitude apud nos ventum est, ut taceamus et dissimulemus beneficia Dei, vel saltam, prout loquitur propheta, furtum in holocausto perpetravimus. In eo victima penitus destrui deberet ad

148.

\* 2. 2. q. 106.

\* orat. advers.  
Julian.

149.

agnoscendum Supremum illius cui offertur, Domini-  
um: Sed similes Heli filiis, qui hoc facinore omnium  
formâ punitionum severissimam sibi accerserunt,  
aliquot illius frustra nobis tollimus. Equidem generatim  
Dei gratias divulgamus, sed raro ad particularia descen-  
dimus, ut inde illi gloriam retribuamus; quaedam illi-  
us beneficia, quæ inficiari non possumus, agnosimus,  
sed cætera obliviscimur et tacemus.

Osce 2.

Ingratus Judæus eo ipso tempore, quo Deus ipsi mani-  
festa paterni amoris sui signa exhibet, clamat: Vadam  
postamatores meos, qui dant panes mihi, et aquas meas  
lanam meam, et linum meum, oleum meum, et potum  
meum, hi erunt Dii mei. Infelix oportetne, ut eo-  
usque ingratitude et furorem tuum protendas?  
A quo accipis panem illum et aquam, nisi à Deo?  
Quis alius præter ipsum tibi dat unde nutris et in-  
duaris.

\* S. Asterius  
Hom. in eorum  
à nativitate

Hoc tamen erat frequentius Judæorum pecca-  
tum, inquit quidam ex antiquis Patribus\*, et forte  
est etiam innumerorum Christianorum. Hi Judæi  
quotidie, et ultra quàm expectare poterant, novos  
divini præsidii effectus recipiebant, et tamen illum  
agnoscere volebant à quo hæc insperata quæ repor-  
tabant, victoria ipsis obvenerant, cibis delicatissi-  
mis alebantur, et ingratiore ~~frustrati~~ erant quàm  
illi, quos crudelis fames devorat. Manna de caelo  
in castra ipsorum cadebat, et non nisi putidum  
alliorum Egypti odorem spirabant. Columna ni-  
bis per diem ipsis contra Solis ardores umbraculi lo-  
co erat, et per noctem alia columna ignis ipsis  
in itinere suo prælucebat: et nihilominus, qua-  
si nullum bonitatis et omnipotentia Divina effec-  
tum persensissent, novas desiderabant Divini-  
tates, vitulisque aureis ipsorum gratitudine et  
cultu dignior illis videbatur quàm ille, qui eos be-  
neficiis suis cumulabat.

150.

Nonne hic est Status innumerorum Christiano-  
rum? et an non ipsis ea exprobrari possent, quæ  
Moyses ingrato populo illi exprobrabat dicens:

Haecine reddis Domino popule Stulte et insipiens?  
 Haecine est fructus et remuneratio tot prodigio-  
 rum, quae tui gratia patravit? Ergo quia alis  
 providentia sua te contexit, quia ut pupillam  
 oculi sui te custodivit, quia in terra incognita  
 et deserta dux tuus fuit, quia inimicos tuos ex-  
 terminavit, novos vocantesque Deos tibi consti-  
 tuere et facere vis, atque ipsius beneficiis uti,  
 ut cum ignominia afficias? te impinguavit, et  
 tu recalcitras; quae ab ipso expectabas tibi conces-  
 sit, et ipsi danges quod à te exigit. Haecine reddis Do-  
mino popule Stulte et insipiens?

Summe Deus, qui hucusque tot beneficia mihi pra-  
 stitisti, an non sum similis ingrato populo huic? Dic-  
 re debetis, chari Auditores mei. An non ea omnia, quae  
 adversum te patravi, eundem ingratitude caractera-  
 ram portant? An non creaturae illae, post quas jam  
 à tam longo tempore curro, tot sunt idola, quae mi-  
 hi confeci? tot vituli aurei, ante quos genua flexi?  
 An non Idoles illae, quas cum adeo inepta et flagitiosa  
 vanitate exaggeravi, et quae non nisi à te prove-  
 niunt, mihi exprobrant mentis meae aberratio-  
 nem et cordis mei corruptionem?

Dualem ideam in me ipso exarare non desebam  
 infinita bonitatis illius, quae ad mihi benefician-  
 dum semper propensa, formidanda majestatis tuae  
 splendorem temperavit, ut infirmitatibus et mis-  
 riis meis se accommodaret? Si quis horror mihi  
 inest vitii, quod sequendo pravas naturae meae pro-  
 pensiones mihi semper placuisset, id gratia tuae  
 tribuendum est. Si subtilibus tentationibus  
 illis, in quibus mille alii perierunt, non succumbi,  
 id merus gratuitae misericordiae tuae effectus est.

Utinam animo intuear illa poenitentiae tem-  
 pora, ubi postquam affrenatas voluptates meas  
 salutariibus amaritudinibus perfudisti, cum ea-  
 dem fiducia ac felix prodigus ad patrem suum re-  
 dit, ad te me redire coëgisti? Felices dies illi, ubi

postquam sub grassibus meis spinas seminasti, quarum aculeos non amplius tolerare valebam, me invitasti ad ambulandum in suavis Sanctorum mandatorum tuorum semitis? Sine te haec salutis via, quae valet impracticabiles exhibebantur, nunquam complanata fuissent; sine te humanis illis respectibus, terroribus panicis, decientis illis mundanis iudiciorum tuorum metus et gravissima <sup>mea</sup> munerata cessissent.

Frater dicitur fratres mei, pauci inveniuntur Christiani, qui ita cogitent et sentiant. Pauci inveniuntur Abrahami, qui decemtorum quinque Regum spolia Deo exercituum offerant; pauci Davidis, qui prostrato Goliath gladium ipsius in tabernaculum Domini tanquam aeternum gratitudinis suae monumentum deferant. Pauci fideles animae in terra audiriuntur, quae usque quater mysticum illud alleluja repetant, de quo loquitur S. Joannes in sua Apocalypsi.

Id tamen praestabitis, fratres mei, si vitiorum quae viceritis, perversarum Societatum, à quibus vos separaveritis, in veteratarum consuetudinum quibus renunciaveritis, passionum et vitiorum carnis quae rationis et Evangelii legi subiaceritis, spolia ei obtuleritis, per auius gratiam adeo difficilem et felicem victoriam reportaveritis. Id praestabitis, si ex membris quae peccato et injustitia servierunt, membra iustitiae et virtutis efficiatis: si in templum Sion funestas Samariae et Damasci pompas deferatis, nisi eadem vasa quae Aegyptiorum abominationibus servierunt, ad cultum et sacrificium veri Dei impendatis.

Id praestabitis, si tanquam boni servi gloria Domini vestri operam navantes, nihil huius gloriae vestris manibus adhaereat, quae quamvis ex vobis non sit, tamen per vos transit. Si de multa gloria Domini tui, etsi non exeunte ex te, sed transaunte parte, nihil tuis manibus adhaerere contingat. Id praestabitis, si exemplo grati Samaritani, qui sanatum se sentiens, viam valebat, ut Ioseph Christo gratias ageret, pedibus eius, quem admodum ipse, obvolvimini, atque laudes eius alta voce celebratis. Resurrexerunt cum magna voce magnificans Deum, et cœ-

\* S. Bernardus  
Serm. 13. in  
Cant.

Dit ante pedes eius, gratias agens.

Id præstabitur, si jam in hoc mundo Beatorum qui in altis regnant, officium prævenientes, quater sicut ipsi mysticum istud abalyza repetatis; id est, prout exponit S. Ambrosius, si ex quatuor partibus qua hominum vita cursum constituent, et quatuor anni tempestatibus respondere videntur, nullam præterire sinatis, quin eam impendatis ad testificandam Supremo omnium temporum et ætatum Domino gratitudinem vestram. Si jam à juventutis vestre vere incipiatis portare jugum istud, quod omni homini bonum est portare ab adolescentia sua. Si in provectiore ætate, ubi tot alii profanas vel impuras cantant cantilenas, ætatem impendatis celebrandis laudibus illius qui in vobis crescere facit virtutes, quas in vobis seminavit; Et eo tempore, ubi velut in autumno fructus maturitate perculsi sunt, et fecunda vinca largitur vinum illud quod roborat cor hominis, veneremini et in animabus vestris fructificare faciatis gratiam Domini; Si denique tempore hyemis, in caduca et infirma Senectute, ubi homo exterior debilitatur et ad ruinam suam propendit, homo interior renovatur, et conetur attingere planitudinem ætatis Jesu Christi.

Id præstabitur, si Domino offeratis Sacrificium illud matutinum et vespertinum quod tantâ curâ populo suo commendabat; si cum in vobis nihil sit quod ad Deum non pertineat, muneris vestri esse recemini illi justum de eo tributum pendere; si non solum in principio, sed etiam in fine anni, adimpleatis legem illam quam dederat populo suo, Dies Solemnitatis instituenti, ubi non modo caput, sed extremitates victimæ ipsæ consecrarentur, ut ei magis operibus vestris, quam verbis dicatis quod sive vivatis, sive moriamini, totius ipsius esse velitis.

Ingratitudo  
oblivio beneficiorum Dei,  
obligatio, et vera media illa agnoscendi.

Sermo secundus.

Imperavit febrim, et dimisit illam, et continuo surgens ministrabat illis, Luc. 4.

Si unquam gratitudo aliqua beneficium proximi subvertita est, falsamur mulieris de qua in

152.

Pro feria 5. ta  
tertia habetur  
in sua  
Traystina.  
Item pro Dom.  
18. post Pentec.

Itam pro far. 4<sup>a</sup>  
4<sup>a</sup> hab. d. in Qua-  
dragas. et pro  
Dom. Quinquagesima.

nostro Evangelio fit sermo, gratitudinem fuisse. Inan-  
tum caelestis Medicus sollicitudinis habuit ad sanandam  
agrotam suam, tantum impatientia ad illi exhi-  
benda justa gratitudinis sua signa. haec agrotam testi-  
ficata fuit.

Jesus Christus Synagogam egreditur, intrat in do-  
mum Petri, reperit Socrum ipsius magna febre con-  
victam: stat ante ipsam, imperat febre ut eam des-  
erat, et eodem momento febris haec eam dimittit.

Adoro, omni Deus, gratuitam bonitatem tuam, et  
infinitam potentiam tuam, cui bonum et malum,  
sanitas et mors obediunt. Vox tua quae quod non est  
quasi esset vocat, quae praecipit ei quod est, quasi au-  
ras haberet ad te audiendum, servare sine mora facit  
mandata quae ei impenetrabilis sapientia tua in-  
jungit.

Quid haec occasione facere potest haec mulier tam  
prompte et efficaciter sanata, nisi ut Homini Deo  
isti humillimas gratiarum actiones rependat, ali-  
quot obsequiis testificetur quantum ei devota sit?  
Hinc vires suas sentiens surgit à lectulo suo; nec conten-  
ta ipsi apud semet ipsam laudes et grates referre,  
sibi honori et muneri ducit ei in mensa ministrare,

Paralyticus tollat grabatum suum, et ambulat,  
ut palam faciat se sanatum esse. Hemorrhisa à tergo  
eum sequatur, nec non reverenti et viva fide vestimen-  
ti ejus fimbriam tangat: Samaritanus lepra sua mun-  
datus laudibus celebrat Dominum: Coeus natus dicit:  
Sicis quia prius non videbam, et modo video: Socrus  
Patri eodem gratitudinis sensu est affecta ac hi agri  
sanati; et realibus obsequiis quae Medico suo praestat  
cui in mensa servit, reverentia gratitudinis sua signa  
ipsi vult exhibere.

Divisio  
153.

Deum suum honorat, et ei servit; suo magna gra-  
titudinis sua argumenta, et gravissima nostra mu-  
nera. Deum honorare nec ipsi servire, esset sterile  
servitudo; Deo servire nec ipsum honorare, esset  
gratitudo pharisaica. Sed ipsum honorare simulque  
ei servire, ipsi os, cor, manus suas dare, prout loqui-  
tur S. Thomas, in hoc consistit gratitudo Christiana.

Pars 1<sup>ma</sup>  
154.

Quamquam Deus extra se nihil amare potest,  
quia nihil in vano potest, quod infinita

magnitudini suae par sit, vel ad excellentiam et conser-  
 vationem sui esse conferat, neque etiam ullam cre-  
 are potest creaturam nisi propter se; et quantum  
 impossibile est hominibus impune propriam suam  
 gloriam in suis actionibus quaerere, tantum necesse  
 est, ut nihil nisi pro sua gloria faciat. Creatura quae-  
 cumque, animata vel inanimata, rationales vel  
 irrationales, ipsum pro vestro modo laudatis. Cum  
 etiam homini minus inutiles videmini, huic abro-  
 luto Domino nunquam inutiles estis, ad quam lau-  
 dandum frigus aquae ac calor, tonitrua et fulgura  
 aquae ac nubes pluviae, foecunda, tenebrae aquae ac  
 lumen invitantur.

In hoc mystico benedictionum ac laudum con-  
 centu quem omnes creaturae efformant, certum est,  
 quod quo perfectiores sunt, Deus ab eis eo majorem  
 expectet gloriam, sive quia hos perfectionis gradus  
 non attingunt nisi habita proportione donorum  
 quae ab ipso accipiunt; sive quia cum hac dona in ali-  
 quibus copiosiora sint quam in aliis, quae plus recepe-  
 runt, plus ipsi debent, et quo magis ipsi debent, eo mayo-  
 ri gratitudinis et gratiarum actionibus obstricti  
 sunt.

155.

Ex proclaro hoc principio quod apud S. Augustinum  
 reperitur, oportet cum ipso concludere, quod propria ho-  
 mini, et inter homines propria Christiano urgens mu-  
 nus istud sit impositum; homini qui ad imaginem et  
 similitudinem Dei factus est; Christiano qui infini-  
 tis Dei meritis, redemptus est et iustificatus; homini  
 qui inferioribus creaturis praelatus in se suscipit gra-  
 titudinem, quam communi suo Authori debent, nec  
 ipsi exhibere valent modo tam condigno ac illa  
 quae rationis et libertatis suae usum ~~non~~ habent. Chris-  
 tiano qui praeter generale creationis suae benefi-  
 cium multa alia possidet quantum ad salutem et suam  
 et felicitatem aeternam.

Hinc etiam notat hic S. Doctor quod anima Chris-  
 tiana cultu Dei onerata praecipue hoc munere erga

divinam fuisse  
 habuit ad hunc  
 entia ad hunc  
 a hac agere  
 ditur, intrinse  
 magna felicitate  
 febricitante  
 eam dimittit  
 utatem tuam  
 i bonum et  
 a qua quod  
 i quod est, quae  
 rare sine morbo  
 sapientia tua  
 et hac muliere  
 ut ut hominibus  
 res respiciat  
 tum ei servat  
 etulo suo; nec  
 et gratas referre  
 mensa munita  
 suum, et ambrosio  
 memorosissima  
 viva fide vestra  
 tanis legatione  
 n: Bonus naturalis  
 do videtur: Sicut  
 et affecta ac  
 Medico sapientia  
 titudinis sua  
 rit; Sicut magis  
 ipfima notata  
 are, effectus  
 honorare, effectus  
 honorare  
 s dare, prout  
 titudo Christi  
 nihil amare  
 eod infirmitate

illam defungatur, cum ita bene agit et vivit, ut ipsi non sit ingrata, cum omnia quae ab ipsa pendent, omnia quae pro ipso dicere et facere potest, aequa et humilis gratitudinis signa gerunt: Cultus Dei in hoc maxime constitutus est, ut anima ei non sit ingrata.

196.

Quanam ergo debet esse haec gratitudo et quanam illius signa sunt quaeritis? En ea: Debet esse unica, universalis, continua. Unica: Solus Deus laudandus est ipsique soli grates rependi debent. Universalis: oportet ut ipsum laudemus sique gratias agamus de iis omnibus, quae ab ipso recipimus. Continua: Oportet ut ipsum laudemus sique gratias agamus à primo rationis usu usque ad ultimum vitae suspirium. Oportet ut ipsum laudemus sique gratias agamus sine partitione, sine limite, sine interruptione: sine partitione, est beneficium annuus; sine limite, est beneficium magnificum; sine interruptione, est beneficium immensum et aeternum.

\* Tob. 12.

Angelus qui junioram Tobiam in suo itinere duxit, et qui post mille officia filio exhibita patrem ipsius à sua coecitate sanavit, nobis eximiam huius, quam unicam voco, gratitudinis ideam reliquit. Hic pater et hic filius communi beneficio suo gratitudinis huius signa dare impatientes, statim illum intuiti sunt vultu cui specialiter obstricti erant, ipsumque rogarunt hoc intuitu, ut signa daretur mediam quam ipsi offerbant bonorum suorum partem habere acceptam. \* Non mihi, respondit ipsis Angelus, has gratiarum actiones rependite, sed Deo caeli qui fecit vobis misericordiam suam, ipsumque benedicite. Manifesto ego vobis veritatem, et non abscondam à vobis occultum sermonem. Credebatis quod ego tam grata obsequia vobis exhiberem, sed Deus ministerio meo duntaxat utebatur, atque ad vos me miserat. Ego quidem ei orationes tuas et bona opera tua offerrebam, quando derelinquebas prandium tuum ut sepelires mortuos, et coram ipso effundebas lacrymas tuas. Sed ne servum cum Domino confundatis, nec instrumentum pro manu qua ipsum agere facit, sumatis. Cum essem vobisum, atque sicuti vos manducare et bibere viderer, non nisi per voluntatem et mandatum Dei ad-

ram. Ipse est quem benedicere debetis, ipsius laudes can-  
tare debetis, ipsius solius mirabilia divulgare debetis. Cum  
esset vobiscum, per voluntatem Dei eram; ip-  
sium benedicite, cantate illi, et narrate omnia mira-  
bilia eius.

Cum sic a loquor, Fratres mei, neputatis, me illa  
gratitudinis signa vituperare, qua us à quibus benefi-  
cium quoddam accepistis, exhibere tenemini. Liberi  
honorate parentes vestros qui vos genuerunt: Discipuli  
gratias rapendite Magistris qui vos docuerunt et erudi-  
verunt. Subiite profunda veneratione prosequamini  
Reges et Principes, qui vos regunt: nunquam ingrati sit-  
tis erga Principes qui vos protegent, nec erga personas  
officiosas, qua auctoritate vel pecunia sua vos juvant.  
Procul ut haec gratitudinis vestrae signa Deo displice-  
ant, ad ea vos hortatur, ea vobis imperat, et haec vita  
civilis munera optimè cum religionis, quam profiteami-  
ni, muneribus stare possunt.

Verum id duntaxat dico, idque vos sine vestra inter-  
est, quòd scilicet oporteat ut ad ipsum omnium bonorum  
qua accipitis fontem ascendatis, nec canalibus, per quos  
transeunt, inhareatis, quòd causas secundas velut à pri-  
ma motas et applicatas respicere debetis, minusque  
motum machina qua vos erexit attendere, quam oc-  
cultis organa providentia, et omnipotentia divina qua  
ipsis motum tribuit.

Cui, exempli gratia, coeum natus sanationem suam  
adnipsit? utique nec sollicitudini quam habuit obediendi  
mandatis viri qui ad fontem Siloè ipsum miserat, nec  
luto quod cum saliva sua diluorat, nec miraculosa  
aquarum suarum virtuti; sed unice bonitati et omni-  
potentiae hominis illius qui vocatur Jesus qui ipsius  
oculos aperuit. Excellens gratitudinis sua testimonium  
non obstantibus minis et imprecationibus Pharisaeorum,  
non obstante crudeli ipsorum obstinatione qua volabant  
ut non solummodo beneficium suum honore et laudibus non  
prosequeretur, sed potius ipsum contemneret atque in-  
sultaret.

Excellens gratitudinis testimonium cuius non modo  
apud saeculi homines, sed etiamnum apud illos qui exactam  
sacrarum legum observantiam et devotionem praesa fa-  
runt, ut frequentior et melior unus esset, quam re ipsa

lit, vehementer cuperem. Emimvero nonne verum est quod magis Dei consolationes diligamus quam Deum consolationum, quod magis ei adhaereamus à quo praesidium aliquod et beneficium accipimus, quam illi à quo primitivè praesidium istud et beneficium provenit? Nonne verum est quod nobis brachium carnerum conficiamus ad tuenda molimina nostra, quod in bona voluntate et potestate hominum fiduciam nostram collocemus, quod eis gratias rependamus, vel saltam praecipuam partem habeant in gratitudine, qua nos ipsis devinctos esse arbitramur? O mi Deus! te nimis à nobis remotum contemimus quam ut fortuna quam meritamur, implicaris. In gravissimis negotiis nostris ultimus es quem consulimus, et cum ad vota succedunt, ultimus cui gratias agimus.

Non in arcu meo  
sperabo, et gladius  
meus non  
salvabit me.  
Psal. 43.

Aegrotavit Asa  
dolora pedum  
vehementissimi-  
mo, et nec in  
infirmitate  
sua quassavit  
Dominum, sed  
magis in Medi-  
corum arte  
confisus est  
2. Paral. 1. 36.

159.

Dicere Deberemus cum Regio Propheta, nec in arcu, nec in sagittis meis speram meam colloco, nec gladius meus, nec brachium salvabit me, ipse Dominus brachium istud confortabit, ipse gladium hunc vibrabit, ipse domit manus meas ad proelium, et digitos meos ad bellum; ipsi soli omnem gloriam tribuere et humiles gratiarum actiones reddere Debes. Quam Sapiens fuisset unus ex illius nepotibus, si ita locutus fuisset, sed coecus et ingratus hic Princeps, in sua aegritudine Deum agnoscere noluit, sicut in sanitate illum oblitus fuerat; sed majorem fiduciam in incerta Medicorum arte quam in omnipotentia Domini collocans, meruit ab ipso derelinqui.

Ex auxiliis, quae in variis nostris necessitatibus accipimus, eandem ideam nobis affirmare Deberemus, ac ille Tobias Angelus, de quo primum locutus sum. Nobis ipsis dicere Deberemus, si ab illa Spirituali coecitate quae obstabat, quominus veritates salutis meae essentiales cognoscerem, sanatus fui, si ab invisibilibus Daemoniis illis, quae tot aliis hominibus na-

com intulerunt, liberatus fui; si matrimonium, vel magno momenti negotium prospere et ex sententia successit; si periculum in quo probabiliter perissem, sanus et incolumis evasi, Deo coeli, qui mihi fecit misericordiam, Deo vinculis sum; tuum est o anima mea ipsum laudare et benedicere. Ipse me misit ad hunc Ananiam, Confessarium, et Moderatorem, à quo tam excellentia Spirituales vitæ officia accipi, ipse mihi suggestit ut Concionatorem illum audirem, cujus Documenta mentem meam illustrarunt, et cor moverunt. Ipse mihi misit bonum amicum illum et protectorem beneficium, cujus consiliis et auctoritate incepta mea felicem exitum consecuta sunt: unde ipsum benedicere, ipsius laudes decantare, omniaque mirabilia ipsius divulgare me oportet: Ipsum benedicite, cantate illi, et narrate omnia mirabilia ejus.

Ita omnia mirabilia ejus, cum secundus Christianus ana gratitudinis caracter in eo consistat, ut illi universalis. Id ita intelligebat Regius Propheta quando in memoriam reducens omnia bona quæ à Deo acceperat, pericula quæ evaserat, victorias quæ reportaverat, hostes quos devicerat, felices successus quæ incepta sua comitati fuerant; animam suam invitabat ad benedicendum Dominum, atque hortabatur ne ullum beneficiorum quæ ab ipso acceperat, unquam oblivisceretur; Benedix anima mea Domino, et noli oblivisci omnes retributiones ejus. 160.

Id ita intelligebat S. Paulus, quando iater proclara Documenta illa quibus Christianos Thesalonicenses imbuabat, monebat ipsos, ut Deo gratias agerent non propter particulare beneficium quoddam, sed generatim propter omnia ab eo accepta bona: In omnibus gratias agite. Eminentè cum gra. i. ad Thesal. 5.

titudo habeat quantum possibile est, respondere beneficiis, nec in nobis unum bonum sive corporis sive anime inveniatur, quod à Deo non proveniat, nullum proinde est, inquit S. Bernardus, quod specialiter omnino gratitudinem non mereatur; et si unicum excipiamus quod voluntarie occultamus, aut cuius gloriam ad alios præter Deum referamus, tum peccatum committimus blasphemiam et idololatriam reidolens.

161.

\* S. Bern. in coena  
Dom. Leon. 2.

\* *Visite ergo, quiunq[ue] sitis, ad vestram imaginationem revocare omnia bona que accepistis, magna, parva, spectabilia, mediocra, communia, extraordinaria, nullum eorum vos fugiat; et quemadmodum Deus Christus postquam quinque millia hominum panibus, et piscibus à se multiplicatis satiaverat, iussit fragmenta et reliquias colligi, ne quidquam periret; sic ea omnia que à Deo accepistis in unum in vestra mente colligite, ne ullum donorum suorum pereat, et ipse gloria que ipsi debita est, frustretur.*

*Si pauperem vidatis, quid feci, dicere debetis, quid Deo feci, qui mihi quod mihi necessarium est dedit, dum innumeris alii egent? Si vobis deformis homo occurrat, cur non eadem vultus et statura vitia habeo, qua in multis aliis video? Si de incendio quodam vel insigni furto narrari auditis, eadem calamitas mihi accidere potuisset, Deus eam à me avertit. Si vobis dicitur quod quidam apoplexia tactus vel ab alio occisus fuerit; Deus mihi adhuc vitam conservat, tempusque tribuit ad agendam poenitentiam. Animo igitur intuemini omnia beneficia que ab ipso accepistis, nec ullum eorum vobis ipsis occultate; nunquam patiamini, ut vel minimum horum fragmentorum turpi oblivione separet, et ubi omnia collegeritis, invitate, quemadmodum David, animam vestram et quod quid intra vos est, ad illum benedicendum. Benedicite animam meam Domino, et omnia que intra me sunt, nomini Sancto eius.*

162.

In Psal. 102.

*Videtur, ajunt SS. Augustinus et Bernardus, quasi*

David hoc loco de duobus diversis motibus loquatur, nempe de motu dilatationis, et compressionis. Quando respiramus, aërem attrahimus et emittimus; duo motus, qui nobis vitam conservant, suntque satis naturalia signa gratiarum, quas à Deo recipimus, et simul gratitudinis quam ei retribuere tenamur. Ipsi Spiritum attrahimus, per ipsum vivimus, operamur, et sumus, idemque Spiritus per nostram gratitudinem ad locum unde venit, redire debet.

Os meum aperui  
et attraxi Spiritum.

Quomodo hoc? Deum rogando ut impotentia in qua sumus ei bonum pro bono reddendi permotus, per semetipsum nostram miseriam suppleat; suppliciter ab ipso petendo, ut bonam voluntatem nostram, quæ ab ipso veniens ad ipsum rediret, acceptam habere velit, et exclamando cum S. Bernardo: Nihil habeo, o Domine, quod tibi retribuam in gratiarum actionem tot beneficiorum quibus me cumulasti et adhuc quotidia me cumulas. Indigentia mea confusus non audeo lavare oculos meos ad te: Sed cum considero, quod cum ex te ipso infinita bonus et dives sis, magis cor meum quam cætera omnia diligas, illud ipsum cor tibi offero, et cupio, ut quicquid in me est, Sanctum nomen tuum benedicat.

Cum mente revolvos quod pauper vidua que duo duntaxat minuta in gazophilacium mittit, magis estimatur quam superbi Pharisæi illi, qui magnas pecuniarum summas in illud mittunt, incipio sperare neque ipsum imitare ad tenendam gratitudinem. Non habeo o me Deus! nisi duo minuta, cor et corpus meum, jam unius Dominus es, sed alterum posside, illud tibi do; et quia quicquid in me est à te provenit, fac ut illud totum te benedicat: Benedic anima mea Domino, et omnia, quæ intra me sunt nomini Sancto ejus. Sed quamdiu his animi sensibus affici debes, atque Deo hanc oblationem facere? per totam vitam meam: Tertius et ultimus gratitudinis christiana character.

Si inter tot annos quibus sumus super terram aliqui menses essent, si inter hos menses aliqua essent septimana, si inter has septimanas essent aliqui dies, inter hos dies aliqua hora, inter has horas aliqua momenta

quibus ex nobis ipsis subscisteremus, credere nos posse pro lubitu vitam ducere his saltem rapidis, quae ad arbitrium nostrum essent momentis. Sed nihil eorum quae intra et extra nos sunt, à nobis pendet; et si malo rationis et libertatis nostrae usu illud à fine suo qui est Deus, avertimus, id nunquam impune facere possumus. Omnia ab ipso proveniunt, omnia ipsius sunt, adeoque omnia ad ipsum referri debent. Omnia, prout ait S. Augustinus ~~in libro de civitate Dei~~ *in libro de civitate Dei*, vobis ~~hanc~~ *hanc* ~~rem~~ *rem* ~~revocatis~~ *revocatis* nus, ipsius typum fidei reditu et continua gratitudine referre debent.

Sanctus vir Tobias hanc animo revolvens se subito prosum sentiebat, quod quamvis cum omni possibili fidelitate dissolvere studuerit, tamen tanquam debitum omnino dissolutum nunquam reputavit. Totus occupatus totus Dei beneficiis perfusus nunquam nisi occasiones occupatus est ipsi gratitudinem suam testificandi, et Sanctus Spiritus paucis verbis elogium suum nobis exarat quando ait, quod quidquid ipsi audivit, omnibus vita sua diebus perseveraverit Deo humiles gratiarum agens actiones: Permansit agens gratias Deo omnibus diebus vitae suae.

Vobis comperta sunt ea omnia quae David de se ipso ait, modo quod in memoriam revocaverit omnes gratias quas à Domino accepit; modo quod à mane coram ipso staturus sit; modo quod ipsi oblatus sit holocausta medullata; modo quod ubique annunciatus sit mirabilia ipsius; modo quod ossa et caro sua quaeritura sint num quis ipsi sit similis; modo quod ipsi gratias egerit, necnon laudes ipsius quolibet die septies decantaverit.

164.

Ad quid haec exempla vobis adduo, Fratres mei, nisi ut intelligatis quod in tota vita vestra, nullum, si possibile esset, momentum praeferre deberet in quo Dominum non laudaretis et benediceretis, quod hoc laudis tributum in omni loco et tempore huius immenso beneficio debeatur, quod quae illud ipsi recusando enormis injustitia committatur? Nisi ut cum S. Bernardo\* vobis dicam, quod continua et perseverans haec gratitudo mira sit apud Deum efficacia,

\* In Cant.

qui semper paratus nobis bene facere, hunc ad eum redi-  
tum velut novum inamentum ad nos nos afficien-  
dum gratis intratur. Sunt fontes et fluvii, qui ma-  
re egrediuntur, ab ipso omnes virtutes proveniunt,  
continentia carnis, pii motus cordis, voluntatis aequi-  
tas: Ergo ad eum haec omnia redire debent; et nonni-  
si per reciprocum hunc gratiarum maris aestum Do-  
na caelestia nos sanctificent. Honoramus igitur Do-  
minum, hic primus est gratitudinis nostra character;  
sed ipsi servire satagamus, an secundus, quem paucis vo-  
cabo.

In hunc effectum repeto Evangelium meum, ubi  
expressè notatur, quòd quamprimum ex mandato Jesu  
Christi febris S. Petri Socrum dereliquit, ipsa continuo è  
lecto suo surrexit atque ad mensam ministraverit,  
continuo surgens ministrabat illis. Nullum fere in-  
tervallum inter sanitatem quam recepit, et ministræ-  
rium quod ei exhibuit. Longè diversa à delirata illa  
Canticorum amatrice, quæ satis inurbana fuit, ut  
tranquilla maneret, quando castus Sponsus ostium  
ipsius pulsavit, et quietem suam interrompere, aut  
pedes suos inquinare verita è lecto egredi haesitavit.  
Grata hæc mulier à suo præcipitante surrexit, conti-  
nuo surgens; et ipsamet manus suas, quas febris vaha-  
rentia inutiles reddiderat, divini sui et incompara-  
bilis Medici ministerio consecravit.

Si ad omnes has circumstantias attentionem ali-  
quam fecistis, tunc simul utique animadvertistis,  
quòd ut gratitudinis vestra erga Deum Specimen ali-  
quod edatis, oporteat ipsi servire cum ardore, resigna-  
tione, ac perseverantia: tria graviora munera in qui-  
bus hæc gratitudo consistit. Ardor et zelus ipsius meri-  
tum constituunt, resignatio ipsius sinceritatem probat  
et manifestat, perseverantia ipsius felicitatem et glo-  
riam certam facit.

Ulterò agnoscimus obligationem Deo servienti;  
sed plerumque quam tardissime possumus eidem satisfac-  
imus. Deus in omnibus suis beneficiis creaturam præ-  
venit; et hæc ingrata creatura non nisi lentè ad eum  
pergit. Ipsam prosequitur, et ipsa recedit; ipsam

Part 2. da  
168.

166.

vosat, et ipsa illum fugit; festinat dare ipsi quod ei est necessarium, et ipsa ultimum ministerium eidem consecrat.

An Deus ipsius ministerio et obsequiis indiget?

\* Hom. 26. in  
Matth.

Non, respondet S. Chrysostomus\*. At ternum fuit antequam essamus, et nostra in tempore formatio ipsius felicitati nihil addidit. Facile nobis carabit postquam nos creavit; et quidquid faciamus semper instrumenta criminis vel misericordiae vel justitiae ipsius; misericordiae ipsius per nostras bonas voluntates ad ei servandum comparatas; justitiae ipsius per malas voluntates nostras, quas quando ipsi placabit, ad ordinem, à quo per suam ingratitude inem resurrant poenis reducere sicut.

167.

\* Hom. i. in Ep.  
ad Coloss.

At tamen haec ministeria et obsequia exigit, et si in tempore ei illa exhibeatis, tria magna commoda habebunt, inquit hic S. Doctor\*: Deus inde majorem gloriam et gaudium; Damon majorem pudorem; et vos ipsi inde majores fructus colligatis. Gloria et gaudium Dei est videre creaturas ad ipsi servandum sollicitas: Sunt ferventissimas homines illi, qui ex bono corde se illi donant, quos ipsa diligit, hunc fervorem et vehementem impatientiam sibi in suis libris dicit honor.

Damon majorem pudorem habet, et insolens hic usurpator velit tot ignominias quibus afficitur, respicit obsequia et ministeria quae anima vera gratitudine impulsae legitimo Supremo Domino suo praestare festinant.

Hilarem datorem diligit Deus

Sed quanta vobis ipsis inde non obveniunt commoda? Haec agendi ratione infidelitates et negligentias vestras praeteritas expiatis, necnon sollicitudo quam testificamini munaribus vestris erga hunc amulum beneficium satisfaciendi ipsius misericordiam vobis conciliat. Sic novum meriti characterem bonis operibus vestris tribuitis; et cum Deus pati non possit servos illos claudos, qui non nisi gressu gravi et inaequali ambulant,

tenerè diligit illos, qui pedibus cervorum, quos ipsis  
dedit, et corde, quod ipse dilatavit, currunt viam  
mandatorum ipsius.

Quam pulchrum et amoenum praebeat spectaculum  
homo, qui sicut David, de rapante in se ipsum rariens,  
ad fideles cultus sui socios ait: Venite fratres mei,  
benedicamus omnes Dominum, exultemus, et jubi-  
lemus ei, praecipemus faciem ejus in humili con-  
fessione: Venite, et prostrati coram magno Rege isto  
qui est super omnes Deos, cultum quem ipsi debemus  
ei exhibeamus.

Opium et religionum spectaculum videre patrem  
et matrem, harum et heram impellentes liberos et  
domesticos ad exhibendum Deo cultum, iuxta condi-  
tionem et aetatem suam! Ibi uxor sicut vitis foecun-  
da in domo sua omnia rei familiaris munera obser-  
uando studet honorare et venerari eum, à quo ipsi sua  
foecunditas obvenit. Ibi liberi sicut novellae olivarum  
in circuitu mensae patris familias sollicitè ipsum be-  
nedicunt, studentque suo cultu digni esse, ut fran-  
tur benedictionibus Sion, et bonis Jerusalem.

Id aequidem iis bonum est, dicitis, qui suavi fru-  
untur prosperitate: nam quanta isti erga Deum  
gratitudinis tunc obstricti sunt? Et ego vobis respon-  
deo, quod nunquam magis pura, magis Deo digna, ma-  
gis apta ad accipiendas ipsius benedictiones et gratias  
sit, quam in afflictione et adversitate. Si vera-  
ritas sit, inquit S. Chrysostomus\*, quamnam sit propria  
virtus Christianorum? An Deum benedicere, quan-  
do ipsis favet? ipsi gratias agere quando quadam pro-  
tectionis suae signa eis praebuit, consiliis ipsorum  
favere visus est? Si vera gratitudo impia et sacri-  
lega esse posset, vos Ethnicos superaretis, vos qui  
vestris praetensis tutelariis et beneficiis Divinita-  
tibus tot sacrificia obtulistis, tot victimas immo-  
lastis, tot altaria et Statuas existitis.

Virtus propria Christianorum est Deo quem ado-  
rant, gratias referre non solum pro bonis quae ab ipso re-

Perficit pedes  
meos tanquam  
cervorum. Ps. 117.  
Viam mandato-  
rum curavi, cum  
dilatasti cor  
meum. Ps. 11.

Ps. 94.

\* Rom. 10. inc. 5.  
i ad Thesol.

cipiunt, sed pro calamitatibus quae ipsis obveniunt, illius paternam manum oculari, sive ipsis blandiatur, sive ipsos percutiat, se cum integra et coeca submissione voluntati illius committere, qui bonum et malum immittit, sanitatem et aegritudinem, paupertatem et abundantiam, quando ipsi placet.

\* S. August. in  
6fl. 54.

\* Si laeti et contenti estis, gratias agite ei qui vobis blanditur. Si tristes et afflicti, gratias agite ei qui vos corripit. Virtus vestra nunquam erit prior, nunquam Deo et vobis dignior, quam cum inter maximas afflictiones vestras ei humiles et sinceræ gratiarum actiones referatis.

169.

An nimum à vobis exigo, cum vos ad hoc resignationis et gratitudinis signum adstringo? Quicquid vobis eveniat, nunquam id præstabitis, quod tot Sancti præstitimus, qui varia supplicia quibus expositi fuerunt, tanquam singulare beneficium, et novam gratiarum actione dignum respexerunt. Nunquam id agitis quod egit magnanimus ille Martyr Bonifacius, qui undique circumsum sub sicaria flagrorum grandina defluere cernens, oculos in caelum levabat et clamabat: Sis benedictus Domine, qui me censuisti dignum propter<sup>te</sup> patientia quae patior. \* Nunquam id facietis quod egit egregius et imitatus ille Thelica, qui dum latera ipsius ferreis pectinibus dilaniabantur, Deo sine gratias, inquit, Deo sine gratias, qui mihi tam magnum bonum conciliat. Nunquam tantum facietis, quantum fecit Sanctus vir Tobias, qui in barbara terra captivus, et de repente cocuitate percussus, procul ut vel minimum murmurationis et querimoniae contra Deum, qui hac plaga illum perculerat, sensum haberat, semper in ipsius timore permansit, et ipsius cultui immotè adhaesit. Non est contristatus contra Deum, quod plaga cocuitatis evenit ei; sed immobilis in Dei timore permansit.

\* Baronius in an.  
205.

170.

Ex hoc ultimo exemplo iudicate de affectione animae verè grata. Non est illa quae Deo non nisi ex levitate servit, quae modo ardens, modo tepida aut frigida, modo fidelis, modo infidelis, eadem vias deserit et repetit. Non est illa, <sup>quae</sup> in societate Moysis Deum verum adorat,

et in monte manentem exspectare. Iffra postulat ab Aarone ut ipsi nova divinitates fabricentur. Non est illa, qua sicut inconstans et perjurus Judaeus Deo invidatum cultum promittit, et post aliquot dies obligationi sua renunciat. Non est illa, qua quemadmodum impatiens Bethulia populus, cum Deo parisi videretur hac conditione, quod sit perseverantia in sua fidelitate, si auxilium ab eo accipiat eo, quod ipsi profigit, tempore, sed quod cum hostibus suis sit tractatura, ubi sua spes frustratam se viderit.

Animam verè gratam voco eam, qua a dolo quem habet ei servandi, et qua resignationi cum qua ipsius mandata suscipit, jungit fidem perseverantiam: eam, qua immortalis huic omnium saeculorum Regi immortalem, quantum ab ipsa pendet, cultum exhibere studet.

Animam verè gratam voco eam, qua dolens quod nimis diu donis coelestibus abusa fuerit, firmum facit propositum iis nunquam abutendi; eam, qua combascens quod vilibus creaturis annos, quos ad agnoscendum Creatorem impendere debuerat, consecraverit, cum S. Bernardo dicit ei: A te, mi Deus, innumera bona accepi, scio, et propter ea humiles rependo grates. Infelix quod ab officio meo receperim, rogo te, ut modicum quod mihi superest, vita mea tempus acceptum habere velis. Utinam tantum quod amisi tempus revocare valerem, tu id consecrarem cultui. Servo admodum ad te venio, o Deus cordis mei; fortè aliquot duntaxat adhuc vivam dies: sed dignare hos reliquos vita mea dies acceptos habere. Volo tua adjuvante gratia te laudare, te benedicere, tibi gratias agere; tibi soli servire, te solum amare, et tibi soli in tempore et per totam aeternitatem adherere.

### Documenta Moralia

Sensa Patrum, et Theologorum circa ingratitude, et malum usum beneficiorum Dei, obligatio, et vera rationes ea agnoscendi.

#### I.

Dantur plures ingrati quam arbitramur, et in ingratitudine major malitia invenitur quam nobis

» imaginemur Dominus de caelo prospexit super fili-  
 » os hominum, ut viderat, si quis eorum sit, qui ipsum  
 » cognoscit et requirat: Sed invenit, inquit David, quod  
 » omnes delinaverint, et inutiles facti sint, nae sit usque  
 » ad unum, qui faciat bonum. Quam terribilis ingrato-  
 rum numerus! et quanti in ipsorum ingratitude  
 malitia gradus! A Deo averti, et peccato suo inuti-  
 lem fieri ad ei servandum, ipsa illius dona impende-  
 re ut ipsum ignominia afficiant; linguam, labia, os,  
 pedes, ut cum industria decipiant, vane<sup>ne</sup> aspidum aro-  
 mant, non nisi execrationum verba proferant, et  
 sanguinem fratrum suorum effundant: Haec omnia tot  
 sunt gradus, qui iuxta sanctum hunc prophetam pa-  
 lam nobis faciunt, quot sentur ingrati, et quanta  
 ta sit ipsorum malitia.

## II.

172.

Ingratitudo est religionis contemptorum et Atheo-  
 rum peccatum, qui dicunt in cordibus suis, non esse  
 Deum: Est peccatum pseudodavotorum, qui se ipsos  
 in suis bonis operibus quarentes nec ad Dominum glo-  
 riam quam ipsi debent, referentes, ipsi fiunt inutiles,  
 imò otiosi. Est peccatum Magnatorum, et eorum  
 qui in mundo quadam pollent auctoritate, qui cum  
 eam adhibere debent, ut Deus honoraretur et cole-  
 retur, potius omni sua potestate utuntur, quod ipsi  
 met ab aliis honorantur et colantur.

## III.

173.

Primus gratitudinis gradus est si quis animo in-  
 tueatur beneficium quod accepit; secundus si eum  
 à quo illud accepit laudet, ipsique gratias referat;  
 tertius ut constet quantum potest quodammodo per  
 pari ei referre. At verò innumeri Christiani his  
 tribus officiis desunt; et adversus hos ingratos idolo-  
 latra erga falsas divinitates suas gratiores insur-  
 gent in iudicio, inquit S. Augustinus.

## IV.

174.

Occurrant Christiani contra hoc officium, 1<sup>o</sup> quando  
 sibi persuadent quod ius aliquod habeant ad benefi-  
 cium illud quod acciperunt. Tales erant Iudaei qui  
 ineptâ superbiâ nihil ferre nisi querendo et mur-

murando à Deo postulabant, ac si manna, aqua, esca,  
 quas ipsis largiebatur eis debita fuissent. Estne Do-  
minus in nobis? quare dixissent: Si Deus nobiscum est,  
 cur omnia necessaria nobis non praebeat antequam  
 ab ipso postulemus? Tales erant novem leprosi illi,  
 qui quia Judaei erant ad Jesum reverti debuissent et Sa-  
 re gloriam Deo, id tamen neutiquam praestiterunt, so-  
 lusque alienigena huic officio satisfecit. Felix, excla-  
 mat hic S. Bernardus\*, Felix Samaritanus ille, qui agnos-  
 cit se nihil habere, nisi quod accepit, qui minima be-  
 neficia magnificat, vult homini alienigena et in-  
 cognita concessa.

\* Contra vitium  
ingratiitudinis.

Secundo contra hoc gratitudinis munus peccant  
 Christiani, quando aliis quam Deo effectus adscribunt,  
 qui quamvis naturales sint, tamen ab ipso proveniunt  
 non à naturâ. Non animum advertitis, inquit Sa-  
 piens quidam Ethnicus, quod dum tam iniquè sentitis,  
 Deo nomen mutetis. Quid est enim Deus, nisi prima  
 causa Supremis jure Dominans, et ratio divina toti mun-  
 do quem regit Superior? Non intelligis cum hoc dicis,  
ta mutare nomen Deo: Quid enim aliud est natura  
quam Deus, et divina ratio toti mundo inserta?

Peccant adhuc, quando postquam ex quodam peri-  
 culo, vel ingenti morbo evaserunt, libertatem suam  
 vel sanitatem superstitionibus et magicis artibus,  
 quibus usi sunt, adscribunt: Superstitiones, quae omni  
 tempore nimisquam communes fuere, et quae ma-  
 rentur, ait S. Clemens Alexandrinus\*, ut Deus sacrile-  
 gam hanc ingratiitudinem ulcisceretur, non modo  
 in altero mundo poenis adversus illos reservatis,  
 sed etiam jam in hoc mundo poenis visibilibus tot  
 sceleratos, <sup>quos</sup> phariolos et veneficos consulunt, Deo  
 linquendo.

\* Lib. recognit.

Si aegrotus peritii cujusdam Medici auxilium  
 imploraret et simul veneficorum; Medicus iste  
 nunquam pateretur, ut medicamina sua illorum  
 venenis miscerentur, ne vel ipsi hujus aegroti mors  
 adscriberetur, vel Sanitas ipsius ab his sceleratis pro-  
 venire crederetur. Hae eadem ratione, minus ad-  
 huc mirum est, si Deus sinit perire illos, qui ipso

relieto ad superstitiones et magica incantamenta  
confugiunt, et si velut enorme peccatum habet,  
quod tot homines suam sanationem non tam ipsi  
quam Magorum et Vensificorum abominationibus  
admirantur.

Tertio peccant adversus hoc officium, quando  
contemnunt, rejiciunt, et velut malum et inju-  
riam intuentur id quod ex se ipso magna est gratia.  
» Sic egerunt indurati Judaei ibi, qui videntes ma-  
» gnum populi concursum apud Paulum et Barna-  
» bam fieri, invidia repleti et irâ, contradicebant  
» his, quae Apostoli isti predicabant, blasphemantes:  
» unde Paulus et Barnabas haec ad ipsos elocuti  
» sunt: Vobis oportebat primum loqui verbum Dei:  
» Sed quoniam respellit illud, et vos indignos judicatis  
» aeterna vita, eua convertimur ad gentes.

Sic agunt illi, qui monita paululum arpera,  
salutaria consilia, afflictiones, et calamitates, poe-  
nitentias, et opera satisfactoria quae ipsis imponen-  
tur indignè ferunt. Deberant Deo pro suis gratiis  
referre grates, atque gratanter recipere illos,  
qui non nisi ad ipsos sanandos et salvandos  
impendunt operam; Sed adversus haec reme-  
dia insurgunt, et velut contumelias, quas fer-  
re non possunt id quod à gratuita Dei misericordia  
et à Sanctorum Ministrorum ipsius zelo provexit, in-  
tuentur. \* Propheta Michas Sedeciam fallaciam  
suam palam exprobravit, et monuit Achab ne bellum  
injustum suscipere, ad <sup>quod</sup> Pseudopropheta ille ipsum  
impellerebat. Princeps iste qui ex tam sapienti con-  
silio, quod ipsi Dei nomine datum erat, proficere de-  
» buisset, ait ad viros suos: Tollite Michas, et maneat  
» apud Ammon principem civitatis et apud Joas filium  
» Amalech, qui illum mittent in carcerem et sustenta-  
» bunt pane tribulationis, et aquâ angustiae, donec re-  
» vertar in pacem. Ingrate Princeps, siene Deo grates re-  
» feris? mox poenam peccati tui portabis.

\* Regum 3. 22.

V.

Peccant etiam contra hoc gratitudinis officium, cum Dei beneficia dissimulant, nec ei grates recipere cogitant. Si flumina, inquit S. Bernardus\*, Secretis Subterraneisque recessibus inasfrantur <sup>\* Serm. 13. in cant.</sup> et aquora repetunt, ut inde rursus ad visus unisque nostris jugi erumpant obsequio: cur non etiam spirituales rivi, ut arva mentium rigare non desinant, proprio fonti sine fraude et intermissione reddantur? Ad locum unde exeunt flumina revertuntur ut iterum fluant.

Equidem in S. Scriptura legimus Jonam latatum a Jonas 4. fuisse super hederam quam nasci fecerat Dominus, et quae ascendens super caput ejus foliis suis cum contra Solis ardores, qui ei magnam faciebant molestiam, tuebatur: sed non legimus, quod inde grates Deo retulerit. Quapropter ascensu diluuli in crastinum Deus paravit vermem: et percussit hederam, et exaruit. Et cum ortus fuisset Sol, praecipit Dominus vento calido et uventi: et percussit Sol super caput Jonae, et astuabat. Ingratitudo exsiccatur animam sicut vermis iste; et vento uventi periculosior, eam ardoribus exponit qui ei mortem inferant, nisi salutaria et prompta remedia adhibeat.

VI.

Quamvis creatura Deo mutuum referre non valeat, cum nulla sit proportio inter partem et totum, inter totum et nihilum: nihilominus ipsius Dei bonis uti debet ad ipsi gratias agendum: obligatio absolute necessaria, qua defungi antea ratione privata inanimata nos docent, inquit S. Ambrosius\*. Terra sponte sua nobis dat fructus, quos non seminavimus, et arborum quas plantavimus fructus multiplicat. Canes quibus panem damus, naturaliter nobis adblandiuntur, et continuo vigilant ad defendenda bona et vitas nostras: Erimusne magis duri et steriles quam terra ista? Et oportet ne ut canes vel alia animalia nos officium nostrum doceant? <sup>\* lib. 1. officior. c. 31.</sup>

## VII.

Flerique Christiani videntur igni esse similes. Rupertus Abbas notat, quod in prima Entium creatione nulla ignis fiat mentio; hancque satis ingeniosam offert rationem. Ex omnibus elementis solus ignis nihil reddit; omnia combustibilia et ad ipsum propius accidentia devorat, sed non nisi inutilem cinerum acervum relinquit. Quae in aërem jaectantur, statim in eum qui ea jaectavit, cadunt; quae aquis imponuntur, ab eo qui imposuit, recipiuntur, vel in alias cadunt manus. Quae in terra occultantur, ibi germinant ac multiplicantur, aut saltem conservantur, et intactae sunt; sed quae in ignem projiciuntur sunt perdita; nihil inde retrahitur: et haec est ingratorum imago. Cum voluptate beneficia Domini colligunt, cum insatiabili aviditate illa devorant, sed sunt beneficia perdita, vel si omnino perdita non sunt, quod ingrati hi reddunt adeo mediocre est, et tam inutile datum, ut idem sit ac si nihil darent.

Hiram Rex Tyri Salomonem multum juverat ad aedificationem Templi et palatiorum suorum praebendo ipsi prodigiosam quantitatem marmorum, lignorum cedrinorum et abjagnorum, dandoque ipsi centum viginti talenta auri, quae secundum nostrum computandi modum vix non octuagies centena millia librarum Turonicensium efficiunt.

Hujus Principis generositas Salomonem ad peculiarem gratitudinem movere debuisset, nihilominus viginti primum post annis non nisi viginti oppida, quibus frueretur, in terra Galilaea assignavit, quae cum vidisset Hiram, ei tam parum placuerunt, ut dixerit: Haec sunt civitates quas dedisti mihi frater. Et appellavit eas terram Chabul, id est, juxta quosdam interpretes, terram luteam, terram vilem, vel prout ait quidam Rabbini, terram aridam et sterilem.

## VIII.

Haec Salomonis erga Hiram agendi ratio ad Deo

circa nostram erga Deum serio perpendenda nobis ansam tribuit. Sunt qui Salomonem vituperant, quod ita regionem qua pars erat terra promissa, alienaverit, atque populum Israël idololatria exposuerit eum principi idololatria tradendo, ut immodicos sumtus, quos fecerat in edificando non solum Templo in Jerusalem sed etiam binis palatiis suis sarcinat. Verum ut ad ea qua nobis hac occasione sunt perpendenda veniamus.

Primo considerandum, quod omnia bona qua accipimus à Deo proveniant; Sanitas, Divitia, libertas, potentia, venustas; Sed Sapa hac varia dona ad usus convertimus quibus Deus ad usum affici potest; Sapa speciem idololatria committimus per nimium nostrum ipsorum amorem, per pericula quibus illi qui nos vident, et quorum interest patrocinium nostrum vel amicitiam sibi conciliare, exponuntur ad nos nostraque attendenda magis quam Deum ipsum, variaque bona illa que ab ipso proveniunt.

Secundo considerandum, quod et si in hoc rei non speremus, tamen in aliis insontes non simus, cum pro lignis cedrinis beata immortalitatis Symbolis, pro gratiis infinitis pretiosioribus quam aurum corruptibile, quo redempti non fuimus, Deo non nisi terram vilem et arenosam, non nisi Spiritum et cor bonis operibus sterile reddimus. Hæc sunt civitates quas dedisti mihi? Et appellavit eas terram Chabul.

## IX.

178.

Est in Deo magnitudo jure Supremo Dominans, et summe beneficia, et hæc sunt duo justa nostra gratitudinis incitamenta. Sumus sub ipso, ex suis beneficiis vivimus: agnoscamus nostram Submissionem, et timore hanc magnitudinem supremam dominantem; agnoscamus nostrum amorem et tenerrimis cordis nostri affectibus hanc magnitudinem summam beneficam.

## X.

179.

Omnia à Deo proveniunt, omnia ad Deum pertinent, omnia pro Deo sunt; omnia à Deo proveniunt tanquam Creatore, omnia ad Deum pertinent tanquam Conservatorem, omnia pro Deo sunt tanquam fine ulti-

mo, vel, ut melius dicatur, est omnia respectu nostri.

Datur primus, solus, et universalis Author rerum omnium; et hic est Deus. Primus, quia ante ipsum nihil est; solus, quia nullus cum ipso mundum creavit; universalis, quia ab ipso omnia creata fuerunt. Ipsse dixit et facta sunt: ipse mandavit, et sua Submissione supremum ipsius Dominium agnoscerunt.

Ad hanc primam creationem omnia quae postmodum facta sunt referenda debemus; corruptiones, generationes, mutationes, eventus extraordinarii infinitam Creatoris sui potentiam demonstrant. Fringat sibi manus humana quantumcumque sibi placuerit, infinitam creaturarum sibi invicem succedentiam circum; stabiliat ordinem Domini et subjectionis: necesse est ut ad primam aliquam causam redeat, ad quam omnia creata referantur.

Hae mens sibi generationes sine numero imaginentur, fateatur, oportet, quod omnes à primo quodam ente pendeant, cui tributum reddere debent. Sunt valde plures unius catena annuli qui invicem connexi sunt. Ipsorum connexio vim ipsorum efficit, sed ex se ipsis sustinere se non valent. Hae catena non est infinita, oportet ut ad primum quoddam ens referatur quod totum ipsius pondus portat, omnia portans verbo virtutis sua. Et hoc est, quod Deum appellamus, Creatorem omnium rerum, Dispensatorem mundi bonorum, honorum, dignitatum. Magistratus, Principes, Reges terra, nihil habetis quod non acceperitis, et si acceperitis, huic primo enti vestrae gratitudinis tributum debetis.

Quod nos in vita commercis erga homines afficit arrogantes, est quando dicere possumus: nihil ab ipso teneo, ab ipso non pendeo, ipso carere possum: sed respectu Dei, id dicere non possumus; sola ratio, inquit Tertullianus, nos cogit fateri, quod nihil nostrum habeamus, quia omnia ab hoc primo principio veniunt, nihil nostrum, quoniam Dei omnia.

Secundus continua conservationis titulus, scilicet, nos etiam ad hanc impellit gratitudinem. Si respectu Dei efframus id quod opera artis sunt respectu opificum, id est, si semel facti nos ipsos sustinere possemus, et impedire ne quis nos destrueret, nobis quodammodo adulari valeremus, quamvis non sine ingratitude possemus dicere, quod Deo <sup>non</sup> indigeremus, velut auræ, argenteæ, et aerea Statua idæ, quæ post mortem opificum suorum subsistunt.

Sed quantum ad nos non sic res se habet. Ille qui nos fecit ita nobis ad conservationem nostram est necessarius, ut sine ipsius actuali et continuo concursu nostra destructio certa esset. Unde S. Scriptura nos comparat modo vitro fragili quod exiguus ventus evertere potest et confringere, modo vapori qui ex se dissipatur, et flori qui arsit; at contra quando de Deo loquitur, ipsum intuetur, velut ens immutabile et æternum: Tu autem in æternum permanes, velut Ens semper nobis Superior per suam excellentiam et omni subjectione solutam rationem et libertatem, semper circum nos per suam immensitatem et presentiam, semper in nobis per suas operationes et concursum; cum ipso subsistimus, sine ipso perimus, cum ipso habemus nobilitatem, auctoritatem, et splendorem, sine ipso non sumus nisi cinis et pulvis.

Sive nos conservet, sive nos derelinquat, semper æqualiter est magnus. Si nos conservat, ostendit pulchritudinem operum suorum, quæ nihil illustre habent quàm quod ea sustentet; et si nos derelinquit, nostram miseriam manifestat, et omni subjectione solutam rationem suam, quæ nostri nullatenus eget. Nostra fragilitas denotat ipsius duritatem; nostra inconstantia ipsius stabilitatem; nostra destructio ipsius potentiam.

Elias cum Dei ignem descendere fecit super victimas quas immolavit, Prophetas Baal exterminat, Regem Achab ante pedes suos humiliatum cernit: Sed Elias sibi ipsi ad tempus valitus tramit, pallens, fugit,

Dies mei sicut umbra declinaverunt,  
et ego sicut foenum  
anni. Psal. 101.

et mortem vult gratiam postulat, inquit S. Chrysostomus. Ubi Deus cum homine est, tum hic homo omnia audet, omnia potest, omnia aggreditur; sed ubi Deus ab ipso recedit, tum in ipsius mente non est nisi caecitas, in ipsius corde corruptio, in ipsius appetitu debilitas; non nisi timor, torpor, ignavia, incostantia, miseria.

Antiochus victorias refert, Hierosolimam capit, terrore nominis sui totum universum replet: Quid est hoc? Deus cum ipso pugnat, atque brachio illius utitur ad domandas sine numero gentes. Antiochus clamat, se ipsum torquet, desperat, crudelis viscerum dolor illum discerpit: Quid est hoc? Deus ab homine recedit, illum sibi met ipsi relinquit, ipsique nihilum suum et miseriam sentire facit.

## XII.

187.

Hæc jam sunt magna fundamenta hominis erga Deum gratitudinis; sed unum ex præcipuis est, quod ipse solus sit omnium rerum finis ultimus acque ac primum principium. Non modo omnes creaturas fecit alias propter alias, inferiores propter superiores; sed sive inferiores sive superiores omnes propter se ipsum fecit: oportet ut ad eum referantur, omnes causa necessaria necessario, libera liberè, et sæpe etiam, prout ait S. Augustinus, contra suam voluntatem.

Enimvero notandum est cum hoc S. Patre, quod in homine dua reperiantur voluntates, bona una, mala altera. Bona voluntas à Deo provenit, et mala, quamvis ab ipso non sit, confert tamen ad ipsius consilia. Ipse est, inquit hic S. Doctor, qui bonas voluntates creat; ipse etiam est qui malas in eum ordinem redigit, in quo eas esse oportet creans bonas, ordinans malas: bonæ voluntates per suam libertatem gratiâ ipsius adjutam ad eum pergunt, malæ autem per impressionem justitiæ ipsius. Peccatores, qui Deum offendistis, malitiosè à fine vestro recessistis; sed quidquid feceritis,

tamen ad hunc finem revertimini. Ad ipsius gloriam destinati, ipsi eandem Submissionibus vestris dare renuistis; valitis nolitis ipsi eam reddetis vestris suppliciis. Tristis est voluntarii misericordia ipsius Servi, eritis coacta justitia ipsius mancipia.

Enimvero in quam locum vos recipietis, in quo ipse non sit? Si in coelum usque per vestram superbiam ascenderitis, ibi est; Si in infernum usque descendetis, ibi cum invanietis. Si in illum inferoxeritis, velut Jerozes viri illi, de quibus Propheta loquitur, à Summo coelo flagitiosa consilia vestra intuetur, vestras conspirationes intaligit, et insanam superbiam vestram ridet. Dixit: Dirumpamus vincula nostra, perfingamus catenas nostras, Dei jugum exutiamus; et Deus vobis dicit: ea non dirumpetis, volentes nolentes eritis mea mancipia.

Quàm melius est integrâ et libera Submissione. Supremum Domini imperium agnoscere, quàm coactâ Subjectione illius portare pondus! Quàm melius est dum vivimus misericordia sua consiliis respondere, quàm in morte invita ipsius potentia homagium prestare.

Mors respectu hominum mortalium est fatalis scopolus ad quem omnis illorum potestas allidit, sed respectu Dei hæc hominum mors ipsi homagia exhibet, quæ dum viverent, ipsorum ingratitude rei recusavit. Tum Suprema ipsius potestas apparet; tum justitia ipsius sentitur, postquam ipsius misericordia abusi fuere.

### XIII.

Anima indociles et rebelles, mormurate, quantum vobis placuerit contra Dei agendi rationem, quia propter unius Solius peccatum infortunatos ipsius posteros ad tam severas poenas condemnavit: conqueramini proborum afflictiones, et calamitates, terribilia supplicia quæ per totam aeternitatem tolera-

Qui habitat in  
caelis iridebit  
eos, et Dominus  
Substrannabit eos.

bunt reprobi, qui fortè unicum duntaxat mortale peccatum commiserint: Inde tamen rerum ordo non mutabitur. Solummodo in id incumbite, ut scilicet hac divina auctoritate bene utamini; et ut ad alteram gratitudinem impellamini, cogitate atque animo intueamini quòd iste Deus ~~est~~ adeò magnus, adeò potens, adeò ab nulla re pendens pro minimis rebus, quas pro nomine et gloria ipsius faciatis, vobis magnas in hoc mundo consolationes, et majores adhuc in altero remunerationes ultrò dare velit.

Quæ mulier inter applausus et pompas mundanas constantior quàm Esther et Judith sub cilicio? Quis homo lautitias et voluptati deditus magis contentus quàm Job et Tobias? Quis populorum Domitor victoriis suis magis contentus quàm S. Paulus catenis suis? Tu solus, omni Deus, potes evahere humiles, ditorcere pauperes, consolationibus et suavitatibus perfundere amara.

## XIV.

Ex omnibus his veritatibus anni debent. Bina consecutiones. Prima, quòd cum nullius rei Domini simus, nos evahendi nullam causam habeamus; è contrario omnia nos imitant ad nos Deo submittendum. Ut ut magni utut Divites simus, nihil habemus quòd non infinite ad Deum pertineat magis quàm ad nos; nihil habemus quòd non gestet caracterem servitutis et submissionis erga Deum. Ego, inquit ipsemet nobis, sum Dominus vester et nemo alius, Ego Dominus et non alius proter me.

De hac veritate convicti, quale est nostrum peccatum, quando nos ipsos et nostra in malos usus convertimus? Quando bonis nostris fruimur, illorum usum determinamus, atque sumus ordinamus, si Deus magnum hoc verbum Ego Dominus <sup>nobis</sup> faciat intelligendum, an ea adhibeamus ad satisfaciendum nostris passionibus? An ex sordida avaritia aurum et argentum corrumpamus, vel flagitiosis profusionibus dissipamus?

Secunda consecutio quæ ex his veritatibus anni debet, in eo consistit quòd in Dei Damnum nullius rei

Domini semus, adeoque de nulla re statuere debeamus  
contra ipsius voluntatem et mandata, à contra, quòd  
oporteat ut ex justitia et gratitudine omnia ad eum  
referamus: En quomodo. Dantur in nobis bina species  
Subjectionis; hominibus subjeimur et Deo: Hi sunt duo  
Domini, quibus servire possumus, quando rationes ip-  
sorum et voluntates non sunt opposita; sed quamprimum  
sunt contraria, tenemur unum relinquare et  
alteri adhaerere.

Datur, exempli gratia, submissio liberorum erga pa-  
rentes, servorum erga Dominos suos, subditorum erga Prin-  
cipes suos. Haec sunt subordinaciones et subjectiones quas  
natura, fortuna, lex, amor fiant: at verò si in hu-  
jusmodi subordinacionibus Dei rationes et gloria ca-  
derentur, si creaturarum gratia ipse offenderetur,  
atque in detrimentum et contra voluntatem Creatoris  
serviretur; tum oportet eas amplecti partes, quas S. Ber-  
nardus et Apostoli amplecti fuerunt, obedire oportet Deo  
magis quam hominibus. Vos prohibetis nobis loqui de  
Jesu, et docere in nomine ipsius: obedire oportet Deo  
magis quam hominibus.

## XV.

Christus Jesus alium titulum pro juribus Caesaris non  
petit, nisi nummo, qui ipsi ostenditur, impressam  
illius imaginem, cujus est imago haec et superscrip-  
tio? At verò si imago Principis eidem jus istud  
tribuit, quid dicendum erit de imagine Dei quam  
in nostra creatione gerimus? An non anima nostra  
libera, spiritualis, immortalis tenetur agnoscere  
beneficam manum quae ei tam gloriosum signacu-  
lum imprimere dignata est.

## XVI.

Tria inter alia plura nos Deo obstringunt sunt  
que velut tria gratitudinis nostrae fundamenta,  
ait quidam vetus Author\*, cujus scripta inter S. Ber-  
nardi opera habemus, natura nostra, fides nostra,  
et professio nostra. Natura nostra, quia sumus  
creati ad imaginem et similitudinem Dei; fides

184.

Math. 22.

185.

\* Lib. Sentent.

nostra, quia pretiosum talentum istud à Deo accepimus; profectio nostra, quia promissimus nos Deum honoraturos ipsique servituros.

## XVII.

185.

Verum an pro nihilo haberi debent donum fidei et vocatio ad Christianismum? An non mea Christiani conditio ad singularem gratitudinem me obligat? Quod Deus me elegerit, in sinu Ecclesiae <sup>"suae"</sup> educandum, non permittendo ut nascerer ex parentibus haereticis vel idololatriis, me vocando in partem Sanctorum et hereditatem coelestem, gressus meos dirigendo in viis justitiae, meque à tenera jam ~~etate~~ juventute meâ praeceptis imbuendo; haec fuit electio mea gratuita, ad quam nihil contuli. Dum integrae nationes sine Deo, sine religione, sine lege vivunt, dum infinitae regiones infidèles in umbra mortis sepulta jacent, dum innumerae provinciae verum Deum non adorant, vel saltem in spiritu et veritate illum non adorant: Quid feci Domino, ut mihi gratiam hanc concesserit? Quid ipsi feci, ut me in aquis Baptismi regeneraverit, mysteria Regni sui mihi patefecerit, me revocet quando à recta via deflexo, me demum erigat quando cado, me sanet quando aegroto? Quot gratias simul conjunctas! Quot beneficia multiplicata! Quot justa gratitudinis imitamenta!

## XVIII.

186.

lib. 3. De amore  
Dai c. 23. n. 79.  
inter opera S. Bernardi

Anima verò grata Deum respicit ac si non nisi ipsam solam occupatus esset, ut sic se ipsam excitet ad grates ei referendas ob beneficia et gratias quibus ipsam cumulat. Sicut equidem quod curam gerat omnium hominum, sed eum intrinsecus velut specialiter ad se ipsam intentum. Revocans omnia bona quae ab illo accepit, considerat quod variis suis necessitatibus provideat, ipsam praeveniat, et sequatur in suis verbis, consiliis, et bonis operibus, in prosperitate, in adversitate. Si aegrotat, ipsam sanat, si deviat, ipsam reducit; si officio suo desert, ipsam

corrigit; si est afflicta, ipsam consolatur; si cadit, ipsam erigit; si vacillat, ipsam sustinet: Sanat infirmam, radicit errorem, erigit delinquentem, consolatur afflictam, erigit lapsam, tristam latificat, nec diu vacillare sustinet deficientem.

## XIX.

Sot beneficiis respondere debent continua gratiarum actiones; id nunquam animo revolve, inquit S. Bernardus\*, quin cor meum summo dolore afficiatur, cum vides fideles imò Religiosos ita distractos, ita dissipatos, ita faciles ad proferenda et audienda inepta et puerilia statuta, quem amplexi sunt, Sanctitate indigna. Enimvero valde metuo, ne gratia immemores, nec illam eo qua par est, veneratione et gratitudine prosequentes, ab ipsa fortè deserantur.

Sed quid dicam, addit hic S. Batus, et quid mihi servitendum Deo, qui non nisi murmurando, conquerendo, atque, ut ita dicam, De ipsamet sua poenitentia poenitentiam agendo Deo servant. An cum Dei beneficiis tam flagitiosam gerant ingratitude, ipsis novas gratias tribuit? an non potius eas quas habent, ipsis auferat?

## XX.

Tria in S. Scriptura expressa nobis palam faciunt ingratorum peccati enormitatem, ipsorum oblivio, blasphemia, et poena. Ipsorum oblivio, quando beneficia Dei occultant et tacent; blasphemia, quando aliis quam Deo, qua ab ipso accipiunt bona adscribunt; poena, quando Deus hanc oblivionem et blasphemiam ulciscitur supplicis criminibus ipsorum torrapondantibus.

Si unquam homo debuit Deo suam gratitudinem testari, tunc vel maxime fuit Salomon. Notum tamen est quousque ingratitude<sup>suam</sup> protenderit, adorando uxorum suarum Deos, edificando templum idolo Moabitarum et filiorum Ammon. A Deo dilectus, gloria cumulatus, sapientia, quam nullus hominum in simili gradu unquam recipit, ornatus,

187.

\* De Septem misericordiis S. Bernardi.

2:

188.

adao sui ipsius, immemor fuit, ut concipi haud posset, nisi S. Scriptura in ipsius persona nobis ostenderet miraculosam magnitudinem, et monstruosam ingratitude, inauditam ex una parte sapientiam, et incomprehensibilem ex altera mentis aberrationem: mira excellentia, et mira subversio, inquit S. Augustinus\*.

\* Lib. 2. cont.  
Faust. c. 88.

Recordari debebat se esse viri filium, qui ex simplici pastore ad thronum erectus fuerat; viri, cuius praecipua cura fuerant Dei sui laudes cantare et misericordias ipsius divulgare; viri, qui moriendo tam praestantia praesumpta, et vivendo tam eximia grata et sincera pietatis exempla ipsi reliquerat. In memoriam revocare debebat, quod in fratris sui natu majoris detrimendum Dominus ipsum post David patrem suum regnare fecisset, et quod non nisi mediocri ingenio praeditus sapientiam infusione accepisset, nihilominus horum omnium immemor maximis flagitiis se dedit.

XXI.

Jeroboam filius Nabath Salomonis servus, et qui nihil minus quam Regiam dignitatem cogitabat, nobis in sua persona turpioris adhuc ingratitude exemplum suppeditat. A quodam propheta iudicarat voluntatem Dei esse ut super decem Tribus regnaret: propheta iste signum aliquod sensibile hu- jus quem annunciabat, futuri eventus ei daturus, novum quod gestabat pallium scindit in duodecim partes, et ait ad illum: tolle tibi decem suffragas: haec enim dicit Dominus Deus Israel: Ecce ego scindam Regnum de manu Salomonis, et dabo tibi decem Tribus, porro una Tribus remanebit filio ejus propter servum meum David.

Res evenit prout propheta praedixerat. Servus ad tantum honoris gradum erectus procul dubio propter insperatum hoc beneficium singulari gratitudine affici debebat: Sed statim ac has decem Tribus dominationi sua subjectas vidit, dixit in corde suo: brevi revertetur Regnum ad domum David, si por-

\* 3. Reg. c. xi.

misero, ut populus pergat in Jerusalem ad sacri-  
ficandum Domino, brevi convertetur ad Robo-  
am, à quo discessit; consultum ergo est ut fa-  
ciam duos vitulos aureos, sicamque populo: Nolite  
ultra ascendere in Jerusalem, ecce Dii vestri  
qui vos eduxerunt de terra Ægypti; confectis igi-  
tur, prout animo destinaverat, duobus vitulis au-  
reis, posuit unum in Bethel, alterum in Dan, quos  
populus adoraret.

Omnia quæ S. Scriptura de impio Principe isto  
commemoratur, enormem illius ingratitude[m] pa-  
lam faciunt. Enormis ingratitude[m] respectu condi-  
tionis à qua eductus fuerat: erat filius unius Servi  
Salomonis. Enormis respectu gratulæ electionis  
sue à Deo facta: ipsum in thronum exacerat, ad  
quem ex natura sua nullam habebat partem. Enor-  
mis respectu eorum, quæ ei Ahias Propheta nomine  
Dei dixerat, quod quia Salomon ipsum dereliquisset,  
filius partaturus esset partem pœnæ patri suo dabi-  
ta, ipse verò Jeroboam regnatorus esset in Israël  
loco Roboam, qui non possessorus esset nisi Tribum  
unam.

## XXII.

Magna erat Salomonis ingratitude, sed major  
adhuc Jeroboami. Salomon adoraverat  
Astartem Deam Sidoniorum, Chamos Deum Moab,  
et Moloch Deum filiorum Ammon: sed nunquam  
populum ad idololatriam induxerat, nunquam ei  
præcepit adorare falsos Deos. Sed ad hanc  
manam hanc impietatem pervenit Jeroboam, qui  
non contentus idolis suis sacrificia offerre, insu-  
per voluit, ut populus in sacrilego et abominabili  
cultu isto illum imitaretur.

Amor mulierum Salomonem excocavit, qui  
ea patravit quæ fieri non debere probè noverat,  
sed qui eis displicere noluit, ne mortiferas, quibus  
cum iis fruabatur, voluptates turbaret, inquit

\* De gen. ad S. Augustinus<sup>†</sup>, e contrario in Jeroboam non amoris  
 lib. lib. 11. cap. 2. iocitas sed excoGITata et praemeditata impietas,  
 De doct. christ. excoGITato consilio facit duos vitulos aureos, et di-  
 1.3.c.11. § 1. xit eis: Nolite ascendere in Jerusalem, eae Dñi tui  
 Cant. quart. 29. Israël.

Abrit ut inde Salomonis crimen excusare veli-  
 mus, minimè profectò, verum comparantes ingratu-  
 tudinem ingratitudini, impietatem impietati, sa-  
 crilegium sacrilegio inferimus duntaxat illius di-  
 versos esse gradus, quibus magis anormis redditur.  
 Quò plus à Deo accepimus, tantò magis rei finis, quan-  
 do beneficiis suis abutimur; Quò plus consiliu et delibera-  
 tionis in nostra impietate invenitur, tantò magis  
 illius aggravantur circumstantia; quò magis alios  
 à cultu Divino abducimus, eò magis reddimus abomi-  
 nabiles.

## XXIII.

191.

\* Ep. ad Mar-  
cellinum

Primi fideles, prout refert S. Augustinus<sup>†</sup>, se in-  
 vicam salutabant his duobus verbis: Deo gratias. Verba  
 Christianis digna qui se ipsum et fratres suos invitatur  
 ad exhibendum Deo cultum religiosum et gratum,  
 praecipuum omnium Christiani munus. Hoc  
nec dici brevius, nec audiri latius, nec intelligi gra-  
vidius, nec agi fructuosius potest.

Quid dici et audiri jucundius potest, quam su-  
 per terram provenire Beatorum officium, qui inde  
 sinenter clamant et sibi invicem mittunt haec verba:  
Benedictio et laetitia, et Sapientia, et gratiarum actio  
Deo nostro? Quam agere, quod agebat Jesus Christus  
 durante mortalis vitae sua curricula, qui sive proes  
 suas imparet, sive illustria miracula patrarat, sive  
 Sacramentorum nostrorum augustissimum insti-  
 tueret, oculos ad caelum tollebat, et Deo Patri suo  
 gratias agebat?

Quid grandius intelligi potest? his verbis Deo  
 grates repandimus de omnibus bonis in genere et specie,  
 qua ab ipso accepimus. His verbis publicum Jamus

testimonium, quod nihil habeamus nisi quod à Domino accepimus, et de quo proinde nos tenemus ipsi gratias agere. His verbis reduimus in memoriam nostram beneficium creationis, redemptionis, justificationis, finem Sacramentorum nostrorum et mysteriorum nostrorum, qua Dominus pro nobis fecit et passus est, gratias quas nobis tribuit, pericula à quibus nos liberat, peccata quae perpetrare nos impedit, et quae postquam illa perpetravimus nobis remittit; patientiam quae nos ad poenitentiam expectat, auxilia externa et interna quae ad eam faciendam nobis offert, p.

Quid denique fructuosius agi potest? pronunciando corde magis quam ore haec sua verba, Deo gratias, agnoscentes quod bona opera quae agimus à Deo proveniunt, mille delicatis vanitatis tentationibus resistimus, quibus homines ex natura se ipsos quaerunt sibi que adulantur; alios docemus adulationes et officiosas verborum blanditias cohibere quibus uti solent, ad attribuendum creaturis bonum quod à Creatore provenit, et ad quam solum gloria pertinet in proprietatem.

XXIV.

Auipite, reddite, cavete, haec sunt tres magna Christianorum obligationes. Auipite, quia pauperes estis; reddite, quia gratos vos esse oportet; cavete, quia severe puniemini, si ingrati estis.

XXV.

Deus variis rationibus utitur ut nos ad justam gratitudinem inducat. Modò blanditias nos demulcet, modò nos castigat. Magis misericors quam simus rebelles, nobis velut optimus pater gratias concedit, quibus nos indignos voluntarie officimus. Similis in suo agendi modo pariter Medicis illis qui agrotorum suorum vulneribus diversis remedia applicant, adhibentes modò igneam, modò dulcia fomenta, modò ferrum, modò oleum, novit nos exigere, et nos humiliare, ditare, et ad egestatem redigere; sed quo consilio? ut ad eum revertamur, ut quae si nostra calamitates hunc effectum procreare non potuerunt, nostra prosperitates illum procreent.

An non quotidie videmus Dominos qui cum sevaris poenis servos suos domare non potuerint, ipsos mansuetudine leniri conantur? et an non sapè beneficia apud

192.

Auipite, reddite, cavete.  
Hug. à S. Vict. lib. 6.  
De arca moali  
c. 4.

193.

ipsos efficiunt, quod verbera non potuere? Quot infantes subminaci parentum suorum virga indoctiles, ad bonum convertuntur blanditiis vel munusculis, quae ab ipsis recipiunt? Sapis est respectu nostri Dei agendi ratio; sed an propterea meliores et gratiores sumus, inquit Salviastus,

\* De gubern. Dei  
lib. 5.

Quando periculum aliquod nos praemit, quando instat civitatum nostrarum obsidio, provinciariūque subitā hostilium exercituum irruptione dira vastatio, quando Reipublicae tristis ruina imminet, manus in caelum tollimus, congeminatque votis illius imploramus auxilium. Si Deus precibus nostris commoveri videtur, si per protectionis suae effectum civitates nostrae liberantur, et hostes nostri vincuntur, si pax bello succedit, vel si victoria nostra suavem nobis procurent tranquillitatem, quomodo nos in his occasionibus gerimus? An erga Deum religiosiori cultu, accuratiori sanctis mandatis suis obedientiā nostram testificamus gratitudinem?

## XXVI.

Et hoc est quod facere deberemus, et sic in vita civili fieri assolet, ut ingrati ubi qui beneficia receperunt, ne ingrati, eorumque immemores esse videantur, conantur omnia possibilia prompta ac sincera gratitudinis signa exhibere. An ergo nostrae gratiarum actiones Dei beneficiis respondent per Deum quem habemus ipsi obediendi et serviendi? An bono, quo nos cumulavit, vel protectione, quam nobis concessit, vehementer permoti ad Ecclesias currimus? An ibi ante altaria prostrati cernimus? An modestum gaudium sanctae compunctionis lacrymis mixtum videtur? An tampla faciem mutant, dicamus melius, an nos ipsi vitam mutamus? An veteribus nostris perversitatibus renunciamus? An Deo bona opera nostra offerimus, sacrificium iniquarum consuetudinum et effrenatarum voluptatum nostrarum? An circi vesania, et Theatri impuritatem nobis displicent? An ad frugem reverentium sanctūque propositum facimus vitam novam ducendi; et quō melius diuturnam, quam in postarum speramus, protectionem nobis conciliemus, an Deo pro ea quam ab ipso recipimus, grates per integram nostri ipso-

rum cultui tam benigni Domini consecrationem referimus?

XXVII.

194.

Hæc sunt, addit Salvianus, munera essentialia, quæ obire debemus, ut laudum et gratiarum actionis tributum daremus ei, qui nobis tantas concessit, et quotidie sine numero concedit: Sed hæc ipsa munera negligimus; et ingratitude nostra adeo enormis est, ut beneficiis celestibus non nisi congeneratis iniquitatibus respondeamus.

Ad quantam malignitatem devenimus? Misericordia nostra nos deberent humiliare, et nos reddunt inemendabiles; nostras prosperitates deberent nos ad gratitudinem impellere, et nos ingratos efficiunt. Quamunque parte consideremur excusari non possumus. Qui ignorantiam peccant, agnita veritate vitam corrigunt. Qui in errore vixerunt, detectis falsis sectæ suæ principibus illum desponunt. Hi quos longa tranquillitas in libidines abduxit, conversionem suam cogitant, ubi grave ipsis impendit periculum.

Qui ignorantia peccant, amore agnito corriguntur. Salv. ibid.

Nihil horum omnium nos vel sapientiores, vel gratiores efficit. Religionis veritatibus imbuti illius præcepta violamus. Rerum facies quantum ad omnia alia immutata est, semperque eadem est quantum ad vitia nostra. Olim eramus potentes, et sumus debiles, olim timebamur, et timeamus, &c.

XXVIII.

195.

Nihil majoris momenti est, quam ut sapiens accepta à Deo gratia recolatur; hæcque pio exercitio quilibet Christianus occupari debet, et ut debita illud obeat impendere debet quidquid dicit, cogitat, facit, et patitur. Si diem auspiciatur, tum dicere debet, Deus ultro mihi tempus istud indulget, ut ei melius sciam quam hactenus fecerim. Si dies clarius dilectat, Ergone non vivam nisi nova debita contraham? Ubi nox quietem et silentium reduxerit, oportet, ut dum sensus mei sopiuntur, et mens velut sepulta est, continua beneficia à Deo meo recipiam, nec ipsi gratias agere valeam? Volo et cupio quantum possum, ut omnes cordis mei palpitationes, omnes gemitus mei, omnia suspiria mea ipsi velut sacrificium consecrentur.

Nolo ut quies hae gratiarum actiones, quas ipsi referre cupio in suo cursu interrumpat; quod pro ipso faciam et patiar, eorum status mei, quas postabo, afflictiones quas ipse mihi immittet, voluptates quibus me privabo, ipsi laudum tributum, quod illi dabo, reddant.

Felix Christianus ille, qui tali animo affectus est, memoria beneficiorum Dei, et bonum propositum ei gratitudinem suam testandi ipsius animam semper tenet erectam, saneque sustinet: sicut aves illae, quae ne in terram ~~labantur~~ relabantur, alis suis aerem verberant, corpibusque humi continuo vibrant, quò volatum suum conservent, inquit S. Francisus Salerius\*.

## XXIX.

Sic, juxta S. Chrysostomum\*, Solent Sancti orare, idque volebat Apostolus, quando dicebat: Orationi instate, et vigilate ita, ut semper Deo gratias agatis, sic damnans teporem et ingratitude tot Christianorum, qui ab hoc tam gravi officio discedunt. Sic David de mane coram Deo stabat, et vespere attollebat manus suas ad eum. Sic tribus divinis temporibus in die coram Deo genua flectebat, et adorabat eum; tribus temporibus in die flectebas genua, et adorabat. Daniel. 6.

## Supplementum.

Apud P. Busaem Jesuitam Germanum in libro cui titulus, Panarium, praclarissimi et exquisitissimi Patrum textus circa ingratitude invenitur; et circa gratitudinem in eo cui titulus Viridarium Christianarum virtutum. In iis citat S. Bernardum in Cantica et in Evangelium de septem panibus, S. Augustinum Soliloquiorum c. 18. et lib. 1. contra inimicos legis et prophetarum. S. Ambrosium lib. 1. de officiis c. 31. et Serm. 42. S. Basilium Hom. 5. in S. Julittam Martyrem; textus horum SS. Patrum eleganter proferuntur et pulcherrima continent Documenta.

\* S. part. intro-  
duct. ad vit.  
Savat. c. 1.  
196.

\* Hom. 10. in  
Ep. ad Coloss.

Mane exaudies  
vocem meam;  
adstabo tibi et  
videbo. Ps. 5.

Elevatis manibus  
meorum  
sacrificium vest-  
partimur. Ps.

140.

Qui est utilis Christianus semper debet Domino suo  
 laudes dicere, et in ejus gloriam omnia referre; ergo  
 cum dileculo surgimus, debemus ante omnes actus sa-  
 culi actus habere pietatis, qui nos quiescentes, et dor-  
 mientes in lectulis custodiant. Ut enim ego securus  
 dormiam, ille pervigilat. Sed et cum vespera diem  
 claudit, ipsi debemus per psalterium laudem dicere, et  
 gloriam ejus modulata suavitata concinere. Nonna vi-  
 demus minutissimas aves, cum diem aurora producit, et  
 in nidorum cubiculis varia dulcedine personare, ut Creaxi-  
 torem suum, quia loquelam non possunt, suavitata simul-  
 ceant? Aves propter vilissimas escas gratias agunt: in  
 pretiosissimis epulis pascunt, et ingratus es p.

S. Chrysostomus hujus obligationis Christiani clarissi- 198.

mam affert rationem. Iniquissimum foret, inquit, indi-  
 gniori modo cum Deo agere, quam velimus, ut nobis  
 ipsis agatur. Si vel exiguum obsequium proximo nostro  
 prestamus, tunc volumus ut illud divulgat, nobis  
 benedicat, atque obligationem quam nobis habet, testi-  
 ficetur, ita ut si mala munere isto defungatur, illum  
 tanquam ingratum traducamus. Ah! arbitramur, ne,  
 quod Deus, cui infinita magis obligati sumus, minoram  
 causam habeat de nostra ingratitude conquerendi?  
 Conserveamus ergo pretiosa memoria ipsius beneficia-  
 rum, sitque ea nobis valut liber, in quo omnes eorundem  
 circumstantias exaremus, quemadmodum Asueus, qui  
 in historia regni sui egregium agrarium officium legit,  
 quod a Mardochaeo receperat, et qui obligatum se cen-  
 suit eundem publicis decorare honoribus.

Esther. 6.

Exempla, quae de ingratissimis qui favore à Deo puniti  
 fuere affert consideranda sunt. Exemplum Adami, de  
 quo S. Augustinus ait; quanto magis fovebatur Deo, tanto  
 to majora impietate dereliquit Deum, et factus est malus  
 dignus aeterni, qui hoc in se peremit bonum quod est  
 aeternum. Hinc est universa generis humani massa  
 damnata, quoniam qui hoc primitus admisit, cum illa  
 quae in illo fuerat radicata sua stirpe punitus est, ut nul-  
 lus ab hoc debito justoque supplicio, nisi misericordia et in-  
 debita gratia liberatur.

lib. xi. de civ.

\* Serm. cont. Ju-  
das, Gentiles  
et Hæreticos.

Exemplum Judæorum, de quibus ait S. Chrysostomus, quod qui magis Deus eos beneficiis ornabat, eo magis cum obliviscerentur at offenderent. Exemplum Ezechia Regis, qui iuxta S. Hieronymum, morbo in Spasmodico lethali percussus fuit, quia post devictos hostes suos Deo eandem gratiarum actiones non egerit, quas ei Moyses Pharaone in maris rubri aquis submerso, Debora post mortem S. Sara, necnon Anna mater Samuelis post acceptum de coelo signum hunc filium, retulerant, p.

In Patris Seigneri Quadragesimali legitur Sermo de ingratitude, in quo ostendit, quod illi qui majora beneficia à Jesu Christo acceperunt, crudelissimi ipsius inimici fuerint, veluti Nazarai. Postmodum excussit in enormitatem hujus peccati, et vindictas, quas Deo es coelum sum-  
sit.

P. Ludovicus de Granada et Lopes ordinis S. Dominici, Labata et Saint Jure ex Societate Jesu in hoc argumentum solidissimè commentati sunt.

In Synopsi Operum SS. Augustini et Gregorii Papa verbo Ingratitudo, et gratiarum actio præclari leguntur horum Patrum textus. Multi privati Authores hæc De re egerunt in Sermonibus, quos huius publice fecerunt.

Hæc etiam de re in quodam Patriarcha alicujus Hierosolymitani Opusculo an. 1540. typis vulgato habetur epitome præclariorum textuum et exemplorum Sacra Scriptura. In cujus hoc libro, qui de omnibus virtutibus et vitis agit, invenitur quidquid memorabilius in veteri et novo Testamento habetur, textus selectissimi, figure et exempla aptissima, et pulcherrimo ordine et methodo digesta.

## Invidia Emulatio.

Tristitia de prosperitate aliena, ipsius  
Caracter, effectus, p.

### Sermo Primus.

Collegerunt Pontifices et Pharisei concilium et dicebant: Quid facimus? Quia hic homo multa signa facit. Vos nescitis quidquam, nec cogitatis, quia expedit vobis ut unus moriatur homo pro populo.  
Joan. 11.

199.

Qualis Conventus, Fratres mei! Similis admodum caracteris tres in sacra Scriptura invenio: Conventus p. fia-

Liorem Jacob, qui cum Joseph fratrem suum prout vi-  
 dissent, mutuo haec loquebantur: Eae vanit, vanit, oc-  
Damus eum. Conventum Absalon et Achitophel, quando  
 Statuerunt Davidem à suis Statibus pellere, inits. con- 2. Reg. 18.  
Silium quid agere debeamus: Conventum Jazabel et  
 quorundam Iudaorum, in quo decretum fuit, ut Naboth  
 vinea et vita privaretur, aduite eum et lapidate. In  
 horum Conventuum primo invidia loquitur; in secun-  
 do Superbia; in tertio avaritia: tria gravissima pecca-  
 ta, quae etiam Sacerdotes et Phariseos induunt, ut in  
 suo Conventu Jesum perdere Statuant.

Quid cogitamus, inquam, mutuo, hic homo multa mi-  
racula facit: Quo loco habebimus apud plebem? Ex in-  
vidia. Si dimittimus eum sic, atque facere sinamus,  
omnes credent in eum, illumque sequentur, et Super-  
bia. Venient Romani et destruent nostram civitatem,  
et avaritia.

Dicamus melius, fratres mei, invidia huius Scela-  
 ratorum Conventui praesidet; passio barbara, quae  
 binas alias commovet, excitat et inflamat; passio  
 arrogans, quae ipsis tantam inspirat Superbiam, ut Je-  
 sum Christum ne quidem nomine suo vocent sed sim-  
 pliciter hominem, hic homo; passio suis commodis ser-  
 viens, quae ipsorum avaritiam adeo subtiliter demul-  
 cet, ut cupiditatum suarum malignitati agnitam  
 veritatem devoveant, rationes religionis turpi et  
 coeca politica, expedit vobis, ut unus moriatur homo  
pro populo, et non tota gens pereat.

Sed adhuc quid tam vehementer illos contra Je-  
 sum irritat? Totum illius crimen est quod in popu-  
 lum beneficia contulerit, eosque visum, paralyticis motum,  
 aegrotis sanitatem reddiderit. Vix hominem jam quar-  
 to die mortuum resuscitavit, id sufficit, ut habito consi-  
 lio ipsum perdere Statuant. Quid facimus? clamabant,  
 velut si invidentiam suam in communi causa sibi  
 ipsis exprobrarent: Quid facimus? Quid cogitamus?

Quid va ipsa facis gens perversa, et quid tuo exem-  
 plo non faciunt quibus eadem invidia Dominatur? Duo  
 ipsos irritant: miracula, quae facit Jesus Christus, et

vaneratio qua ipsi exhibetur. Hic animum irritantur. Tunc  
 tres mei, forte nemo haec, ubi de invidia ipsi sermo  
 fuit, haec duo moralis christiana capita singillatim ex-  
 pendit. Equidem ipsius enormitas, fatalesque consecu-  
 tiones sufficienter demonstrantur; sed haec duo species  
 raro examinantur. Dona et prerogativa superna-  
 turales, primum invidia objectum, qualitates et favo-  
 res naturales, secundum invidia objectum.

200.

Jesus Christus miracula patrat, hic homo multa  
signa facit; inde irritantur pharisaei et principes  
 Synagoga. Jesus Christus aestimatur, laudatur, beno-  
 dicitur, universus populus credit in eum, et illum se-  
 quetur, omnes credant in eum; hoc ipsos consternat  
 et desolat. Duae considerationes quae me obligant  
 in his duobus capitibus peccatum istud adoriri dua-  
 bus veritatibus, quae totum huius sermonis argu-  
 mentum erunt. Vobis prohibitum est invidere in  
 proximo vestro gratiae prerogativas, dona et talenta  
 quae à Deo accepit. Prima veritas. Vobis etiam non  
 licet in proximo vestro invidere natura prerogati-  
 vas, et quod bona fortuna nuncupatis; Secunda veritas.  
 Incipiamus à prima.

Divisio.

Pars I<sup>ma</sup>  
201.\* Hom. 41. in  
Matth.

Quemadmodum nulla terra est, in qua malignae  
 plantae non crescant, quarum fatalis succus inficit eos qui  
 eis utuntur; Sic etiam nucleus est Status, Societas, pro-  
 fessio, ubi invidia, quae illarum venenum est, non se-  
 insinuet, inquit S. Joannes Chrysostomus\*. Ipsa in exer-  
 citibus dimicat, in foro litigat, in academiis disputat,  
 in publicis compitis rixatur, in claustris murmurat, in  
 viculis aliena fama obtrahat, modo in imprecatio-  
 nes et minas erumpit, ubi ira eam inflammat, modo  
 coactum silentium sibi imponit ubi hypocrisis eam oc-  
 cultat: in solitudine tristis, inter homines inquieta,  
 clandestinarum artium machinatrix et dolosa in oculis  
 principum, calida et maligna in privatis conditionibus,  
 semper agitata, cogitabunda, suspiciosa, consternata,  
 aliis infensa, sibi ipsi intolerabilis.

Si aetas ipsius attenditur, est omnium peccatorum

antiquissimum. Ipsa fuit peccatum Angelorum apostatarum contra primum hominem, Cain fratricida contra innocentem Abel, Esau infans et furibundi, contra fratrem cuius executionem ferre non potuit, quamvis jus suum primogenitura ipsi vendidisset.

Si ipsius imperium consideretur, in alia peccata velut Despotiam exercet potestatem qua suis consiliis et propositis servit, et à quibus sumit id quod malignum habent; ignaviam ab obtracatione, insolentiam à calumnia, arrogantiam à Superbia, feloniam à proditione, turpitudinem ab infidelitate, larvam ab hypocrisi, tenacitatem ab avaritia, crudelitatem ab homicidio, furentes impetus ab ira.

Si ipsius objectum respiciatur, omnia ipsam inquietant, omnia ipsam moerore afficiunt: pulchritudo corporis, bona fortuna, conditio commoda, prosperitas temporalis, dotes ad sibi vananationem et amorem conciliandum apta; virtutes acquisita et infusa, dona linguarum, propheta, miraculorum; quidquid non modo illustrius, sed et sanctius et utilius est ad exemplum vel institutionem fidelium, hæc omnia invidum irritant et affligunt.

202.

Vos qui pietatem profitemini, et non nisi illius externam speciem habetis, qui Cæli pallis cooperti, sub hac aliena veste vos ipsos hujus inquietæ passionis perversitatibus traditis, qui sub prætextu defendendi veritatem lethalia vulnera charitati infertis: audite quid de quibusdam invidis ~~hominibus~~ et vitiosis mentibus dicat S. Paulus.

\* Philipp. i.

Quidam Jesum Christum cum bona voluntate et celo prædicant; quidam vero Christum annunciant cum spiritu invidia et contentionis. Quidam spiritu charitatis repleti sibi bonum finem proponunt, sciant quoniam in defensionem Evangelii positus sum; sed sunt quorum intentio sincera non est, et qui existimant se novam pressuram vinculis meis suscitare.

Quam monstruosa agendi ratio! Opponere Jesum Christum ipsimet Jesu Christo; ipsius doctrinam qua est veritas, ipsius spiritui qui est charitas; ipsius religionem qua instruit, ipsius spiritui qui edificat; ipsius legem qua puritatem et sapientiam tribuit, ipsius spiritui qui concordiam et pacem diligit. S. Paulus iussum Nerv-

nis comprehenditur, qui, ut in ortu suo novam quamvis  
solam veram doctrinam suffocet, in vinculis tenet illum  
qui illam praedicat. Ob id veri fideles affliguntur, sed invi-  
di quidam inde latantur, et ut tota Principis ira in vi-  
rum cadat ejus magna existimatis ipsorum famam  
delet, eundem Deum praedicant ac Paulus, sub spe quod  
Nero indignatus audire Evangelium à pluribus annuncia-  
ri, magis animo obstinaturus sit illum perdere qui velut om-  
nium horum novorum Doctorum Caput suspicitur.

Cruelis invidia quid non moliris! Turbulenta men-  
tes, quae, quovunque Deum praetio, auditores et sectatores  
habere vultis: Ariani, Circumcelliani, Donatista, Cal-  
vinista, Lutherani, nunquam nisi cum dolore revo-  
cabinus memoriam inimitis furoris vestri; omnes li-  
bri nostri repleti sunt persecutionibus quas à Barbara  
vestra invidia pertulerunt ii, qui sanam doctrinam  
propugnabant.

Sed an nunquam alii extiterunt qui quin se ab Eule-  
sia separarint, tamen illius concordiam et pacem turba-  
vere. Carnista contra Carnistas, Theologi contra Theo-  
logos, Moderatores contra Moderatores; unus est Capha,  
alter Apollo, ille pro Maletio, iste pro Vitali: Sed si pra-  
dicant, si docent, si scribunt, si dogmatizant ex invidia:  
quis eorum est Jem Christi?

Domine qui corda scrutaris, scis quid agatur in iis  
quibus execranda passio ista dominatur. In his mentis  
contestationibus quanta superbia, quanta pertinacia,  
quanta injustitia! Non approbant nisi quod ab ipsis pro-  
venit; contemnunt, rejiciunt, damnant quidquid ipsis  
non aridet. Doctrina suorum adhaerentium sola est  
quam sequi oportet, ipsorum libri soli sunt, qui legi me-  
rentur; reliqui sunt moneta vitiata, mure prohibita.  
Ipsis solis licitum est Solvere signacula Aegri, verita-  
tam in ipso fonte haurire. Vos qui eis estis oppositi, non  
nisi tanquam Discipuli loquimini, dum ipsi tanquam  
Magistri in Israël decidunt. Arrogans Elij fere non  
potest, ut humilis Job in sua praesentia loquatur: videt  
illum afflictum et humiliatum; et magis adhuc illum  
affligere et humiliare vult. Invidia Superbi hujus ini-  
mici illius sermonem singulis momentis interrumpit,  
ut sibi faventem attentionem conciliet, qua se dignum

consuet. Job stultus locutus est, et verba ipsius non sonant  
disciplinam. Job est fatuus, imperitus, vir qui sine ju-  
dicio, sine prudentia, sine ratione loquitur. Vos qui in-  
genio polletis, mihi loquimini, addit ille: Quis homo sa-  
pienter, et cui sensus, et iudicium est audiat me. Viri intal-  
ligentes loquantur mihi, et vir sapiens audiat me.

An talis agendi ratio velut innocens haberi potest? Fru- 204.  
stra huiusmodi homines passionem suam Zeli et verita-  
tis nominibus quibus illam insigniunt, dissimulant, occult-  
tant, et justificant, Eliu Semper est Eliu. An non scrip-  
ta illa, in quibus interdum adeo Splendentia micant lumi-  
na, Sape velut fulgur, male sanum calorem denotant,  
quem sequuntur tonitrua et tempestates? An non ex  
nimis odio opinionum quas iniquas arbitrantur, ad aver-  
sandas ipsasmet personas, et ad se dicit Satyris, injuriosis  
nominibus, et ignominiosis epithetis de illis uliscendum  
inducuntur? Pastores Abraham et loth inter se se ri-  
xantur, et interim ego qui sum misera ovis alimento  
indigens, et acerbum ipsorum contentionum pertasus,  
quid agam videns eos contra se invicem ita effervere -  
re, inquit S. Bernardus? nemo q̄ balatus in coelum emit- q̄ tristes  
tam Dominumque rogabo, ut ab ipsis auferat illum con-  
tentionis et invidia spiritum.

Hac dixisse sufficiat; Solummodo inde agnoscamus  
quam periculorum sit proximo his proclavas suas qua-  
litates, dona et dotes, quas à coelo accepit invidere:  
inde, inquam, agnoscamus quantum in quovunque  
demum statu simus, intersit nos ipsos circa tam de-  
licatam materiam examinare, ubi Sape sine ullo  
conscientia scrupulo, nobis ipsis peccatum condona-  
mus sub quo se occultant commoda et consilia am-  
bigua, servata superbia, obstinata pertinacia, spi-  
rituales et devota vindicta.

Quo invidia enormitas magis adhuc dignosca-  
tur, animadvertite, rogo vos, cum Sancto Basilio,  
quod quamvis omnia vitia generaliter loquendo  
sint aperti virtutum christianarum hostes, tamen  
non nisi illas adorantur quae ipsis sunt contrariae: sic  
avaritia impugnat liberalitatem, Superbia ferro,

non potest modestiam, mendacium et error soli veritati obstitunt. Non omnino sic se habet invidia, inquit hic S. Pater: Sive quia sibi plura objecta proponit, sive quia in homine nullum bonum spirituale est quod ipsam non offendat, simul harum trium virtutum jura violat.

Et profecto, si justitia cuique suum tribuit, invidia omnia ad se ipsam refert, non loquitur nec agit nisi pro se ipsa. Salsus suo merito infatuata, putat sibi omnia deberi. Honores qui aliis exhibentur sunt ipsius, iudicio tot furta quae ei fiunt: amat esse singularis, aut saltem omnem prerogativam habere super illos qui cum paucioribus talentis sint instructi et ei cedere coguntur. Si recte invidi characterem perpendere velimus, addit S. Prosper, deprehendimus quod nec veneratione afficiatur erga superiores suos, quorum auctoritas ipsi molestiam creat, ne transiudicium erga inferiores suos quorum humiliatio laetatur, nec bona fide erga aequales suos quos detinere et circumvenire conatur, nec gratitudine erga beneficos suos quorum munera duntaxat unice diligit, non vero ipsos.

Si modestia recusat dignitates, et laudes, invidia, quamvis se occultet et amantiat, eos tamen incomprehensibili aviditate prensat. Si modestia laetatur quod, etiamnum in proprium suum detrimentum, virtuti aequa reddantur testimonia, invidia, ut ut meritis omnibus destituta, ferre non potest ut in suum praesudicium illi certimentur qui merita habent. Inde querimonia ipsius et murmura, inquietudines et suspiciones, iudicia temeraria, et maligna conjecturae.

Inde solitudo illa apud alios mimendi proclavas proximi sui qualitates, et minimas exaggerandi culpas. Invidus, inquit Seneca, minus laetatur de bono quod habet, quam affligitur eo quod in aliis laudatur: et iuxta mentem S. Ambrosii, inter ipsum et ceteros peccatores hoc discrimen intercedit,

Non tam laetus  
bono suo, quam  
tristis alieno.  
Seneca Ep. 92.

quod istum malum diligant, illa vero bonum odio habeat,  
 quod isti latentur de successu quem rapserunt satis-  
 faciendo passionibus suis, illa autem crudeliter tor-  
 queatur: Improbis suo Delatatur bono, invidus tor-  
quetur alieno, ille diligit mala, hic bona odit;  
ut propè tolerabilior sit qui sibi vult bona, quam  
qui mala omnibus.

Denique veritas cum sua simplicitate et inge-  
 nuitate naturali dicit res tales quales sunt, invidia  
 vero eas ementiri, immutare, atque odiosam fa-  
 ciem tribuere unice studet, ut tutius finem suum  
 assequatur. Ex omnibus exemplis, quae S. Scriptu-  
 ra mihi subministrat, unicum adduco, scilicet  
 Amasia contra Prophetam Amos.

Certum erat quod Amos non nisi Dei iussu locu-  
 tus fuerit, sed invidia Amasia Sacerdotis Bethel  
 eum diffamavit velut hominem, qui ipsemet om-  
 nia, quae dixerat, excogitasset. Certum erat quod hic  
 propheta de verbo ad verbum ea retulerit, quae  
 Deus ipsi locutus fuerat; scilicet, Sanctificationes  
Israël desolabuntur; et consurgam super domum  
Jeroboam in gladio; sed invidia Amasia haec ver-  
ba mutavit et corrupit; misitque ad Jeroboam di-  
cons: Rebellavit contra te Amos in medio domus  
Israël, Haec enim dicit: in gladio morietur Jero-  
boam, et Israël captivus migrabit de terra sua.

Certum erat, Amos nec Superbiae Spiritu, nec  
 Spe luvi propheta esse: Quae enim Superbia in viro,  
 qui ipsemet ultro fatebatur, se nec esse Prophetam  
 nec Prophetæ filium, sed armentarium, quem  
 cum boves suos minaret Dominus iussit, ut populo  
 suo Israël loqueretur? Quae luvi aut commodi  
 spes at consilium in viro, qui sincera fatebatur, si-  
 bi nullatenus opus esse, ut prophetando virtum  
 quaereret, cum non nisi silvestribus vesceretur  
 fructibus? Nihilominus invidia Amasia commota  
 fuit ex eo, quod vir in pascentis armentis occupatus  
 res divulgaret quae toti regno Israël integram vi-

minam minabantur, ait ad illum, exi hinc, et vade in terram juda, ibi unde vivas inveniss, propheta ibi quantum volueris, Sed cavo ne in Bethel ultra prophates.

Ex his agnoscite, Auditoras, hujus passionis malignitatem, et fatalem inde oritur causam. Amasias timet ne famam quam virtutes Amos ipsi acquisiverunt, ipsius ministerium vilescat. Timet ne populus non amplius adorat vitulum aureum in Bethel, ipsumque despiciat, nec huic ridicula divinitati sacrificia offerat, sacrificator fructibus quos frequentes hae oblationes ipsi produunt, privatur.

Iniqua execrandi idoli sacerdos mox crudelis invidia tua poena te sequetur. Quae Amos praedixit tibi eveniant: Uxor tua se infamibus corruptoribus tradet, liberi tui gladio peribunt, et tu post transactam in dura captivitate languidam vitam in medio barbara nationis morieris.

Vos mentes factiosa et maligna, si ad eandem poenam non condemnata estis, forte ea quam vultus justam invidia vestra mercedem tolerabitis, terribilior adhuc erit. Quod vos gaudere debaret, vos affligit, quod vobis ad exemplum esse debaret, vos commovet: non nisi cum impatienti invidia talenta et dona supernaturalia, proximi vestri intuentes, omnia justitiae, modestiae, veritatis jura violatis; haec injuria omnes nunquam impunitae manebunt. Vobis prohibitum est in proximo vestro gratiae prerogativas, dona et virtutes quas <sup>in</sup>recepit, invidere; sed etiam vobis non licet cum invidia naturae prerogativas, ~~et~~ nec ea, quae bona fortuna numpatis, intuari.

Part 2<sup>da</sup>  
207.

Quamvis Author naturae omnia in aequali perfectione creare potuerit suis omnibus creaturis eandem qualitates et prerogativas tribuendo; videmus tamen quod admirabili sapientiae suae oeconomia, quasdam aliis praetulerit. Sive quod haec inaequali-

tas palam faciat absolutam Dei potestatem, qui beneficia sua quibus ipsi placet, distribuit, sive quod non minorem utilitatem quam ornamentum afferat in omnibus entibus in quibus reperitur: Talis est, inquit S. Augustinus\*, providentia agendi modus, qua sapienti hac subordinatione et admiranda varietate alios alius necessarios facit egenos divites, divites egenos, Dominos servos servos Dominis, Principes subditis subditos Principibus.

Quis tam sapientem agendi rationem non laudet et admoretur? Quis nostrum Dei consilia perpendens non exclamet cum Propheta, Domine an quisquam reperitur, qui tibi sit similis? Quis vestrum magnas has agnoscens veritates ea parte qua ipsi obligit, contentus non sit, atque gaudeat in eo statu permanere in quo providentia manus illum collocavit?

Nihilominus nimisquam vera sunt ea quae à veteribus quidam adnotavit. Aliis invidemus et vicissim alii nobis invident. Saepè cupimus esse quod ipsi sunt, et ipsi esse vellet quod nos sumus. Nobilis qui pauper est, invidet plebeo qui dives est. Felicitatem suam, hic vero cuperat non tot bona possidere quot possidet et esse nobilis. Aulicus qui praecelara officia possidet aliis quem praestantiora possidere arbitratur, locum occupare desiderat, et ille alius in suo rivali singularia beneficia sibi imaginatur, quae si possideret suam, ut credit, felicitatem constituerent: aliena nobis, nostra plus aliis placent.

Oculos aperimus ad intuenda proximi nostri commoda, eosque claudimus ne nostra videamus; nobis imaginamur, quod ea quae alii possident, nobis se sint, et saepe aliena felicitas nostra personalia mala auget. Beator vidabit et irascetur, dentibus suis fremet et tabescet, desiderium peccatorum peribit. Singula haec Davidis verba attentè consideratis velim, verum in iis invidorum characterem, pravitatem, ipsamque infelicitatem distinguatis. In iis desiderii ipsorum malignitatem, tyrannidem, et inutilitatem simul invenietis. Malignitatem desideriorum invidi, peccator vidabit; tyrannidem, irascetur dentibus suis

\* Lib. de lib. arb.

208.

fremet, et pro dolore tabescet; inutilitatem desideriorum ipsius, haec peribunt, nec successum quam sibi promittit, sortietur. Peccator videbit, et irascetur, dentibus suis fremet et tabescet, desiderium peccatorum peribit.

209.

Peccator videbit, avidus et insatiabilis oculus ille, consternata et inquieta cupiditas illa pacationem suam constituit. Caritas habet oculos, zelus aures, misericordia pedes et manus, ~~virtutes~~ virtutes utiles et salutare quae Christiani sensus sanctificant. Invidia quae eas vult imitari, oculos, aures, manus et pedes habet sicut ipsa, videt, audit, tangit, ambulat; sed ad quamnam usum sensus hos et facultates convertit? ad quid adhibet hos oculos, has aures, hos pedes, has manus?

Ammon videt Mardocheum, et mortiferi ipsius oculi, prout eos vocat S. Joannes Chrysostomus, ferre non valentes presentiam viri aliam vilis et contumibilis, in corde ipsius iracundiam ponunt et barbaram illum periculi consilium. Saul audit filias Hebraeas clamantes, Saul percussit mille, et David decem millia. Ad hunc clamorem ipsius patris semisopita excitatur, ob id consilium capitur, hunc fidelem et magnanimum subditum perire oportet.

Filii Ammon et Moab ferre non possunt prosperitatem habitatorum Bethulia, statim accedunt ad Holofernem qui eos obsidet, et ut sine ullo perfugio perdantur, persuadent illi, ut canales per quos aqua in illorum civitatem influunt, destruat. Filii Jacob vident à longè fratrem suum Joseph, ecce somnator venit, inquirunt, et quamprimum ad eos venit, barbara ipsorum manus illum in cisternam dejiciunt. Peccator videbit; haec est ipsius fatalis occupatio et iniquorum suorum desideriorum causa, sed ecce eorum tyrannus, irascetur, dentibus suis fremet, et pro dolore tabescet.

210.

Sunt spiritus qui ad vindictam vocati sunt. Culi 39.

Si Scriptura sacra nos docet dari spiritus qui valent creati sunt ut de hominibus per homines ipsos vindictam sumant: factanur, Auditores, talem esse invidio-

rum Spiritum. In proprium suum infortunium obstinati ipsimet sunt sui ipsorum tyranni et carnifices: in fronte sua valat Cain visibilia quaedam maledictionis signa, vel in anima sua invisibiles reprobrationis characteres gestantes, jam in hoc mundo poenam peccati sui tolerant. Coacti in mundo vivere continuas tristitiae et desperationis causas offendunt. Huius arrogantia ipsis est intolerabilis, istius sermones eos fatigant, urbanitates ipse quas alii eis exhibent, ipsis onerosa sunt et suspecta.

Res mira! Solitudo qua infinitis molestiis eos liberat qui inter primi ordinis homines vivunt, non majorem propterea tribuit invidio quietem at consolationem. Equidem verum est quod objecta qua ipsius amulationem irritabant, sint remota; sed crudelis haec passio ea propius admovet. Haec mulier non amplius eam videt, qua ipsius pulchritudinem observabat, vir iste non amplius audit laudare eum, cuius exactionem ferre non poterat; sed quia malum interius est, quovunque pergat, secum poenam et supplicium portat: mille importunae animi volutationes quietem quam sibi conciliare cupit, turbant; ipsius imaginatio semper vis repleta qua vidit et audit, ipsum in jucundissimis momentis suis torquet. Diffidentius suis et suspicionibus traditus, amarâ memoriae revocans ea qua facta fuere, praematuris timoribus et inquietudinibus molestam casum preveniens, omnibus rebus anxietur, et nihil illum consolatur.

Sive ambulet, sive quiescat, febres sua aestus semper redeunt: vis Somnus suus interrumpitur, alimenta ipsi fiunt insipida; quod adhibet ut mororem et angorem suum avertat, non est nisi debile remedium quod pro aliquot horis malum suum lenit, nec tamen sanat. Nequa iniquus ac Saul, vis iurans et qui malum, quo tenetur, Spiritum fascinare nituntur, timet et desiderat, amat et odit, sperat et desperat, graditur et subsistit. Modo profundis animi agitationibus, in quas atra bi-

lis sua cum conijcit, immersus; modò valut ex sopore  
 lethargico ad se rediens totum doloris sui aculeum  
 sentit, inasitur, dentibus frangit, et pro taedio tabes-  
 cit: Grascetur, dentibus suis fremat et tabesce-

Saltim si Deus desiderii ipsius favens ei permit-  
 teret delectationem in humilitate et miseria eos videm-  
 di quorum evagationem et prosperitatem ferre non po-  
 test; at expropta est oraculi sententia, desideria ipsi-  
 us peribunt, Desiderium peccatorum peribit. Mar-  
 tyr sine fructu, infelix sine consolatione, poeniten-  
 tiam agat aequaliter duram et sterilem.

Dico duram inquietudinibus et impatientiis  
 quibus se tradit; dico sterilem exiguo fructu  
 quem ex tristi molestia sua colligit. Dico du-  
 ram crudeli poena quam perfert, dum intra se de-  
 vorare cogitur aeres indignationes, quas nemini  
 confidere audeat, dico sterilem tristi dolore  
 quem sustinet, dum videt secundam fortunam sui  
 homines, quorum felicitatem ferre non potest.

217.

Hoc est peccatum illud quod in anima con-  
 ceptum eam devorat sicut vermis, qui in panne  
 conformatus et animatus illum rodit. Hoc, in-  
 quit S. Gregorius Nyssenus est acutum telum illud  
 quod Dei justitia in invidum vibrat, ut amarâ  
 experientia totam mali sui vehementiam eum  
 sentire faciat. Haec est, inquit S. Basiliius, ubi  
 go illa, quae ferrum cui adhaeret corrodit, et vi-  
 pera illa, quae non nisi disrupto ventre in quo  
 ortum sumpsit, nascitur. Verbo, ut cum lauda-  
 to S. Patre loquar, detestandum peccatum is-  
 tud est ruina vitae, perditio naturae, omnis boni  
 et quietis hostis.

\* Hom. de in-  
vidiâ

212.

Verum si invidia tam dura et crudelis in suis  
 est effectibus non minus in iis sterilis est: invidum  
 graviter cruciat; sed peccati sui fructus auerit-  
 tit, inquit S. Joannes Chrysostomus, Deus per-  
 mittente, ut ii qui illius sunt objecta prosperi-  
 tate fruantur, quam forte non habuissent,

Si aliena aemulatio ipsos perculsa non fuisset.

Quid mali, exempli gratia, inquit ulterius hic S. Pater, Cain fratri suo Abel intulit? an non è contrariis ei propter intentionem suam omnium bonorum maximum contulit, ipsum pro aeterna morte ad felicioram vitam transferendo, dum execrandus hic fratricida infinitis malis oppressus fuit? In quo Esau fratri suo Jacob nocuit? An ipsius invidia obfuit quin dilacerat, cum contra invidus iste amisso primogenitura jure suo iniquam vitam infelicissima morte finivit?

Huius puella formositatem suam et decorem invidet; sed an propterea minus venusta et formosa erit, minusque aestimabitur, idcircoque nuptias optima conditionis adolescentas minus praesabunt? Prosperitas hujus vicini te affligit; sed an propterea negotium illius minus ad vota succedat? an contemptus sui quos ad te pellicere cuperas, iniqua cordis tui affectu auras praebent? Existimatio quam eximia hujus viri qualitates ipsi acquirunt, te torquet et affligit; sed an propterea alii minus ipsi confident, et an non potius pravae detractiones tua te ipsum magis contumtibilem efficiunt?

Talis est enim justitia Dei et agendi ratio, quam sapientissime servat, inquit S. Chrysostomus, causa innocentis patrocinium suscipit, et injuriam quam illi infers, commotus, quo plus eum deprimere satagis, eo magis ipse illum avellit. Sic etiamnum invitus in eum beneficia confers, et iniqua tua desideria effectum sortuntur omnino contrarium illi quem tibi proponis. Sic inimici tui virtus elucet, et tua aemulationis pravitas te confundit.

Aman in id iurtaeat incumbis, quem modo sicut est Mardocheum humilior et parvas; sed Mardocheus à Deo et Rege tuo eligitur ad te ipsum humiliandum et perdendum. Arbitraris quòd de loquatur Agneus, quando jubet ut ei qui ipsi vitam servavit,

\* Hom. 41. in  
Matth.

publici exhibeantur honores; sed de infensissimo inimico tuo loquitur, de illo quem nec videre nec ferre potes: Cuperes ut Judaeus iste coram te raperet velut vile quoddam insectum; sed tu ipse frenum equi cui ille insidebit tenabis. In tua domo habes patibulum quinquaginta cubitorum, in quo eum suspendi cuperes; sed in hoc infami ligno quod ipsi preparasti, tu ipse suspenderis: Desiderium peccatorum paribit.

Quanta ergo invidorum vanitas, quanta coecitas, quantus furor, quod se ipsos tam crudeliter et inutiliter cruciant? Quam barbara voluptas, dum sibi auferunt quidquid in vita dulce est et consolans? Dum nec aliis nec sibi boni sunt? Quanam horribili fascinatione simul et simul multiplicare volunt suas provitatas et sua supplicia, frequentia peccata quae committunt, et vindictas quas Deus davis sinit?

213.

\* Serm. de livore

Ut alios peccatores ad se ipsos redire faciamus, ipsis oculos ponimus, inquit S. Joannes Chrysostomus\*, quod in expletione cupiditatum suarum gaudium quod sibi proponunt, nunquam inveniunt, quod voluptates quas degustant semper quadam amaritudine sint dilutae, quodque ceterum hujus mundi felicitas sit pessimum pro alterius mundi felicitate. Sed respectu invidorum rationes omnino contrarias adhibemus, quo ipsis per sanos etiam mentis et iudicii principia aeternum peccatorum suorum odium inspiramus.

4 angurium,

Si, dicimus illis, nulla vobis fratrum vestrorum commiseratio, saltem vestri ipsorum misereamini; si salutis vestrae commoda vos parum movent, saltem quies vestra sit vobis cordi. Oportetne ut proprii carnifices vestri sitis, ut in multiplicandis suppliciis vestris ingemiosi ex vestra vitae licentia supplicium vestrum faciatis? Multae cogitationes, inutilia consilia, vana desideria, tenebrosa et tumultuosa anxietates, exintagra pars vestra.

Serm. de livore,  
 „ frusta simulato oris ac corporis habitu malum vestrum occultare conamini, volentes nolentes in vobis gestatis eorum et poenam peccati vestri. fractus  
 „ vultus, palor tota facie diffusus, intuitus errantes et  
 „ horridi, labiorum tremor, lividum os, oculi com-

proferri, manus ad eminentiam violentiam semper parata, et  
semper, si non gladiis et fustibus, saltem mortali odio et  
armata nobis palam faciunt, omnia interiorum in ter-  
ribili confusione esse, pacem et laetitiam, quas om-  
nes homines naturaliter appetunt, esse fructus ni-  
uisquam dulces quam ut à tam amarâ radice, quolis  
est invidia, proveniant.

Vestri, inquam, ipsorum misereamini, à vestra pas-  
sione ad rationem vestram provocate, non enim ausim  
dicere, ad fidem vestram: cur tamen id non dicam,  
cum justitia Dei vos fortè his malis non tradat, nisi  
ut ab ipsius misericordia postulatis gratiam à pec-  
cato, quod illorum causa est, emergendi. Ne igitur  
amplius in proximo vestro gratia commoda invide-  
atis, proclaras qualitates et talenta, quae à Deo re-  
cepit; à contrario gaudete et benediuite Dominum,  
quod vobis in ipsius persona excellens virtutum ad  
vos edificandum et erudiendum idonearum exem-  
plar tribuat. Nec etiam natura vel fortuna bona  
qua possidet, amplius invidia vestrae sint objecta,  
nec praeterea quadam felicitas quam in proximo ves-  
tro videtis, unquam sit vestrae infelicitatis instau-  
mentum. In vestro peccato tam in hac quam in  
altera vita non invenietis nisi infinitum malorum  
fontem per malignitatem, tyrannidem, et inutilita-  
tem desideriorum vestrorum; cum à contra huic tur-  
pi et damnabili passioni charitatem christianam  
opponentes, vobis in hoc mundo veram quietem, et in  
altero beatam aeternitatem conciliabitis.

Invidia  
Simulatio

Tristitia de aliena prosperitate p.

Sermo Secundus.

Tolle quod tuum est, et vade: volo huic novissimo  
dare sicut tibi. An oculus tuus nequam est, quia  
ego bonus sum? Matth. 20.

En, Auditoras, parabolam, cujus explicatio amplam  
gravissimarum moralitatum materiam nobis subminis-  
trare potest. Quidam paterfamilias divaris diei havis

pro Dom. Septuag.  
itam pro Dom. 9.  
post Pant. in hac  
verba: Murmu-  
rabant p. et pro  
ferio 2. 3<sup>o</sup> in  
destragof. habdo  
matth. in hac

verba Evangelii:  
Quanta audivi-  
mus facta in ca-  
pharnaum, fac  
et sic in patria  
tua.

plures operarios miserat ad laborandum in vinea sua. Cum autem serò factum esset, omnes convenire iussit, ut mercedem suam reciparent. Residentes qui non nisi ab hora undecima laboraverant, acceperunt singuli denarium. Venientes deinde qui primi conducti fuerant, sperabant se amplio rem accepturos mercedem, et cum viderent sibi non plus dari quam prioribus, dixerunt murmurando, hi novissimi non nisi una hora laboraverunt, et tantum illis dedisti quantum nobis qui portavimus pondus diei et aestus. Sed hic pater familias uni eorum respondens dixit: Amice non tibi facio injuriam: nonne ex denario convenisti mecum? tolle quod tuum est et vade: volo autem et huic novissimo dare sicut et tibi: aut non licet mihi, quod volo facere? an oculus tuus nequam est, quia ego bonus?

En parabolam; et hic est sensus, quem plerique interpretes eidem tribuunt. Iste pater familias est Deus; ipsius vinea est mundus; ipsius operarii sunt homines; diversa hora quibus eos vocat, sunt diversa vitae aetates, vel diversa conditiones, ad quas eas destinat. Singuli laborant, quidam plus, alii minus, et Deus omnibus tribuit; non quod ipsis debet, ipse qui creaturae suae nihil debet, sed id super quo ipse met gratuita bonitate convenire vult. Aliquibus plus dat, aliis minus, interdum aequaliter: sed sive aequaliter sive inaequaliter, non omnes aequaliter sunt contenti: Hi novissimi unâ hora fecerunt, et pares illos nobis facisti.

An non ex his verbis vos jam agnoscitis vos qui tam crebro de vestra portione conquerimini? An id ipsum dicitis, vel saltim cogitatis, quando vobis invidia dominatur? Sed an vultis has querimonias suffocare, et huic peccato resistere? Vobis imaginemini, quod vobis ipse pater familias dicat: Volo dare huic novissimo sicut et tibi: an oculus tuus nequam est, quia ego bonus? tolle quod tuum est, et vade.

215.

Nam pertando quod si in horum vintorum querimonia verus invidia character nobis designatur,

quidquid ad nos ab ea sanandum confert, in data eis respon-  
sione contineatur, me explicet. Vestra invidia preroga-  
tivis et commodis, quae in proximo cernitis irritatur:  
et hoc est peccatum vestrum, quodque Deus oculum  
naquam vocat. Adorate ipsius sapientiam, et portione  
vestra sitis contenti: hoc ratione peccato vestro renun-  
ciabit. Talis est invidia malignitas, talis ipsius re-  
media, quemadmodum spero me. Duabus hujus sermonis  
partibus demonstraturum.

In Religione quam profitemur nulla reperitur vir-  
tus, quae intenta non sit ad considerandas qualitates, et  
varios situs objectorum suorum, inquit Schola Angelus  
S. Thomas. Humilitas considerat suum nihilum et mi-  
seriam; patientia, injurias et adversitates quas patitur;  
fortitudo, inimicos quibuscumque ipsi dimicandum est;  
temperantia, voluptates quibus si iniqua sint, se priva-  
re tenetur, et eas, quibus quando concessae sunt, cum  
moderatione uti debet: verbo, qualibet eorum suo  
modo oculos apertos habet in diversa objecta quae sibi  
sunt propria.

Quis non credidisset vigilantiam istam et attentio-  
nem Solis christianis virtutibus fore propriam? Sed haec  
proprietas quae ipsis adeo utilis est per seipsum transit ad vi-  
tiam invidiam vel maxime oppositam. Sic furtum et  
usura habent oculos ad aliena bona invadendum, am-  
bitio ad honores quos praeferat adipiscendos, impunitas  
ad fruendum aliena pulchritudine, et qui mulierem  
lascivis oculis intuetur, jam in corde suo peccatum  
commisit, inquit Jesus Christus. Sic denique invidia  
inquietos et malignos habet oculos, non aspiciens fa-  
cultates et bona aliorum, nisi ut inde affligatur,  
ipsorum infortunia, ut inde letetur; ipsorum actio-  
nes et agendi rationem, ut carpat; ipsorum prosperi-  
tatem ut inde querimoniarum suarum et murmu-  
rationum causam sumat: Naquam est oculus lividi.

Quantamvisque precautionem Jesus Christus ad-  
hibuerit ut à se removeret quidquid aemulationis  
occasione aliquam inimicis suis tribuere poterat,  
in id tamen toto animi studio intenti erant, ut sili-  
cet ipsum observarent. In vanum se subjicere vult

Divisio

PARSI<sup>ma</sup>  
216.

Euli 14. v. 3.  
217.

Ipsi observa-  
bant eum;  
Luc. 14.

caeremonias et ritibus legis figurativa quam diligere se simulant, in vanum sapientibus, responsis captiosas propositiones, quas illi ad ipsum circumveniendum faciunt, avortit, in vanum prohibet eis, quos sanavit, ne miraculum quod ipsorum gratia operatus est, divulgent: his omnibus precautionibus non obstantibus tamen cum observant, ipsius actionibus et verbis iniquum sensum tribunt, censoris oculis quidquid agit et loquitur, examinant, ut in ipsius vita et doctrina reperiant, unde ipsius existimationem et innocentiam obscurare possint, inquit S. Joannes Chrysostomus: Nequam est oculus lividi.

\* Hom. 41 in  
Matth.

Invidia Diaboli  
intraivit in  
orbem terrarum,  
imitantur autem  
illum, qui sunt  
ex parte illius.  
Sap. 2.

\* lib. 1. de Doctrina  
Christi.

Sed cur nequam? Inia, respondet Spiritus Sanctus, est ipsius Diaboli oculus, et omnes qui illius partes amplectuntur, illum imitantur. Sunt multa alia peccata, de quibus, accusari non potest, inquit S. Augustinus\*. Emimvero an ei, exempli gratia, dici possit, tu es ille qui adulterium hoc commisisti? qui furtum istud fecisti? qui hereditatem hanc rapisti? qui tibi et vino te ingurgitasti? nullum horum criminum ipsi attribui potest, sed hoc iure merito ipsi reprobari potest et dici: tu es ille qui primo homini felicitatem suam invidisti; qui exactionem ejus tolerare haud volens, ipsum malitiose perdidisti. Videbas enim a suo Creatore dilectum, ad ipsius similitudinem factum, bonis ipsius ditatum, et in Paradiso Deliciarum collocatum; Iustum a caelo pulsus, Deo exorsus dignam tuam infidelitatis poenam in inferno patiebas: id est quod te adversus illum imitavit, atque ipsum perdendi consilium iniecit: per tuam invidiam mors intraivit in mundum, et omnes qui turpi huic passioni se tradunt, sunt tibi similes.

Vos infelices, qui exemplar istud imitamini, an id unquam scid apud vos perpenderit? Quale Caput, qualis Haerens, qualis pater Daemon? Velle malum pro ipso malo; proximum odisse, non quia ipse vos odit, sed quia felicem cum videre non potestis; non quia de vobis male meritus est, sed quia nimis prestantibus qualitatibus pollet!

Ut ut alii peccatores mali sint sperantur tamen bonum querunt: avarus acquirendis divitiis incumbit, ambitionis existimationem persequitur, impudicus intendit frui voluptate quam ipsi fatale passionis sua objectum tribuit; spes criminosa et mala fundata; sed spes tamen quibus se ipsos passent, dum invidus bonum alienum non nisi maligno intuitu oculo ut illud inviduet, et si potest, destruat.

Inde perversa illa desideria humiliatiois et ruinae proximi sui, pravus illa timor felicitum ipsius successum, clandestina illa molitiones ad rumpenda ipsius consilia, iniqua ipsius agendi rationis ideae quas praebet, callidi soli ibi ut amicos et patronos ipsius removeat.

Inde verba illa ambigua, quibus modo illum exultat, modo deprimat, modo in uno laudat, modo in pluribus aliis vituperat; inconstans illa agendi ratio, ubi certis occasionibus illum blandis amicitiae contestationibus praevenit, aliis vero illum negligit et ignominiosa arrogantia contemnit. Inde denique omnes variae fraudes illae, quas adhibet ad ipsum tantandum et circumveniendum, fallacia promissa illa, quibus nimiam ipsius credulitatem parit, officia illa, quibus eum praevenit, vel simulata reconciliationes illa quae non nisi fallacem extorrem sperat ostendit, ut pernicioris consilii sui minus diffidat, similis in hoc diabolo, cujus fatalis astutia primos parentes nostros perdidit, vel, ut post S. Joannem Chrysostomum melius dicatur, peior ipso diabolo, cujus crudelis amulatio non nisi ad alienam naturam se extendit, cum à contra invidi amulatio ipsum contra partem suam ~~et~~ et sibi similem irritat.

Dicamne oculum ipsius adhuc esse nequam ex alia ratione, quam refert S. Gregorius\*, quando infamibus Sodomitis illum comparat, qui querentes domum loth ut iis, quos hospitio receperat, abuterentur, tanta coecitate percussi fuerunt, ut illius januam nunquam invenire potuerint? Invidi consilium est, ut perdat illos, quorum fama vel prosperitas sua nocet, inquit hic S. Doctor. Ut hoc ei ex sententia suadat, quò eant observat, ad omnia illorum verba, actiones et in seipsum attendit; sed infelix illa

219.  
\* lib. 6. moral.  
c. 10.

non nisi in tenebris incidit, adeo in nocte peccati sui excor-  
catur, adeo Superior quaedam manus super animam suam oculos  
nubos diffundit, adeo magnam difficultatem invenit  
optatum consequendi exitum in immutatione famae et  
innocentia proximi sui.

\* Hom. ii. De in-  
vidia

Ad damne cum S. Basilio\*, quod similis sit vulturibus  
illis, quorum avidus et carnivorus oculus non nisi in vilem  
praedam fertur; muscis illis, quae gratissimos flores rapi-  
da transvolantes, non nisi cadaveribus inhiant; vel Serpen-  
tibus illis, qui dulcedinem et amorem vineae in florem  
amicantis odorem ferre non possunt?

Salis est caritas et malignitas invidia, Si alius  
in calore sermonis improvidum verbum excidit, quamvis alias  
ad edificationem astantium pulcherrima quaeque elo-  
cutus sit, invidia his omnibus leviter intaxat tartis, illud  
exaggerat, quod censura et vituperio dignum ipsi videtur.  
Si alius fama in agro Eulacia gratum odorem diffundit,  
id sufficit ad removendum serpentem hunc, qui illum fer-  
re non potest.

220.

Sed quomodo invidia illum ferre possit, cum ipse  
mat Dei agendi ratio ei displiceat? Ipsius oculus est ne-  
quam, quia Supremus hic omnium rerum arbiter bonus est,  
et quod invidis laudis aut resignationis occasio esse debet  
ret, ipsis querimonia et murmurationis causa fit. An  
oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum?

Tum demum iniquis ipsorum desideris satisfieret,  
si viderent officiosam providentiam in replenda tota illo-  
rum vastitate occupatam. Omnia confundantur et pe-  
reant, nihil refert, dummodo Deus ipsorum propensionem  
sequatur, dummodo ipsius beneficia ad ipsos convertantur,  
ampla et laeta abundantia in ipsorum domo sit diffusa,  
et quod calamitas, humiliatio, paupertas, adversitas voca-  
tur, ab ea removeatur: Verbo verbo, dummodo Deus ad humi-  
liandum vel negligendum ipsorum intentus, eorum vota  
exaudiat, et ipsorum genio se accommodat.

q proximum

Ad haec animum advertite, fratres mei, quod tam ve-  
hementer invidiam vestram irritat in eo consistit, quia  
Deus non agit quod vultis, quia aliis quaedam commoda  
largitur, quae ut ipsis denegaret cuperatis, quia iniquis  
consiliis vestris contrarius impedit, quominus opibus et

honoribus tantum procedatis, quantum ambitus vestra exigit. Inaequalitas agendi rationis quam inuit, vobis displicat, vobisque videtur, quasi modo aliquibus nimis faverat, modo erga alios nimis severus esset, modo impunita relinquens delicta quorum insignem vindictam videre cuperetis, modo negligens virtutes, quae, vestro iudicio, majores quam accipiunt mererentur remunerationes. Nonne totum pondus diei et noctis portavimus? et tamen non plus accipimus quam ii qui ultimi venerunt, inquit nostri Evangelii operarii.

Si hinc justificanda esset Sapientia et adoranda Dei agendi ratio, dicerem vobis cum Salviano, nihil temerò fieri in rebus providentia, ibi omnia examinari, discerni, judicari cum recta et Suprema ratione. Ibi videtis cum pervertentem in sua indignatione populum idololatram, qui ipsum cultu saevilegi quem vitulo auras exhibuit, graviter offendit: hinc vicum Moysis sententia lapidibus obrutum quod contra expressam prohibitionem Sabbatho ligna collegisset. Modò Nadab et Abiu morte punitos, quod ignem alienum in conspectu Domini obtulerint; modò Moyses laudatus et benedictus, quod ipsi cum omni possibili fidelitate servierint. Nihilominus haec gratia huic legilatori concessa occasionem dederunt Core, Dathan, et Abiron, necnon alii ducentis quinquaginta viris adversus ipsum insurgendi, fama ipsius et fratris ejus Aaronis detrahendi, atque protervè contra eos conquerendi et dicendi: Sufficiat vobis, quia omnis multitudo Sanctorum est, et in ipsis est Dominus: cur elevamini super populum Domini?

Num. 16.

Doloranda hominum coecitas, exclamat hinc Salvianus, Sortes sua inquieti et turbati, aliorum sortem tranquille ferre non possunt. Si etiamnum quorum vita moderatior esse videtur tamen propterea hoc vitio non sunt exanti. Maria Soror Moysis cum indignatione cernit benedictiones divinas in hunc fratrem cadere; ipse Aaron id aegre fert. At verò si fratres et sorores invidiosae tentationibus succumbunt, quid alieni non faciant?

\* lib. i. De yubar. Dei

Vos malevoli qui cum tanta injustitia adversus Sapientiam et adoranda providentiae decreta mormuratis, De quo conquerimini? An quia vel vitium impunitum, vel virtutem sine remuneratione relinquit? Si cupitis ut vitium

222.

puniat, à quo optatis ut incipiat? an à vobis? ut ut vai sitis tamen vultis ut vobis pareat, ut oculi eius, qui minaces intuitus vibrant in illos qui malè agunt, velut super vos sint clausi.

Si petitis ut virtutem remunerat, an à vobis ini-  
pare debet? Habetisne hanc virtutem? An soli eam  
possidatis? Quot vanaqui Sancti in obscuritate et  
pulvere delitescunt? Quot electae animae in igne tri-  
bulationis, et, prout ait Propheta, in camino pauperta-  
tis probantur?

Fraterca ubi Princeps ille qui morosa subditorum  
suorum desideria sequatur? qui se ad ipsorum genium  
conformet? qui se iniqua ipsorum voluntati subdens,  
eorum passionum se mancipium efficiat? An vestrum  
est Omnipotenti leges imponere? Et quando agit ex le-  
gibus justitia et supremis Domini sui, an vestrum  
est conqueri de bono quod non vobis sed aliis praestat?  
» An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? an mi-  
hi liberum non est facere quod volo? tolle quod tuum  
» est, et à me provenit, et vade.

En, fratres mei, presentissimum et singulare reme-  
dium contra invidiam, muneribus et commodis, quae in  
proximo vestro videtis, irritatur, et hoc peccatum vos-  
trum constituit: Suffocate querimonias vestras, et portio-  
na vestra estote contenti, et hoc vos ad renunciandum  
peccato vestro adducit.

Pars 2. da  
223.

Si attentè consideramus quamnam sint invidorum  
consilia et cogitationes, praestantur rationes quibus inni-  
tuntur, fragilitas et tenuitas bonorum, quae sunt ma-  
gis ordinaria iniqua ipsorum cupiditatis causa, exi-  
guum jus quod in hac bona habent, ipsa utilitas ea  
non desiderandi: Si haec omnia serio consideramus, in-  
vaniamus in ipsorum agendi ratione tantam esse va-  
cillitatem, ac injustitiam quantum mentis debilitatem  
ac cordis corruptionem.

Quid ita commovet operarios illos, de quibus in  
Evangelio fit mentio? Quanam causa contentionum  
et mormurationum suorum? Denarius, modicum  
ultra denarium hunc lucrum ipsos placasset; sed

quia dicitur, et quantum arbitrabantur, cum majori af-  
 fuitate et molestia laboraverunt quam alii, non nisi  
 cum moerore modicam hanc summam accipiunt, ac-  
 ceperunt Singuli Denarium. Quale etiamnum jus ha-  
 bent in hunc Denarium? non aliud, quam quod ipsis  
 Dator familias tribuit, qui sine ulla, quantum ad se,  
 necessitate omnibus hanc mercedem concedit: Nun-  
quid convenisti mecum de Denario dionis? Quid con-  
queris? renuncians conventionem et pactum,  
 quod ab ipsius gratuita bonitate provenit.

Denique si hoc Denario contenti essent, an inde pejus  
 pejus haberent, et an Dominus, cui servant, ipsis  
 aliquam facit injustitiam? immanitate ergo conquerun-  
 tur: Ipsi significat, quod nullam de sua agendi ra-  
 tione conquerendi sis causam det, Non facio tibi inju-  
riam. Tolle quod tuum est, quodque tibi ultro dare  
volo, et vade.

Deploremus hinc coecitatem invidorum, quorum  
 hi operarii sunt figura, et in omnibus his circumstan-  
 tiis vera et singularia ad ipsorum passionem qua-  
 ramus remedia. Fragilitas et mediocritas bonorum quo-  
 rum possessionem proximo suo invident; primum re-  
 medium: exiguum jus quod in haec bona habent; se-  
 cundum remedium: Ipsamet bonitas qua Deus ipsos com-  
 plectitur, eorundem possessionem ipsis denegando;  
 tertium et ultimum remedium.

Fragilitatem dico et mediocritatem bonorum, quae  
 magis ordinariae causae sunt invidia innumerorum  
 hominum. Non propter fortunas permanentes et eter-  
 nas inquietantur, sed solummodo propter figuras quae  
 pertranscunt, non propter bona solida et realia, sed so-  
 lummodo propter phantasmata: quae non nisi speciem  
 habent bonorum, ut in sacra Scriptura modo umbrae, mo-  
 do agitati maris spuma, modo ficti colores, qui intranti-  
 um oculos decipiunt, verbo, vera nihilia vocantur,  
 et sunt.

Non nisi nihilum erat id quod infortunatum Achab tam vehementer agitabat. Misar Princeps, te prope super lectulum tuum morore tabescens quasi meliorem Regni tui partem amiffes, et de qua tamen re agitur? De vinca quam possidebat Naboth, et quam in hortum oleum convertere volebas; Da mihi vineam tuam ut faciam mihi hortum oleum.

Non nisi nihilum erat quod Regem Saül eo induxit, ut crudele consilium caperet unum ex fortissimis et fidelissimis subditis perdandi. Obocato Princeps, cujus mentem invidia perturbavit, an quid agas perpendis? Cantilena mulierum et mulierum quae quodam gratitudinis erga liberatorem suum impetu Dextaritate illius et fortitudinis testimonium reddunt, te in furiosos conjicit pavores.

Genes. 37.

Non nisi nihilum erat quod filios Jacob morore afflicto, ipsorumque fraticidas manus contra Joseph armabat. Audite, inquit cum summa ingenuitate ad illum, somnium meum quod vidi, putabam nos ligare manipulos in agro: et quasi consurgere manipulum meum, et stare, vestrosque manipulos circumstantes adorare manipulum meum. Ad hoc somnium indignati fratres ejus responderunt: Nunquid Rex noster eris, aut subjiciemus ditioni tuae? Imò ulterius progressi sunt, quando quidem S. Scriptura notat quod haec somnia et sermones invidiam et odium quo ipsum persequabantur, magis adhuc illos irritarunt. Haec causa somniorum atque sermonum invidia, et odii fomitem ministravit.

225.

Vos qui infanti et barbara huic passioni vos traditis, num id quod proximo vestro invidatis, praestantius est? Non est nisi somnium et inane spectrum ac nihilum quod vos inflamat, et merito S. Spiritus dixit quod si iramanda stultum interficiat, parvulum occidat invidia.

\* Job. 5.

\* lib. 5. moral. n. c. 30. et 31.

Sane, inquit S. Gregorius\*, illis solis invidemus, quos velut supra nos erectos intramus. Adeoque quos hoc peccatum occidit verè parvuli sunt, cum sibi ipsis testimonium perhibeant, quod infra illum sint quam tantam quam dignum emulationis suae objectum intuantur. Cuius addit hic S. Beter: | et ipsa erat major quam Abel, et Esaii | jure primogeniturae suae Jacob vincebat, attamen uterque

vili et infami invidia passione se ipsos, ut ita dicam, de  
 gradu suo disturbabant, honorisque locum, qui plene ju-  
 re ad illos spectabat, deserebant, at illum etiamnum  
 inviti fratribus suis natu minoribus cederent, quorum  
 prosperitatem ferre non poterant. Brataria quid ipsis  
 invidabant? bona fragilia et modica, obolum, Janari-  
 um, nihilum: Brimum invidia remedium, si is qui eam  
 sibi dominari sinit, ad illud attendere vallet.

Verum quoniam jus habet ad istud bonum, obolum, 220.  
 Janarium, de cuius dispensatione conquisitur? Alterum quod injusta  
 peccati huius remedium. Ut ab illo Janamini, notato,  
 quare, quod Dei voluntas fuerit, ut aequaliter distribuere-  
 tur bona temporalia. Hominem in statu creaverat, in quo  
 propriam suam consulendo rationem se intra limites sibi  
 ab ipsius providentia manu praescriptos continisset; sed  
 vix per suam inobediantiam à pulchro hoc ordine et sa-  
 pienti moderations recessit, tum ultra metas abruptus est.  
 Non attento quod totus mundus ad ipsum pertineret, quod  
 creatura et elementa ad ipsi omnes voluptates et abun-  
 dantiam quam desiderare poterat, conciliandas operam su-  
 am praestarent, eosque sua cupiditas ipsum pervertit, postea-  
 vique illius sibi imaginantes quod alii commodiora aut uti-  
 liora loca possiderent, deprehenderunt se minorem habere  
 portionem quam fratres ipsorum.

Inde avaritia, ambitio, invidia cor hominis occupavere,  
 et per haec peccata totum jus amittere meruit quod Deus  
 statim initio Adamo concesserat super creaturas, quodque  
 conservasset, si in sua innocentia perseverasset. At illo  
 tempore nullum ergo jus amplius habemus, et secunda Domi-  
 ni voluntas est, ut eo quod nobis dat, contenti simus. Ar-  
 gentum, inquit, quod possidetis, meum est, aurum quod  
 habetis, non ad vos sed ad me pertinet, meum est aurum, me-  
 um est argentum. Aggai 2. Locus quem occupatis, est locus in quo ego  
 vos posui, pulchritudo quam habetis, non est nisi debilis mea  
 splendor, ego sum qui vos vivo et qui vos humilio, qui vobis  
 vitam et mortem tribuo, qui vos dico et qui depaupero, pro-  
 uti à re esse iudico. Omnia quae habetis, omnia quae fra-  
 tres vestri possident, à me proveniunt, et cum ex hac ratio-  
 ne ad ea nullum jus habeatis, quae vobis conquirendi causa,  
 quod majori portione donati sint, quam vos?

227.

Excellens Iumentum, ex quo charitas proficit, at ex  
invidia tristatur. Admiranda Cae, ex qua virtus hae ma-  
qua commoda eruit, ad satisfaciendum prosequis vitae viri-  
lis et christianae officii, sed ex qua peccatum istud rectum  
ordinem perturbat, et sanititatem Iudicore afficit. Vix  
Abraham et loth ex Aegypto egressi sunt, et terra eos cape-  
re non poterat ut habitarent simul propter greges eo-  
rum et multam substantiam, inquit sacer textus: Nequibant  
habitare communiter. Frequentes contentiones oriuntur  
inter pastores ipsorum, et quia quilibet Hari sui utilitati-  
bus cum nimio ardore prospicit, annulatis ipsos dividit.

Quis hunc agendi modum non miratur? Pastores loth  
bonorum Abrahami, qua ad ipsos non pertinent, sunt annuli,  
et Pastores Abrahami fave non possunt abundantiam et pros-  
peritatem loth, qua ipsos non aliter tangunt quam servum  
tangant ea qua Harum, cui famulatur, respiciunt. Omnes  
Sumus Servi Dei, bona qua nobis dat, ab ipso proveniunt,  
ea qua fratres nostri possident, pariter ab ipso acceperunt:  
~~quod habemus~~ Quodnam ergo jus ad ea nos omnes habemus? Et non aliud  
q habereamus quam quantum providentia ipsius nobis dare placet; cur offen-  
dimur, cum alios videmus plura, quam nos, possidere?

\* i. Cor. 12.

\* Nunquid omnes Apostoli? quare S. Paulus, Nunquid om-  
nes Prophetae? nunquid omnes Doctores? nunquid omnes  
variis linguis loquentur? nunquid omnes eas interpretandi  
donum habent? an pedis est dicere, vellem esse oculus? an  
ad manum pertinet invidere auditui aut alii sensui felici-  
tatem suam? Deus est qui plura membra in eodem corpore  
ponit, ipse est, qui unumquodque eorum ubi voluit collocavit,  
\* ponit membra unumquodque eorum in corpore sicut voluit.

ibid.

Qualis confusio in corpore naturali esset, si ipsius partes suis  
officiis non forent contenti; et qualis alia confusio est in  
corpore morali et Christiano, cum fratribus nostris locum,  
quam occupant, invidamus, et male nos esse locatos conque-  
rimur?

228.

Mystica animalia illa, qua visum illam, de quo lo-  
quitur Esaias, trahabant, non erant ejusdem speciei. Ibi  
erat leo, aquila, bos: et tamen inter haec animalia tanta  
deprehendebatur consensus, ut unumquodque ante faciem suam  
gradiretur, nec retrocederet, nec subsisteret, nec animadver-  
torat, quomodo rapidam hanc traheret machinam. Bos aquila

leum non affectabat, nec aquila leoni suum invadebat: Prae-  
 clara figura Status in quo essent omnes Christiani, si Spi-  
 ritu Jesu Christi viverent. Qui ad laborem sunt destinati  
 tranquille viderant fratres suos cognitionum suarum sub-  
 limitate et mysteriorum nostrorum penetrations ad coe-  
 lum usque volut aquilas se evahere: et ii quos alta conditio  
 commendabiles effiit, cum gaudio cernerent fortitudi-  
 nem et intrepiditatem leonum ad superanda maxima  
 obstacula in absoluteione ejusdem operis. Uno verbo, om-  
 nes magni et parvi, indocti et docti, pauperes et divites,  
 debiles et fortes sua sorte essent contenti, et sive plu-  
 ra, sive pauciora talenta possiderent, cum laetitia et fi-  
 delitate in idem ministerium conuocarent.

Invidia sola est quae se male locatam invenit, sola  
 quae tumens Superbia, vel avaritia contabescens, de sua  
 portione conqueritur, sola quae insatiabili et morosa in-  
 piditate oboscata, se infra meritum suum accipi arbitra-  
 tur, et suo officio contenta non est. Operarii, quos Gater-  
 familias in suam vineam misit, conqueruntur de sibi  
 facta injustitia: sed ut ut exiguum habeant rationis et  
 aequi iudicii usum, quod ipsis respondet, omnes illorum  
 murmurationes reprimere debet. Nonne convenistis me-  
 cum de Denario, quem ultro vobis dare volui? cur de eo  
 quod aliis tribuo, solliciti estis? quamnam vobis facio  
 injuriam? Amice non fauo tibi injuriam.

Procul ut vobis injuriam faciat, an nescitis, quod si  
 secundum vestrae fidei principia vos gerere velletis, mi-  
 sericordiae Dei aeternas gratiarum actiones agere debe-  
 retis, cum in distributione divitiarum et honorum saeculi,  
 pauciores vobis clarigitur quam iis, quorum exaltio-  
 nem et abundantiam ferre non valetis? An nescitis, quod  
 ipsis invidetis id quod forte ipsorum reprobationis cau-  
 sa erit, id cujus malus usus vos ipsos damnaret, id cujus  
 privatis vobis ex hoc principio utilior est quam possessio?  
 ultimum remedium, quod obstinatissima etiam invi-  
 dia adhibitum aptum est ad eam cum gratia Dei, sanan-  
 dam.

Et sana bona illa, quae non nisi cum impatienti ames-  
 latione in aliis videtis, dignitates illae et honores, quo-  
 rum fallax splendor oculos vest<sup>11405</sup> mali affectos laedit,

plurimumque ad nihil hinc quam ut passiones illorum qui eos possident, magis iritent, illos impellant ad committendas plures injustitias contra proximum suum, ad rebellandum in Deum cum majori insolentia et scandalo.

Talis qui illius recordatur tempore paupertatis et miseriae suae, illum facile obliviscitur, cum in alio se statu collocatum videt. Talis qui in nebulosis et frigidis illis tempestatibus, ubi indigentia et bellum illum humiliabant, ei subiectus erat, audacter caput in altum erigit, ubi suavior tempestas ipsi opulentiam et pacem reducit, quod illum in officio continere deberet, plerumque insolentem efficit et arrogantem; quod ipsi justam gratitudinem inspirare deberet, illum ad altiorum ingratitude et acerbiorum contemptum impellit; quod ipsi plerumque christianarum virtutum proximam suam efficere deberet, illum impietati et belluinationi fortius implicat.

Post haec an annulis oculis prosperitatem et abundantiam, quae potius commiserationem meretur quam invidiam, intuebitur? An non à contrario benedictis divinam misericordiam, quod vestri gratia haec salutis vestrae obstacula removerit, ac à manibus vestris mortifera haec arma quae lethalia vulnera vobis inflixerunt, extorsit?

- » Pratensam felicitatem huic homini invidetis, inquit S. Augustinus\*, sed ignoratis quanto illa ipsi steterit, et quantum duratura sit, et quis illius finis sit futurus. Hodie videtis illum supra alios erectum; cras demum hinc pertransite, forte non amplius eum videbitis. Simili sumus qui quamprimum intumescit dissipatur, subito disparabit, nihilque ipsius post illum remanebit. Ubi pertransieritis caput vertite, si Deum ante vos habetis, nihil nisi fumum post vos videbitis, post te fumus est, si ante te Deus est. Ipsi sunt pulchrae possessiones et magnus apparatus, magnifica habitatio et splendida vestes, illum felicem creditis, et quod est vos astra cuperatis, sed moriendo haec omnia

\* In Psal. 36

relinquat, et ex hoc mundo nihil suum auferat nisi vel ea  
bona vel mala sua opera. An dives ille in Evangelio et  
adeo famosus in medijs flammarum bysso et purpura et  
indutus apparuit? Quando ad refrigerendam liquam et  
suam guttam aquae postulavit, habuitne in illo tor-  
mentorum suorum loco id quod in convivis suis habue-  
rat? Equidem verum est, quod corpus ipsius pretio-  
sis hircis fuerit involutum, atque magnifico tumu-  
lo inclusum; sed hi honores insensibili duntaxat ca-  
sari exhibebantur, et defuncti anima nullam in  
eis partem habebat. Varium quid ipsi proderat corpus et  
suum pretioso sudario coopertum esse et exquisitis et  
unguentis conditum, dum interim anima ipsius horri-  
bilia supplicia in inferno patiebatur!

O dignum justae emulationis objectum! An divi-  
tum et potentum mundi, quibussum vivitis, felicior  
sors erit? Id equidem ita exopto; sed praesentis vitae felici-  
tas saepe fatale fert omen pro futura felicitate. Si  
quorundam bonorum amuli estis, tunc cum S. Paulo, ca-  
amulemini qua Dei cultum et propriam vestram sancti-  
ficationem respiciunt. Quapropter nobilem et sanc-  
tam hanc habeat emulationem, de qua loquitur, nempe  
quis vestrum erit humilior, benignior, suis commodis  
minus studens, fidelis in suo officio, patientior in suis  
afflictionibus, in omnibus vita eventibus voluntati di-  
vinae magis acquiescens.

Non vobis dicitur ut nihil desideretis, id duntaxat  
vobis dicitur, ut nihil desideretis nisi quod vobis di-  
gnum sit; cupiditatis, qua vos damnaret, loco substi-  
tuit charitatem qua vos salvabit, sique directè est  
contraria. Oculis vestris hanc charitatem superponite,  
tum nullos amplius iniquos intuitus in fragilia bona  
illa coniciant, solum ea qua solida et aeterna sunt, requirant.  
Oribus vestris et linguis hanc charitatem superponite,  
non nisi vestram et proximi vestri sanctificationem  
deponant. In cordibus vestris hanc charitatem reponite,  
omnes illorum motus purificabit, et quod turpis invidia  
corumpabat, pia sanctificabit emulatio, ut in aeternum  
vera et solida felicitate fruamini.

S. Aug. in Psal.  
21.

## Documenta Moralia

Sensa Patrum, Theologorum, et Con-  
cionatorum circa invidiam, amulatio-  
nem, &c.

232. " Non est quod aliquis existimet invidia malum una  
" specie contineri, aut brevibus terminis et angusto fi-  
" ne ~~concludi~~ concludi, inquit Sanctus Cyprianus\*,  
" late patet Zeli multiplex et foecunda perniciosa. Radix  
" est malorum omnium, fons cladum, Seminarium deli-  
" torum, materia culparum. Inde odium surgit, animo-  
" sitas, inde procedit, inde nascitur avaritia quae ditiores  
" se ferre non potest, Inde iritatur ambitio quae nonni-  
" si cum mortali tristitia videt honores et dignitates in  
" exteros transfari, quas ipsa potius mereri se autumat.  
" Inde oritur Dei contemptus et salutarium Iesu Christi man-  
" datorum. Invidus est superbus, crudelis, perfidus, impa-  
" tians, rixosus, furibundus; et quod magis inauditum est,  
" ubi hanc passionem sibi dominari permittit, vix ampli-  
" us sibi imperare valet, ut à tot tantisque peccatis con-  
" rigatur. Si pacis vinculum rumpitur, si iura fraternae  
" charitatis violantur, si veritas corrumpitur, simulatur,  
" haec omnia mala saepe suum trahit invidia.

## II.

233. Ibid. " Quodnam gaudium huiusmodi characteris homo in hoc mun-  
" do habere potest? Zelare in altero vel virtutem ejus,  
" vel felicitatem, id est adesse in eo vel merita propria,  
" vel beneficia divina, in malum proprium bona aliena  
" convertere, illustrium prosperitate torqueri, aliorum  
" gloriam facere suam poenam, velut quondam pastoribus  
" admoveo canis, cogitationibus et sensibus suis ad-  
" hibere tortores, qui se intestinis cruciatibus laerent, qui  
" cordis sacra malevolentia unguibus pascent, et in illud  
" exerceo crudele officium barbararum manuum illarum,  
" quibus justitia ~~hominum~~ divina et humana utitur  
" ad puniendos sceleratissimos homines. Non cibus talibus  
" latus, non potus potest esse jucundus: Suspiratur semper,  
" ingemistitur et dolatur, dumque ab invidis nunquam  
" livor deponitur, diebus ac noctibus pectus obsesum sine  
" intermissione laniatur.

## III.

Aliqui manus meas osculando me serpentis lingua te  
 discerpabant, inquit S. Hieronymus\*, et ex sermonibus et Epist ad Ansel-  
 mus videbantur esse doloris mei participes, dum cor illo - u<sup>lam</sup>  
 rum pro gaudio exultabat.... Hic gressus meos ridendi - u<sup>ce</sup>  
 que modum vituperabat; ille vero sub vultu mei sim- u<sup>ce</sup>  
 plicitate mysterium aliquod latere suspicabatur.... u<sup>ce</sup>  
 crudelis invidia que te ipsam prima impetis!

Roma in omnium ore et sermone erant Paula et Mar-  
 lania, qua abjectis divitiis suis concem amplexa sunt. Si u<sup>ce</sup>  
 ad balnea pergerent, si unguenta diligenter, si bona sua u<sup>ce</sup>  
 et viduitatem vitio et libidini consecrarent, tum matrona u<sup>ce</sup>  
 appellarentur, et vult sancta haberentur. Verum hodie u<sup>ce</sup>  
 puris amoribus in cinere et lacis, quibus cooperiuntur, sunt u<sup>ce</sup>  
 sedita; hodie se ipsas damnant cum suis ciliis et absti- u<sup>ce</sup>  
 nentis; neque enim placet, ut more aliorum se perdant. u<sup>ce</sup>

Si idololatras vel Judaei ipsarum vivendi modum dam- u<sup>ce</sup>  
 narant, hanc saltem caperent consolationem, se nempe iis u<sup>ce</sup>  
 displicere, quibus ipsemet Jesus Christus non placuisset. Sed u<sup>ce</sup>  
 heu! Christiani non advertentes trabem, qua in ipsorum u<sup>ce</sup>  
 oculis est, negotia sua deserunt, ut in oculo fratris sui festu- u<sup>ce</sup>  
 cam quaerant, pia vituperant consilia et proposita, et vult u<sup>ce</sup>  
 magnus damnatorum numerus ipsorum crimina propria u<sup>ce</sup>  
 et poenas diminueret possit, nullos amplius extare super u<sup>ce</sup>  
 terram probos arbitrantur..... Dimittit me esse magnum u<sup>ce</sup>  
 Judaei de Salvatore meo dixerunt, et S. Paulus tanquam sedu- u<sup>ce</sup>  
 tor habitus est. Proterea quid pertuli, ego, qui sub vexillis u<sup>ce</sup>  
 Jesu Christi dimico? me calumniantur, sed bona et mala u<sup>ce</sup>  
 fama conducunt ad lucrandum coelum.

## IV.

Mutuo junctura colloqui, mutuisque officiis se se complecti- u<sup>ce</sup>  
 ti, modo simul oblectari, modo serio agere, super quibusdam u<sup>ce</sup>  
 rebus convenire sine adulatione, super aliis dissentire sine u<sup>ce</sup>  
 odio, ut exiguis contentionibus, quae rarissime duntaxat u<sup>ce</sup>  
 accidunt, mutuae consensio et amicitiae sal ad datur; u<sup>ce</sup>  
 docere aliquid amicum et vicissim ab illo doceri; ipsum; u<sup>ce</sup>  
 quando absens est, cum quadam impatientia praestolari, re- u<sup>ce</sup>  
 ducem cum tenera laetitia amplecti: hoc est, quod S. Augus- u<sup>ce</sup>  
 tinus diligere nuncupat\*; sed hoc etiam est, quod opinioni- u<sup>ce</sup>  
 bus et propeensionibus invidi dirarte est oppositum. Fortè u<sup>ce</sup>  
 oblectatur et corridat cum iis, qui se amicos illius esse arbitran- u<sup>ce</sup>  
 tur; fortè ipsos anterioribus tenentitudinis demonstrationi- u<sup>ce</sup>

» bus amplectitur; sed non est nisi coactus visus, qui nunquam  
 » animam ingreditur, non sunt nisi amplexus et oscula  
 » politica, quae periculosa infligunt vulnera, quam acer-  
 » bissima Sinceri alius amici proba.

Si semper paratus est ad recipienda obsequia, prava  
 ipsius passis impedit, quominus mutua rapandat. Multa  
 ta promittens, sed perfidus et infidelis promissis suis, eorum  
 dem executionem clam interturbat; nimis se ipsis contentus,  
 postquam optavit, et commoda fortuna spem dedit ei,  
 quam deludit, fallit et datam spem avellit.

Si cum iis qui maligna annulationis suae sunt objecta con-  
 venire videtur, tum id agit in tantum duntaxat in quantum  
 scilicet commoda ipsius et fraus exigunt. Illius contentio-  
 nes à contra omnes sunt seriae, et quamprimum quidpiam  
 invenit, quo eas tueri valeat, tum idem odium quod illos  
 suscitavit, illos etiam fovet. Si ipsis novum quoddam annun-  
 ciat, tum id fit ad illos tentandum; et si ab illis quidpiam  
 tale audit, tum in iis quaerit unde ipsos in verbis suis  
 capiat: An non melius esset ipsum habere a partum ini-  
 micum quam amicum? Ipsius blanditiae magis sunt for-  
 midanda quam similitudo; est alter Joab, qui Amariam  
 amplectitur, ut eum confodiat; Est, inquit S. Gregorius  
 Nazianzenus\*, alter Herodes, qui innocentes quaerit, ut  
 eos morte afficiat, alter Judas, qui Dominum humeroscu-  
 latur, ut eum prodatur et inimicis suis tradat.

2. Reg. 20.

\* Epist. 190

\* S. Prosper lib. 2.

De vitia con-  
 complativa  
 c. 4.

V.  
 \* Invidi amici Diaboli, sui ipsorum inimici, odiosi  
 at intolerabiles omnibus illis, quibus noti sunt, fa-  
 ciunt ex virtutibus justorum proprium suum peccatum,  
 tum, sive <sup>quia</sup> non credunt bonum, quod de ipsis dicitur,  
 sive quia optimis et laudabilibus ipsorum operibus  
 iniquum tribuunt sensum, ad credendum, quod de aliis  
 dicitur, malum faciles et ad illud referendum valent si  
 ipsi et illud viderent, ad impugnandum, commutan-  
 dum et minuentium bonorum operum ipsorum ob-  
 stantia. Si qui ipsis sunt contrarii aliquos progressus  
 faciunt, inde affliguntur; si culpam admittunt, inde  
 latantur. Ad gaudenda anxii, ad plangenda latii, utro-  
 que perversi. Inter amicos discordias seminant, discor-  
 dantes ad tempus si possunt, in dissensionem confirmant.

Amicitias simulant, ut eos qui se incaute ipsis commiserunt, ce-  
qua possunt arte decipiant, prodigi Secretorum, tena- u  
ces malorum s.

Tandem usque ad hanc iniquitatis speciem fave-  
niunt, ut virtutem odio habeant, illos qui eam dilin-  
gunt persequantur, et sic semet ipsos à communio-  
ne Sanctorum separant. Quilibet aliorum qualitates,  
ex quibus, si eas diligerebant, magna commoda conse-  
re possent, ipsos iniquos afficiunt propter odium,  
quo eas prosequuntur, et mala, quibus illos, qui eas  
possident, afficiunt. \*Faciliter à communione bono-  
rum se ipsos excludunt, ut illud bonum jure non sit  
cis, quod persequuntur in bonis.

\*5. Prosper  
loc. cit

## VI.

Impudici et adulteris inquinati iniqua volupta-  
tis fructum saltem, ut putant, aliquam capiunt, et bre-  
vi tempore peccatum committunt, sed invidi se puniunt,  
et longè prius quàm alios torquesant, se ipsos cruciant. In-  
sorum passio nullas ipsis concedit inducias, ipsorum  
crimen committitur et semper durat. Diabolo si-  
miles, qui de malis nostris gaudet, in proximi sui  
calamitatibus satisfactionem suam inveniunt.  
Si ipsis malum aliquod evenit, tunc respirant. Jae-  
turas ipsius lucrum suum arbitrantur, commoda ve-  
rò ipsius tristitiam suam augent. Denique non tam  
considerant bonum, quod ipsis advenit, quàm calami-  
tatem qua alios premit.

237.

An non tales homines lapidari debent, inquit S.

Chrysostomus\*, an non omni cruciatu torquendi sunt  
rabidi canes isti qui unumquem abatroant, incarnati  
Diaboli isti, et fures illis, quas fabulæ commentæ sunt,  
peiores? Sicuti dantur animalia que non nisi luto se  
nutriunt, ita etiam infames isti non nisi aliorum mi-  
seria pascuntur omnium hominum inimici. Sape nos  
miseret animalium quando occiduntur; sed tu ô monstrum  
crudelitatis, quando vides aliquem hominem sanatum,

\*Hom. 42. in  
Matth.

furibundus fit, velut ferox bestia, linguas at proa tadio  
tabescit.

## VII.

Ubi invidia semel cor corripit, tunc externa signa  
producit, quantum sit vulnus illud quod hae passio anima  
infligit. Color pallore afficitur, oculi deprimuntur,  
mens accenditur, membra frigesunt, dentibus stri-  
datur, et quò magis in secretis anima sinibus odium  
semper crescens occultatur, eò crudelius conscientia  
excruciat.

In hoc statu invidus nec de bono quod ipsi advenit,  
laetatur, ipsum sine intermissione aliena torquente fe-  
licitate, ipsius anima moerore oppressa, fastidio ta-  
borans, et lethaliter vulnerata nullam quietam inve-  
nire potest. Quò altius prosperitatis proximi sui edi-  
ficium attollitur, eò profundius invidia fundamentum  
in mente sua suffoditur: quò magis alii in bono progre-  
diuntur, eò citius ipse se in abyssum praecipitat in qua la-  
peditur. Trunatus status, ubi praeclaras qualitates ip-  
sius, quae in ipsius anima se in altum tollere videban-  
tur, velut ruinae universali involvuntur, quia quan-  
tum invidia illam corripit, omne bonum quod ipsi  
in ea occurrit, consumit.

## VIII.

Charitas patiens est, benigna est, non amulatur,  
inquit S. Paulus\*. Patiens est, quia illata mala acqui-  
miter tolerat, addit S. Gregorius\*. Benigna est, quia pro  
malis bona largiter reddit. Non amulatur seu invida non  
est; quia cum in hoc mundo nihil desideret, ignorat  
quid sit cum invidia videre temporalia aliorum conno-  
da. Superbia non inflatur; quia cum humili inquietitu-  
dine remunerationes aeternas expectans, de bonis tempo-  
ralibus et perituris neutiquam gloriatur. Nihil agit per-  
ram: amor quem erga Deum, et proximum habet, visum  
ipsi aufert omnium eorum quae sunt contra aequitatem et  
justitiam. Non est ambitiosa: quò magis internis, quae  
ipsam respiciunt, bonis occupatur, eò minus desiderat exter-  
na quibus alii fruuntur. Non querit quae sua sunt, ipsa  
quae omnia fluxa velut sibi extranea negligit, nec quid-  
quam velut sibi proprium agnoscat nisi id quod in aeternum  
secum permanere debet. Non iritatur, cum animi laborum  
et contradictionum quas suffert, maximas remunerationes  
expectet, nunquam se, quibuscumque denique injuriis afficia-

S. Greg. lib. 8.  
Moral. c. 31  
238.

239.

\* 1. Cor. 3.  
\* lib. 1. moral.  
c. 11.

tur, vindicta motibus ullis permittit. Non cogitat malum, ipsa quae mundans mentem, firmans cor, et minimas usque alii videntes evallens, quidquid eam inquinare potest, ignorat. Non gaudet super iniquitate, enimvero universim omnes homines diligit propter Deum et ipsorummet inimicorum suorum perditio ipsam affligit. Congaudet autem veritati; quia diligens alios sicut se ipsam, non minus de ipsorum profectu quam de proprio latatur. Perio admodum omnes hos charitatis christiana caritates considerate, et detegatis ex illis, quantis modis invidia sit ei contraria: Invidia impatiens, ferox, immoderata, crudelis, sua querens, superba, amica peccati de quo latatur, inimica veritatis et virtutis quas odit.

## IX.

240.

Invidia in injustitia quam proximo facit, videtur servare quamdam aequitatis speciem per poenam qua invidos afficit. Haec ratione possumus dicere cum S. Gregorio Nazianzeno\*, \* orat. 27. quod in uno sensu sit justa, et in altero injusta, justa respectu subjecti sui, quod <sup>est</sup> anima invidi quam dilaniat, injusta respectu objecti sui quod est proximus, cuius felicitatem ferre non potest. Per eam invidus fit proprius suus carnifex, et sentit crudellem hanc passionem in se ipso agere, quae iuncta laudatum S. Patrem est velut gangrana et pestis quae quod in ipso sanius est corrumpit. Per eam justitia divina iam in hoc mundo se de peccatore uliscitur, in quo videtur funestum hoc Dei oraculum impleri, quando ait, quod positurus sit in eo ignem, qui devorabit eum.

Invidia est ignis, supplicium, addamur, infernus invidi, ignis ardens et vermis intolerabilis sunt duae poenae damnatorum; et infelix iste eas sibi iam in hoc mundo per anticipacionem accersit. In inferno damnati agunt poenitentiam sine fructu: et an non ferre admodum <sup>est</sup> status illius? patiuntur propter peccatum quin tamen illud expient: et an crudelis haec passio quae ipsius martyrium constituit, placet divinam justitiam quam offendit? Calamitas sine remedio est odisse felicem.

Gloria Beatorum in coelo tormentum reproborum in inferno constituit. Divas epulo tantum pati videtur visu Lazari in sinu Abrahae, quantum violentia flammaram, inquit sanctus Pater Chrysologus. Non postulat esse cum ipso in sinu hujus Patriarchae, solummodo impit, ut ipsum

ad suos fratres mittat, quasi vult ut Lazarus ad prioram suam  
misericordiam rediret. Quidquid sit, possumus dicere, quod invi-  
dus sibi peculiaris supplicium faciat ex felicitate fratrum  
suorum, quod ex illorum prosperitate moror ipsius et tris-  
titia nascatur, quod forte parum curaret se esse miserum, dum  
modi crudeliter haberet consolationem videndi eos cum ipso  
etiam miseria premi.

## X.

241.

Ab invidia velut à fonte venenato flunt immunda  
aqua illa, quae proximi famam obscurant, profunda aqua  
illa, quae solidissima ipsius merita sepeliunt et supernata-  
re non sinunt nisi superficialia et leviora; amara aqua illa  
quae ipsum occidunt, et quae ubique fatalem faciunt corrup-  
tionem.

Quando S. Paulus de peccatoribus loquitur, et praecipue  
de invidis, ipsos intuetur velut sicarios qui non nisi caecos spi-  
rant, plenos homicidio, velut fraudulentos qui proximo sus-  
tendant laqueos, ut callida sua malignitate illum capiant,  
dolo, malignitate, velut calumniatores, maledicos, superbos,  
insanos, qui mille crimina excogitant ad labefactandam  
famam optimè stabilitam, velut monstra quae cum nonni-  
si figuram hominum habeant, se ipsa sunt sine amicitia,  
sine commiseratione, sine bona fide, detractores, superbi,  
vi, inventores malorum, insipientes, sine affectione, absque  
foedere, sine misericordia.

## XI.

Quod hic Apostolus dicit de idololatriis, quos Deus quem  
non adoraverunt, quamvis illum cognoverant, tradidit  
in reprobum sensum, speciatim de invidis intelligi potest,  
qui saepe majorum criminum se reos constituent, quorum  
hoc loco amplam facit enumerationem. Sunt pleni ho-  
micidio. Abel fuit prima víctima furoris omnium invi-  
dorum primi. Cain sine exemplo, sine causa, sine al-  
lo inter se et fratrem suum dissidio, nullaque ab ipso  
accepta offensâ tamen flagitiosè manus suas sanguine  
ipsius comentat.

Sunt pleni malignitate et dolo: testes sunt Darii hu-  
licii, qui Danielem crimine Status apud hunc Principem  
accusant. Quidquid maligni, injusti, crudelis, impij invi-  
dus habet, id hac occasione prodit. Indignati hunc Ju-  
dæum summam habere vosti hujus Imperii praefecturam  
magis adhuc indignati quod tenerentur ei administratio-

nis sua rationem reddere, atque ab extraneis legem accipere, omnia movere ut eum ab aula removerent et perderent. Gavisi fuissent, si deprehendissent eum quidquam contra Regem agere, sed ipse aequè sapiens et prudens ac fidelis nullam suspicionis umbram ipsis relinquebat. Quid faciamus dixerunt inter se? Nullius criminis Danielum istum accusare valeamus, nisi forte propter observationem legis Dei sui, significemus Regi multum referre edictum ab ipso statui, ut quicumque coram alio quam Rege process quoque modo funderet, mitteret in lacum leonum.

Darius haud providens, quo animo hujusmodi edictum ipsi suaderent, eorum propositioni consensit. Vix quod optabant obtento, tum dixerunt: Rex nunquid non constituisti, ut omnis homo qui rogaret quemquam de Diebus hominibus usque ad dies triginta, nisi te, Rex, mitteretur in lacum leonum & nihilominus Daniel de filiis captivitatis Juda non curavit de lege tua, et de edicto quod constituisti; sed tribus temporibus per diem orat observatione sua Deum quem colit. Sicut Rex, quia lex Medorum atque Persarum est, ut omne decretum quod constituit Rex, non liceat immutari.

Curiosius in-  
quisantibus in-  
venimus Da-  
nielam oran-  
tam. Dan. 6

Darius qui Danielum diligebat ipsiusque meritum cognoscebat, omnino studabat eum ab hoc supplicio liberare, et per totam diem magna tenebatur inquietudine, sed maligna et urgentes horum invidorum suasiones subditi innocentiam et Principis affectum vicerunt. Daniel leonum voracitati expositus fuit, positusque fuit super os laei, in quo erat, lapis quem Rex suo et Optimatum suorum annulo obsignavit: Ad quid hoc? nunquam id dicere valeremus, nisi ex propriis terminis id nobis sacra Scriptura significaret, ne scilicet, quid fieret contra Danielum.

Ergo invidia magis adhuc formidanda est quam ferocissima bestia, concludit hic S. Chrysostomus. Darius poterat sperare, prout accidit, atque ipsemet Danieli dixerat: Deum quem colebat, cum in medio familiae leonum turbae saluum et incolumem conservatum; sed metuebat ne Optimates sui his carnivoris belluis crudeliores contra ipsius libertatem et vitam agerent id,

lazarus ad priorem  
immo deest, sed  
ex sollicitate  
ta moro...  
nat se esse  
em videri  
nate flumini  
curant profu  
sepeliant et  
viora amara  
latalem femin  
loquitur, et  
ios qui non  
ulentos qui  
dignitate  
tores, male  
nt ad labefac  
monstra que  
a sunt sine  
de, detrahere  
sine affectione  
olatoris, que  
cognosceant, in  
invidis intelli  
eos constituant  
ionem. Sunt  
a furoris omni  
s, sine causa  
dis, nullaque  
manus suas  
testes sunt  
quod hunc  
i, crudelis, imp  
indignati  
as Imperii  
ntorei submi

quod ipsa non obstante sua naturali ferocitate non fecissent. Leones Danieli pepercerunt, inquit S. Chrysostomus, et ipsi inimici nimis magna ipsius auctoritati invidi nunquam ei pepercerunt.

## XII.

242.

» Si invidi de suis peccatis verè dolerent, si loco animi  
 » acerbis, quam ipsis prava sua passio tribuit, charita-  
 » tis fraternae dulcedinem haberent, si à piis exemplis quae  
 » illi ipsis dant, quorum merita eis sunt intolerabilia, com-  
 » pendium facerent; quis dubitat, quin Deus ipsis veniam  
 » quam ab illo peterent, daret, inquit S. Prosperus? Sed an  
 » val unicum videmus, qui eo animo sit affectus? An non  
 » omnes imitantur Cain execrandum illum invidonem  
 » patrem, qui ubi cum humilitate et fiducia Dei mi-  
 » sericordiam implorare debuisset, dixit ad illum: ma-  
 » jor est iniquitas mea, quam ut veniam merear. Ac si illi  
 » dixisset: non peto ut mihi gratiam facias, enormitas  
 » criminis mei indulgentem bonitatem tuam longè supe-  
 » rat.

\* lib. 3. de vita  
 contemplativa  
 c. 9.

» Sed unde haec invidonum impenitentia et despera-  
 » tio provenit? à duobus: 1.º Quia ipsum bonum in ma-  
 » lum mutant, cum à contra malum in bonum muta-  
 » re deberent. Martyres à suis tyrannis et tortoribus  
 » condeliter exornati secretum invenerunt ipso malo  
 » bene utendi, inquit S. Prosperus, et invidi omnino con-  
 » traria agendiratione faciunt ex bono mali causam et  
 » occasionem. Martyres omnis generis prosperitates exopta-  
 » bant eis, qui illos persequerentur; et invidi sapienter  
 » molestas calamitates exoptant eis, qui de illis bene me-  
 » rentur. Martyres postulabant à Deo conversionem ini-  
 » micorum suorum, et nunquam latiores videbantur,  
 » quam ubi Dominus in hoc pro eis idonum exaudiebat,  
 » et invidi omnino contrario animo sunt affecti: illi  
 » malo bene uti sunt, isti bono male utuntur. 2.º  
 » Quia invidi ex causâ salutis suae causam reprobratio-  
 » nis suae faciunt. Per peccatum suum à communionem  
 » fratrum suorum separati, cum odio et execratione pra-  
 » clara ipsorum qualitates et virtutes intuentes, ipso-

\* ibid.

num merita et felicitatem ferre non valentes, sibi  
 ipsis omnes venias vias praecludunt. Sunt proprio sui  
 carnifices et infensissimi hostes: Quis ipsis utilia  
 remedia ferre poterit? parire volunt, quis invitos salva-  
 re poterit?

XIII.

243

Difficillimum est et aliquo modo impossibile per-  
 factam libertatem eis conciliare, quos invidia sub sua  
 servitute redegit; quando ipsos ferit, tum lethalia  
 ipsis infligit vulnera, a quibus, communiter loquen-  
 do, nunquam sanantur: Invidia omnibus malis peior,  
 quos ceperit, liberari nequeunt, quos vulneraverit, ad  
 curam non veniunt, non redeunt ad salutem.

Felix ille qui ea est immunis, malum non cognovit; fa-  
 lix ille qui eam fugit, vitam dicit suam et tranquillam  
 hanc qui nescierit, mala nescit, hanc qui fugaverit vivit.  
 Infelices à contrario illi, qui hujus passionis pravitatibus  
 et tyrannidi se tradunt: Sa innumeris peccatis implicant,  
 ipsorumque coeuitas tam magna est, ut ex veritate  
 quam cognoscunt, causam gerant murmurationis et san-  
 dali.

S. Chrysost. Serm. 48.

XIV.

244

Invidia semper sublimiores virtutes impetit, ami-  
 nentiores montes primi hoc fulmine tangunt. tangun-  
 tur, inquit S. Hieronymus, et postquam ipsemet Jesus  
 Christus per simulationem Pharisaeorum crucifixus fuit,  
 mirandum non est nullos extitisse Santos, quos crudelis  
 haec passio persecuta non fuerit.

An non Sarpens terrestrem etiamnum Paradisum in-  
 gressus est, et an non peccatum introduxit in mundum  
 invidia quam adversus primos parentes nostros concepit?  
 Deus Paulae aequae ac Salomoni suscitaverat altum  
 Adal Idumaeum, qui continuo ipsam vexabat, quò impe-  
 diret, ne se in altum tolleret, et qui ei locum tenens Sti-  
 muli carnis illius, de quo conqueritur Apostolus, ipsam do-  
 cebat non se excellentiâ virtutum suarum credere im-  
 munam omnibus mulierum defectibus.

3. Reg. ii.

Quando ei dicebam consultum esse, ut inimicis suis omnem  
 invidia anam tolleret meliusque se facturam, si locum

facilitate non  
 inquit S. Chrysostomus  
 auctoritate  
 vellent, si locum  
 affio tribuit  
 si a piis  
 intolentia  
 in Dan  
 S. Hieronymus  
 ro sit affatus  
 dum illum  
 et fiducia  
 dixit ad  
 iam morar  
 iam facias  
 am tuam  
 venientia  
 ipsum bonum  
 in bonum  
 tyrannis et  
 invenerunt  
 invidi omni  
 bono malicia  
 naris propensio  
 tur; et invidi  
 s, qui de illis  
 Das conveni  
 lationes vultu  
 idonum exalt  
 me sunt affe  
 ale utuntur  
 causam rep  
 um a comm  
 s et exortat  
 tepintuente

» in quo erat, Iasaret potius quam in eo remaneret; quan-  
 » do ipsi in exemplum adducebam id quod agerat Jacob, qui  
 » ut Esaii fratris sui invidiam sedaret, in Mesopotamiam  
 » secesserat, et agendi rationem quam tulerat David,  
 » qui maluerat se Philisthis, quam in inimicis suis tradere.  
 » quamvis inimicis suis tradere, quam inire in manus  
 » invidorum suorum, haec ipsa mihi respondit: Merito ita  
 » mihi loquereris, si Damon qui ubique servos et ancillas  
 » sui adortur, citius illis ad ea omnia loca, in qua rapi-  
 » re se possant, non adveniret. Et hinc non datinaver amore  
 » que erga Sara loca feror, vel si dilectam meam Bathleam  
 » in quodam alio loco terra loco invenire possem, consilio,  
 » quod mihi das, aures praeberem. Sed cur per patientiam me-  
 » am non me exherem supra invidiam eorum qui mihi male  
 » volunt? cur per humilitatem meam eorum superbiam non  
 » flecterem? cur percussa in maxilla alteram non prae-  
 » rem, ageremque quod S. Paulus consulit malum in bono  
 » vincendum esse? An non Apostoli, ubi pro amore Domini  
 » injuria aliqua fuerunt affecti, gloriati sunt? An non ipse  
 » met Salvator noster se humiliavit formam servi accipiens,  
 » et Patri suo obediens factus usque ad mortem crucis, ut nos  
 » merito passionis suae salvaret? Et ad Job, si non pugnasset,  
 » atque in hoc proelio victor fuisset, coronam justitiae ac-  
 » cipset, Datusque ad eum dixisset: cur putas quod ego tot  
 » afflictionibus te probaverim, nisi ut virtus tua palam  
 » fieret? .....

» Inter occultos illos invidos unus fuit, qui se amicum suum  
 » simulans, ei dixit, esse quondam qui eam propter insoli-  
 » tum fervorem suum insanam esse dicerent atque cerebrum  
 » fore roborandum; at illa ipsi respondit: Mundo, Ange-  
 » lis, et hominibus spectaculum facti sumus, et stulti propter  
 » amorem Jesu Christi, sed haec est stultitia, qua omnem  
 » sapientiam superat.

\* In Epita-  
 phis Paulae  
 ad Eustochi-  
 um

Sic, addit S. Hieronymus\*, Paula sacra Scriptura tex-  
 tibus valit tot divinis armis se preparabat ad dimican-  
 dum contra omnia vitia et speciatim invidiam, qua  
 ipsam crudeliter persequabatur, et tolerando injurias  
 rabidissimorum acerbissimam leniebat. Denique ad  
 diem usque obitus sui anituit ex una parte summa ipsius  
 patientia, ex altera vero summa passionis malignitas,

quae dum totis viribus nititur illis nocere, quos odit, contra se ipsam omnem furorem suum vertit.

XV.

Vae illis qui vias Cain secuti sunt, vae illis qui sicut Balaam, cordis sui cocitatem permiserunt, et qui rebellionis Core rei cum se perire mauerunt, inquit S. Iudas Apostolus: Vae illis, qui in via Cain abierunt, et in errore Balaam effusi sunt, et in contradictione Core perierunt. An non possit dici, quod hic sit invidorum caracter? Quod se eos afficiant perfidia Cain, malignitatis Balaam, rebellionis Core.

245.

\* In sua Epist. Canonica.

246.

XVI.

David morti proximus filio suo Salomoni hoc dedit monitum dicens: Tu nosti quae fecerit Joab duabus Principibus exercitus Israel Abner et Amarae, quos occidit. Facies ergo iuxta sapientiam tuam, et non dedues canitiam ejus pariter ad inferos.

3. Reg. 2.

Cur David omnium hominum mitissimus ita Salomoni loquitur eo tempore quo insensissimi hostes se reconciliant, etque a quibus offensi fuerunt, ignoscunt? Ideo, respondet Batus, quia dantur quadam peccata ex se ipsis adeo infamia et enormia, ut justitia divina sit eundem punitionis illustra probare exempla ab ismat inspirata, qui ipsius spiritu repleti sunt. David hujus rationem reddit Salomoni: effudit sanguinem belli in pace. Suisbat me peperisse Amarae, et tamen ipsum osculando mentium quo ipsius una manu tenendo alia ipsum confodit: haec perfidia meretur puniri. Verum quid contentionis Joab erat cum Amara? Qui cum mortuum in terra jacentem viderunt hujus homicidii causam statim prodiderunt, ecce, dixerunt, qui esse voluit pro Joab comes David. Invidia Joab ferre non poterat verum, qui Principis amicitiam et exercitus imperium secum partivatur: hinc quamprimum occasionem invenit eum a medio tollendi, idam statim arripuit; et quod detestabilius est, illum occidit dicens ei: salva mi frater, et tonans mentum ipsius, ut eum oscularatur, effudit sanguinem belli in pace.

XVII.

Invidorum cocitas est alius caracter hujus peccati. Balaam meritum et virtutes populi Dei cognoscebat, imò non poterat non ipsi benedicere; et tamen emulationi Regis Balaac turpiter detulit. Si omnes passiones peccatores

2. Reg. 20.

247.

excrescant, hae insolitas tenebras menti ipsorum offundit. Modò virtutes proximi quantum potest ipsis occultat, modò vitia eis ostendit, quae ipse non habet, et si, non obstantibus artibus suis, ipsius meritum palamfit, aliunde ipsius Splendorem minuire conatur.

Matth. 13

» Jesus Christus veniens in patriam suam docuit Ju-  
 » deos in Synagogis eorum, ita ut omnes mirarentur, et sibi  
 » invicem dicerent: unde huic homini hae sapientia ve-  
 » nit, et potestas patrando miracula? Nonne hic est Ja-  
 » cobus, et Joseph, et Simon et Judas? et sorores ejus non-  
 » ne apud nos sunt omnes?

Serm. 49.

Quam inaudita coecitas! densissima nubes, non  
 profundissima non ita Splendorem Solis et astrorum  
 fulgorem occultat, ac invidia Judaeis Christi divinita-  
 tem et merita, inquit S. Petrus Chrysologus\*. Illius sapien-  
 tiam admirantur, ad ipsius miracula stupent, magnas  
 gratias ipsis praedicat caritates attoniti audient, sed ipso-  
 rum invidia ex his omnibus rebus, quae ipsos edificava-  
 ra et emovere debarent, sibi facit causam lapsus et scan-  
 dali: Cum dicere deberent, hic ilius Dei, hic est  
 Messias qui nobis promissus fuit, de hoc conviti su-  
 mus par ea quae dicit et patrat, tantum abest ut  
 hae quae sponte sua et naturaliter menti  
 cogitant, quin potius malitiose vilam ipsius, quam  
 patrem ipsius esse putant, professionem exquirunt?  
 nomen matris ipsius commemorant, ajunt fratres et so-  
 rores ipsius inter ipsos esse. Maligna invidorum dis-  
 quisitio ad delendas Splendidissimas virtutes praeclaro-  
 rum virorum per obscuritatem familiae ex qua ortum tra-  
 hunt! Cum inficiari non valent praeclarus illorum  
 qualitates, qui sibi apud alios famam et existimationem  
 pepererunt, nihil aliud respondere possunt, quam ho-  
 rum cum ut et ipsius familiam, est filius et consan-  
 quineus hujus plebeji p.

248.

XVIII.

Invidia est peccatum quod in mundo pessimè audit,  
 et tamen est frequentissimum, peccatum saluti et ve-

ra devotionis maxima contrarium, et nihilominus iis  
communissimum qui volunt videri devoti.

XIX.

Sunt certa quaedam peccata, quae ab infantibus pa-  
trari nequeunt: sunt alia, quae juvenes vix cognoscunt:  
Sunt denique, quibus senes propter infirmitates suas et  
statum sunt immunes: sola invidia omnibus hominibus  
statibus dominari videtur. Vidi infantes adhuc lac-  
tentes, qui ferre non valentes, ut alii lacte nutriren-  
tur, vel blanditiis demulcerentur, pro languore mor-  
tui sunt, inquit S. Augustinus. Quot juvenes, viri, senes  
se hujus peccati tyrannidi tradunt?

In infantibus ipsa rationis usum imò loquelia liban-  
tatem praevonit: in juvenibus, suavissimas perturbat  
voluptates: in viris vehementissimas iritat passiones:  
senes non nisi in morte deserit.

Sed an non devoti eam sunt immunes? ita illi qui  
verè tales sunt. Suntne omnes verè tales? Ne revele-  
mus mysteria, quae nobis non licet scrutari; sub praer-  
textu dissarandi de falsa pietatis vitio, ne ansam  
praebamus malevolis quibundam contra eam quae  
realis et solida est, scilicet deiectioni. Quod pseudodevoti  
contra Athanasios et Chrysostomos agerunt, quod S. Hiero-  
nymus, S. Joannes Climacus, et Cassianus de suorum scem-  
lorum pseudodevotis eloquenti sunt, satis superque nobis  
palam facit invidiam esse magnum tot hominum pec-  
catum, qui pietatis speciem duntaxat, non verò spiri-  
tum habent. Vae vobis, exclamat S. Hieronymus, qui  
in ecclesia Domini, in medio Sacramentorum, sub sacris  
et pannosis vestibus, sub vultibus, jejuniis extenuatis,  
adhuc pharisaeum fermentum hoc conservatis.

Sunt serpentes, qui fascinari non possunt, addit  
Cassianus, bellua feroces sub ovinis pedibus, lupi car-  
nivori, quos satiare et circumare est impossibile; quid  
anim agatis, ut eos mitigatis, atque eorum passiones  
sedatis? Si ipsis adblandiamini, tum exarborabun-  
tur; si demissima obsequia ipsis exhibeatis, tum inde  
arrogantiores erunt; si munera obluleritis, tum inde

offendantur. Non, non, nihil invidiam eorum suffocare valet; à contrariis saepe iisdem rebus, quae illam mitigare solebant, magis inflammatur: animo vero invidus ordinariè non nisi mortem vel integram ruinam eorum, qui tristes passionis suae sunt victimae, optat.

Cassian. collat.  
18. c. 17.

Benedictus exasperatur, inflatur obsequiis, muneribus irritatur.... quia non nisi ruinam aut mortem ejus, cui invidat, concupiscit.

Avarus diligit illos, qui ipsi dant munera; furibundus et brutalis lenitur, quando ipsi caditur; ambitiosus libenter eos videt, qui ipsi urbanitatem exhibent; sed invidus nulla re placatur. Christus Jesus Judaeos beneficiis complectitur, et illi ex supercilio montis eum volunt precipitare. Joseph fratres suos rogat, et ipsi eum in cisternam projiciunt.

XX.

\* Lib. i. in Exod.  
c. 21.

Peccatum et Sors invidiorum peccato et Sorti Aegyptiorum non sunt abrimilia. Rupertus Abbas, notat, quod quò magis Deus populum suum multiplicabat, atque super eum benedictiones suas effundebat, eò magis Aegyptiorum invidia creverit et exasperata fuerit. Ut ut Israelitae huic barbarae nationi obsequia praestarent, eos tamen mortali odio prosequerentur. Quamprimum infantes eorum nascebantur, dato obstetricibus expresso eos suffocandi mandato illos morte affici curabat. Quando velut jumenta laborabant, humerosque sub gravibus oneribus curvabant, Aegyptii graviora adhuc ipsis imponebant adigendo ipsos ad portandum lutum et lateres, quibus indigebant ad sua aedificia, nec eis ullam dando requiem.

\* Sapient. 17.

Verum quantum injusta, dura, et inhumana fuit illorum invidia, tantum acerba fuerunt poena, quas Deus illis reservabat. Iniqui hi sunt verba Spiritus Sancti:  
 » Dum pernuarum habent posse dominari nationi sanctae.  
 » vinculis tenebrarum et longa noctis compediti fuerunt.  
 » Inclusi domibus suis, in quas velut fugitivi, quos providentia ubique persequitur, se recipiant, ibi jamerunt  
 » horribili pavore et profunda admiratione perculsi. Ne  
 » que enim quae continebat illos spelunca, sine timore eorum  
 » tudebat: quoniam sonitus descendens perturbabat illos,

et persona tristes illis apparentes, pavorem illis praeabant. et  
 Ignis nubem Splendorem emittabat, qui illos consolaretur, et  
 nec Syderum limpida flamma illuminare poterant illam et  
 noctem horrendam. Apparebat autem illis Subitanus et  
 ignis, timore plenus: et timore perculsi illius, quae non et  
 vidabatur, faciei, aestimabant deteriora esse, quae videban- et  
 tur.

Tum Mayorum ars ipsis facta est inutilis, illi enim qui et  
 promittabant timores et perturbationes expellere se ab ani- et  
 ma languente, hi cum desisse pleni timore languabant. et

Interdum nihil ipsos perturbare posse ipsis videbatur, et  
 sed mala conscientia: qualis sua erat. Semper majora fin- et  
 gens mala, quam re ipsa sint, continuis ipsos tradebat pavore et  
 ribus. Ventus, qui perflabat, fragor, quem lapides cadendo  
 edebant, ursus animalium inter se se ludentium, aquae et  
 solito vehementius fluentis murmur, imò suavis avium et  
 inter Spifos arborum ramos concertus, haec omnia aures ip- et  
 sorum ferientia deficientes faciebant illos pro timore. Sa- et  
 niq; ubi totus terrarum orbis limpido illuminabatur lu- et  
 mine, et sine obstaculo operibus suis vacabat, Solis illis supercu- et  
 posita erat gravis nox, imago tenebrarum, quae ipsis reson- et  
 vabantur, respirare non audebant, et se ipsos, fere non po- et  
 terant.

## XXI.

Si cum quadam attentione has omnes circumstantias in  
 Sapientia libro expressas considerare velimus, deprehendemus,  
 invidos Similibus admodum paucis et infortunis traditos  
 esse. Nam 1<sup>o</sup> quò magis Deus benedictiones super ipsorum pro-  
 ximum effundit, eò magis eorum invidia iritatur et inflam-  
 matur. Singulares esse et Dominari amant, ac quam pri-  
 mum quis ab ipsorum moroso pendet genio, tunc omnem  
 sonum divitatem perfere cogitur. 2<sup>o</sup> Si vel modica fortu-  
 nae Species vis, quorum erectionem invidus fere non potest,  
 aridere videtur, in ipso fonte eam cohibere studat: vix  
 prodire incipient, et in ortu suo eos suffocat, quemadmo-  
 dum obstetrices illa Aegyptia masculos Iudaeorum infantes,  
 Si videt eos multiplicari atque se invito commodam nansis-  
 ci fortunam, illos deprimit; cum ab ipso pendent, eorum la-  
 bores duplicat, lutum et lateres portare cogit ad erigendum  
 Superbiae suae edificium.

Sed an propterea est felicior? Providentia, cuius, ut pro-  
 priis S. Scripturae verbis utar, est fugitivus et desertor, novit fugitivi Providen-  
 tia.

lib. de ordine et  
de lib. arbitrio.

ipsum per poenam ad ordinem reducere, à qua per peccatum  
recessit, inquit S. Augustinus\*, tenebrarum vinculis ligatur,  
longaque et molesta nocte involvitur. Poenam peccati, quod  
non noxat, tolerat, aut, ut malius dicam, quod nosse renuit:  
tanto infelicius, quod violentos morbi sui aestus sentiens, ido-  
rümque causam percipere non valens, sed ad inveniendam  
contra illum remedia inhabilem efficit. Quivis alius, praeter  
ipsum illorum, quos odit, meritum videt, nihilominus illos  
odio prosequitur, extranei illos aestimant, ipse vero illos  
contemnit.

Centurio et milites Romani qui in Calvaris erant, ex Solis  
eclipsi et terrae motu agnovissent illum, qui cruci affixus  
fuerat, variè filium Dei fuisse, et Pharisaei, qui ipsum nox-  
erant, Judaei, in quorum oculis, et ad eorum solatium innumera  
pertraxerat miracula, clamabant: cum esse seductorem.  
Quidquam insolitum in vultu S. Stephani conspiciabatur, ut  
qui velut Angelus appareret; sed inimicorum suorum invidia  
nihil in eo advertabat, quod ipsam non offenderat, inquit  
Cardinalis Petrus Damiani.

\* Sam. 63. de  
S. Stephano.  
251.

## XXII.

Sed haec eadem coecitas, quae invidem in suo peccato reti-  
net, etiam malorum, quae perfert, causam constituit. Est  
tenebrarum catena, qua ligatur, patitur velut remora sub  
Invitate profecti sui. In quemunque locum ad capien-  
dam aliquantulam quietem se recipiat, semper catenam  
suam secum trahit: nihil ipsum in hac horribili nocte, in  
qua est, gaudis afficit; nec ignis splendor, nec Stellarum lu-  
men, nec laetitia proborum, qui ipsum circumdant, nec so-  
cietas justorum, qui cantant laudes Domini et Iulcia di-  
lecta sua Sion cantantia, nihil poenam ipsius et moerorem  
levit. Et si fuerit in loco remoto et in inaccessibili solitu-  
dine, haud tutum se arbitratur aequè parum ac Cain, qui  
quamvis Adam et Eva soli essent in mundo, à Deo postu-  
labat lignum, ne ab illis, quibus obviam fieret, occideretur.  
In vanum quaerit aliquem, qui dolorem ipsius faninet,  
qui mali sui violentiam sedet et temperet. Nec ipsius in-  
cantatores nec ipse, nec ii, qui ei in suis passionibus ad-  
blandiuntur, nec ea, quae turpibus obsequentiis ad ipsius  
voluptates operam praestant, illum sanare valent. Se atip-  
sis invidis tristitia sua se immargit; trepidatio et metus

ipsum occupant; quod videt et videre sibi imaginatur,  
quod audit et se videre arbitratur, ipsum affligit et in  
degenerationem agit, et si in transuorem duntaxat phantas-  
mata videt, illis terratur, et objecta quae non nisi ex parte  
videt, ipsi eò terribiliora apparent.

## XXIII.

252.

Ne miramini, conscientia invidi est sicut Aegypti-  
tiorum, mala conscientia: et quamprimum mala est,  
sibi mala grandiora quam sint, fingit, Et in hoc, vsta-  
rum Batrum quidam\*, invidia, ut ut dissoluta et injusta  
sit, quamdam prudentiam et justitiam speciem servare vi-  
detur, quod vehementibus et continuis Stimulis et impeti-  
bus cor invidi agitat. Aliquid ipsa invidia discretionis ha-  
bet, cum authoris sui cor rapere nititur, et male conscium  
pectus euento jugite livore consumit. Igne adurotur pro-  
prio, inquit Deus in ira sua, et suis vermibus consumetur.  
Quo major est corporis alicujus corruptio, eò plura alimen-  
ta dat vermibus. Et verò corruptio invidi videtur Spiri-  
tui sancto omnium corruptionum pessima et maxima. Non  
modò caro ipsius corrupta est, ipsamet illius ossa sunt pu-  
trida, et invidia hanc corruptionem progignit, putra-  
do osinum invidia.

\* Val. Heem. 13.

Sanctus Ambrosius differens de illis Israelitis, quos  
amula aviditas impellebat ad majoram mannae quan-  
tatem colligendam, quam sui vicini, convenienter ad  
ea, quae in S. Scriptura legimus, ait, eos posttridie loco  
manna non nisi vermes invenisse. Sive quòd providen-  
tia diffiderant, sive quòd portione aliorum portionum  
aquali contenti non essent, ultra sibi praescriptam  
mensuram colligere festinabant. Inveniebant unda nu-  
trirentur, sed non nisi vermes inveniebant: Figura Sa-  
tis naturalis eorum quae invidis accidunt, qui suspicio-  
si et insatiabiles, satisfaciendi passionibus suis inuis  
incumbunt, sed qui non nisi corruptionem et vermes  
cor eorum continuo dilaniantes colligunt: Non tam  
cibum sibi inveniebant servasse quam vermes; et quia  
supra moderatam refectionem concupierant, veluti

Stimulis quibusdam conscientiae instar vermium pungebantur.

## XXIV.

Sic jam in hac vita se de ipsis ulciscitur justitia divina, eosque cogit Spacian et Tyrocinium infarni experiri, ubi Dammati duas intolerabiles poenas perforunt, ignis nempe, et vermis conscientiae. Quidquid agant invidi, atroces harum duarum poenarum effectus perentiunt: ignis internus eos urit, continui Stimuli illos delaniant, annulus ignis: nam S. Paulus nos docet huic elemento mysticam quandam amulationis Spaciam inesse | ignis amulatio: | agit in Dammatos violentis impressionibus; et sicut olim Romani, ait Albertus magnus, bestias imitabant, ut cum majori fervore in miseros illos, qui ipsis objicbantur, immerent, ita etiam justitia divina imitat infarni ignem, ut ei extraordinariam et supernaturalem activitatem in reproborum animas tribuat.

Verum an non invidi jam in hac vita illius quaedam sentiunt impressiones? Si enim à Deo gratiam non postulaverint suum peccatum deservendi, et si rursus illud non deservant, an non de ipsis cum eodem Apostolo dicitur, quod ipsos terribile maneat judicium, atque ignis amulatio, qui jam hinc in terris in ipsos agere incipiens, ipsos aliquando sine intermissione et sine in loco supplicii sui sit cruciaturus? Terribilis expectatio judicii, et ignis amulatio.

## XXV.

In inferno ignis alias Dammatum poenas colligit et vult eas superare vult: videntur non satis Deum ultros, nisi elementum hoc, quod omnium atrocissimum et vehementissimum est, se ipsis conjungeret, et vult amularatur eis melius justitiae ipsius satisfacere. Hinc in terris invidia colligit id, quod aliae passiones dividunt, quae vel in sua actione, vel in suis objectis magis limitatae sunt quam ipsa. Ambitio, avaritia, impudicitia non semper illos cruciant, quibus dominantur, imò interdum quamdam consolationis

spem illis impertitur, qua quamvis falsa et fatalis ta-  
men vera ipsorum mala fascinat; sed invidia ignis mul-  
ta hujusmodi intervalle habere videtur: ipsius actio est  
continua, et mille res illius materiam ipsi subministrant.  
Modò prosperitas aliorum inimici, modò possessio bono-  
rum quorundam, modò donatio vel successio, modò vo-  
luptas aliqua, modò laus vel remuneratio quaedam: om-  
nia ipsam irritant, et quamvis etiamnum invidus, quod  
desiderat, habere, inde tamen non magis contentus  
esset.

## XXVI

255.

Difficile admodum est, ut quis alteri non invidet, u. S. Greg. lib. 5.  
at id quod pro se desiderat. Nam sicut quò plures sunt u. moral. c. 31.  
qui idem bonum possident, eò minores sunt portiones  
possidentium, ita etiam evenit, ut invidus desideret id,  
quod arbitratur sibi ab aliis auferri, aut illius possessionem  
nimis limitari.

Hinc oportet, ut qui ab hac peste se omninò tutum  
præstare cupit, omnia desideria sua faciat in heredita-  
tam illam æternam, quæ cum magno coheredum nu-  
mero nunquam diminuitur, sola omnibus sufficit, et eti-  
amnum tantò vastior apparet, quantò magis numerus  
iste multiplicatur.

Invidiam debilitat inceptum æternorum bonorum  
desiderium: et perfectus beata æternitatis amor eam  
occidit. Nam quando anima cessat desiderare bona,  
quæ inter plures dividuntur, tantò magis proximum di-  
ligit, quantò minus timet ne nimis magna ipsius prospe-  
ritas sibi noceat: et quando solummodò ad celestem  
patriam pervenire aspirat, tum in fraternâ charitate  
firmatur, quia cum nihil terrestre amplius desiderat,  
nihil etiam ipsius amorem impugnat et æquat.

## XXVII.

256.

Nemo in commercio vitæ ita timendus, ac invidus: op-  
timis amicis suis non parit, et falsâ suâ amicitia utitur  
tanquam præcautione, quam adhibet, ut culpam mali,  
quod de eo dicit, à se removeat, novi illum, inquit, mihi  
gratiam facit me amando, et quia eum diligo, hinc liberè

De eo loqui possum. Post hujusmodi praefationem, jure merito se omnes illius defectus divulgare se posse credit, et quò illum occidat, satis est se funebre illius elogium scripsit: Sape male de illo loquitur, quin quisquam ad id illum adigat, Sape super factis ambiguis fundat certa judicia, et nim circa vera amicitiae obligationes se ipsum excolere deborat, optimos amicos suos credulitate discerpit. Sed quid non audet quam sua passio obsecrat et abripit.

## XXVIII.

297.

Semper est laudabile de suo proximo bene loqui, et gaudere de bono quod agit, et simul utile est, illud etiam pro se desiderare, inquit S. Gregorius\*, id est, prout ex-  
 \* 3. part. pasto-  
 val. admonit.  
 ii.  
 » plicat magnus vir iste, ita praeclaras aliorum actiones diligere, ut eorum numerus illos imitando augeatur.  
 » Laudare illos, qui stercore simulant, et sterili illorum fortitudinis admiratione contentum esse, idem est, ac se ipsum remuneratione privare, quae cum ipsis dividenda potuisset. Qui non curat nobili amulatione imitari virtutes, quae probat et laudat, ille sibi voluptatem conciliat ac sterilem ac ea est illorum, qui magna ad ludos et spectacula cupiditate tenentur. Cum admiratione laudant actores, sed illorum personas agere nollent. Amant videre quomodo spectatores oblectent, sed nollent ut ipsi alios ita oblectare cogerentur. Vanum est, addit, nos nos affici, quando bonum, quod alii agunt, non facimus; sed remuneratione indigni sumus, quando quantum in nobis est, bonum quod in ipsis diligimus, non imitamus. Munus ergo corda nostra ab invidia, et ipsius loco substitua- mus nobilem et sanctam amulationem. Virtutem in aliis diligamus, sed etiam pro nobis eam diligamus.

## Supplementum.

Sanctus Cyprianus tractatu de invidia, S. Basilii Rom. 10. et 11. S. Zeno Veronensis, et plures alii Patres elegantiter et fuse de ea disserunt: omnes eadem ferme adhibent principia, eademque ex S. Scriptura adducunt exempla.

S. Chrysostomus hom. 18. tom. 6. 57. in Joan. 41. in Mat-  
thaeum, 44. et 48. ad populum Antiochenum, et lib. 1. de  
compunctione cordis, quidquid contra peccatum istud pro-  
ferri potest, elocutus est. Elegantiora ipsius loca legi  
possunt in libro P. Labata Jesuitae, cui titulus: Thesau-  
rus moralis. In eo etiam inveniuntur ea, quae S. Augusti-  
nus in Genes. c. 14. et alibi edixit.

Cardinalis Bona in docto opere, quod adidit sub hoc titu-  
lo: Manuductio ad colorem, postquam de pluribus aliis vi-  
tiis et peccatis differuit, varios invidiae caracteres et apta  
contra eam remedia designat. Vidari etiam possunt ea,  
quae de illa C. Ludovicus de granata ord. S. Dominici, C. B.  
Alvarez, Tabar, et Saint-jure Jesuitae scripserunt.

S. Gregorius Nyssenus libro de beatitudinibus invidios elan- 258.  
genter depingit his verbis: Quae Desperatorum lethalia signa  
sunt, ea saepe in eo, qui invidia contabescit, existunt: oculi  
aridi inter palpebras tabidas, et attenuatas recedentes, super-  
cilium contractum, ossa locos carniem translucentia.

Postmodum quaerit et oppugnat invidiae incitamenta  
et causas. At quae morbi causa est? quod frater, propinquus,  
aut vicinus in animi tranquillitate vivit. Onovas injurias:  
Crimini dare quod non adversa fortuna conflictatur p.  
Deinde ad invidium convertens orationem: Quid passus  
es infelix? ait, Quae accepta injuria contabescis?.... Si  
illa corpore decorus, si eloquentia ornatus, si generis supra-  
rior est, cur haec tibi tanquam cuspidas telorum in cor inci-  
dunt? p.

Potest etiam legi Valarquez in c. 1. epist. S. Pauli ad 259.  
Philippenses, ubi ostendit 1. Quod invidia sit indigna ho-  
mine, cui non nisi hominis figuram relinquit. 2. Quod  
ipsa sit ipsius crudelissimus hostis. 3. Quod nullum sit  
peccatum ad quod, ut sibi satisfaciat, illum non impel-  
lat.

Apud C. Bursaeum invenitur quidquid exaeberantius  
de hac materia Patres elocuti sunt. 1. Quod invidia sit  
malum quodammodo insanabile. 2. Quod sit multorum  
peccatorum origo. 3. Quod superbia eam semper comitetur.  
4. Quod charitatem in omnibus suis consiliis impugnet.  
5. Quod verum ab hoc malo sanandi remedium sit contem-

tus bonorum et honorum hujus mundi, solaque amulatio et sollicitudo pro aeternis.

260.

In Dominicis Sermone moralium in tertiam Dominicam Quadragesima demonstratur, quod invidiosus miser homo sit, qui sine honore, sine quiete, et fere sine ullo conversionis indicio; quod in illo non reperitur nisi pravitas, inhumanitas, perfidia: quod quamcumque quietem querat, veram tamen nec intra nec extra <sup>se</sup> inquam inveniat: quod denique sapiens sine conversione moriatur; quia ipsius invidia illum occidat, ne peccatum suum agnoscat, ipsum induat, ne illud perpetrare cesset; ipsum pluribus aliis impedimentis ligat, ne Deo pro suo peccato satisfacere possit.

Dominus Joli Episcopus Aginensis, et alii Concionatores etiam hanc materiam tractaverunt.

## Ira

Ira impetus  
vindicata, Odium p.

Sermo Primus.

Domine Salva nos parimus. Matth. 8.

261.

Hac est Apostolorum Saviente tempestate percussorum ad Jesum Christum oratio; et eandem ad ipsum fundere debemus pro reprimendis variis passionum nostram impetibus, quando animarum nostrarum ~~san-~~nitatem perturbant, prout inque minantur naufragium, inquit S. Francisus Salesius\*.

\* Introduc.  
ad vitam Sa-  
rotam c. 8.  
part. 3.

Mare atrocioribus procellis haud contentitur, venti, qui bus agitatur, vehementiori impetu illius malaciam non perturbant; naufragia, quae in eo accidunt, nec frequentiora sunt, nec periculosiora, statu illorum, qui in mari sine valis et clavo sunt, nec tam funestus nec tanta commiseratione dignus est, ac tot Christianorum status, quorum cor velut mare agitatum toti effrenatorum suorum motuum morositati et vehementiae se tradit. Modo Spe sua et Superbia ad nubes usque elati; modo tristitia et Desperatione in imas usque abyssos dejecti; hinc violentia desideriorum suorum capti; ibi timoris exsuperantia coarctati sapissimè perirent, nisi

Jesus Christum in suis animabus dormientem excita-  
rent, et nisi Paulus ista ipsorum, sicuti Apostolorum, pre-  
cibus permotus ventis et mari malaiam imperasset:  
Imperavit ventis et mari, et facta est tranquillitas  
magna.

Verum quae singula accuratius expendantur, anim-  
advertite, quae, cum magnoviro isto, quod, cum ira  
omnium passionum ea sit quae ceteris arma suppeditat,  
quae sine fatali ope ipsius plerumque in timida  
actionis cessatione remanent, tunc praecipue, Audi-  
tores, cum ea vos commoveri sentitis, misericordiam  
Dai implorare debeatis, ne non in medio tempesta-  
tum, quae haec passio suscitatur, eidem cum Apostolis di-  
cere: Domine salva nos parimus.

Et sana ubi passio illa, quae nos magis perturbat,  
minisque nostrum ipsorum Dominos officiat ac ira?  
Ira modo subita et praecipua, modo superba et arrogans,  
modo tenax et obstinata. Ira periculosa, quando est  
praecipua, temperationis ira est; periculosior adhuc, quan-  
do arrogans est, superbia ira est; at periculosissima,  
si obstinata est et perseverans, pertinacia et vindicta  
ira nuncupatur.

Ab ea nos praeserva, Domine, Saevis brevi peribimus.  
Domine salva nos parimus.

Sive cupitis media, quae ab illa vos tutos praestant,  
Audite? In illa, quae Sanctus Paulus in Epistola ad  
Ephesios c. 4. vobis subministrat. Adversus promptam et  
praecipitem iram patientiae et mansuetudinis arma ca-  
pessite, ambulate cum omni mansuetudine et patien-  
tia. Adversus arrogantem et superbam iram, illius  
impetus humilitate cohibete, cum omni humilitate.  
Adversus obstinatum et perseverantem iram religiosam  
charitate dimicete, quae invicem vestros defectus tole-  
ret, Supportantes invicem in charitate.

Rectum vinculum, quo anima et corpus invicem  
colligantur, causa est, quod ambo pereant. Si anima

Divisio.  
262.

Ambulata cum  
omni humili-  
tate, mansue-  
tudine patien-  
tia, Supportan-  
tes invicem in  
charitate, Soli-  
cite servare  
unitatem Spi-  
ritus in vin-  
culo pacis.

Barjma

corruptur; tum corpus depravat, et si corpus vitia-  
tur, tum animam corrumpit. Si corpus labori assue-  
vit, tum inest animæ nascio quis firmitatis caracte-  
ter, qui ipsam ad operosissima etiamnum indu-  
rat exercitia; cum è contra molities et indolen-  
tia, ad quam corpus assuefit, usque ad animam  
transire videatur, quam hebetam et imparem affe-  
rit ad resistendum minimis etiamnum laboribus.

David pastor et labori assuetus, sibi robustum  
affecerat corpus, virisque comparaverat, quas sapi-  
cum ursorum et leonum fortitudine matiebatur.  
Inde etiam cernimus, quod cum incomprehensibili  
ferocitate Philistæorum gigantem adortus fue-  
rit, non cum majori adhuc animi et cordis fortitu-  
dine quam corporis robore profligaverit humique  
dejecerit.

Verum David tunc, cum, sicut S. Scriptura comme-  
morat, Reges ad bellum procedere solent, Aula volupta-  
tibus, suavisque dissidia mollescit, non est am-  
plius idem David. Corporis ipsius molities ad men-  
tam ipsius et cor ejus usque transit, unico fragilis cujus-  
dam pulchritudinis aspectu capitur, et facilitate,  
quâ se passioni suæ permittit, magnam gloria,  
quam priori fortitudini suæ sibi comparaverat,  
partem delect.

264.

Sic etiam innumeri Christiani, et præsertim illi,  
qui mollem et commodam agunt vitam, mentem su-  
am corrumpunt. Cum vita suavitatibus fruuntur, mi-  
nimam quid, quod ipsorum quies turbari videtur, eos  
irritat, atque fit intolerabile. Tantum abest, ut  
tunc nascentis cujusdam iræ motus reprimant, quin  
impudenter se illi permittunt, mensque illorum in  
otii et voluptatis sine valuit sopita nullo conatu pri-  
mis hinc impatibus obsistit. Enimvero quid habet  
simile, quod anima delicata et tenera iram mole-  
ratur acerbissimo dolore ipsam efficientem, idque agat  
quod mentes etiam fortissimæ vix præstare pos-  
sunt.

Tot modis sibi satisfacere volunt, quot modis  
diversa objecta amare possunt; sed cum hæc satisfac-  
tiones, quia pene sunt innumera, simul et semel  
haberi non possunt, hinc quamprimum vel minimus  
casus hunc voluptatum ordinem turbatum venit,  
statim ipsorum ira prorumpit, atque immanè grassa-  
tur. Hæc serpens immunditiei vel stupiditatis arguitur;  
ibi opifex incommodus et importunus est; modò in  
vicinum, modò in consanguineum vel extraneum con-  
silia jaciuntur. Hujusmodi prompti animi ad minimum  
contradictionem incalescunt; exiguis contentus, jou-  
laris cavillatio, oculi ictus, omnia ipsos ad iram conei-  
tant, atque extra se ipsos agunt. Ipsorum ira velut ignis,  
qui spirituum contradictione et passionum illis forma-  
tur, statim accenditur, atque ex levibus scintillis su-  
mens initium in horrenda desinit incandescencia.

Vos parentes hujus sæpe causa estis. Ita, vos qui ~~is~~  
probris ferre non valetis, ut liberis vestris vel minimum  
quid inrogatur; vos, qui improbis ac tetricis eorum mori-  
bus adblandientes in eis hanc ignis temperationem affor-  
matis, cujus justo Dei judicio sæpe victima estis. Morosi  
animi isti, cum arbitrantur omnia sibi cadere debere,  
omnibus offenduntur. Ubi fores clausas inveniunt, tum  
eos asperius pulsant; si ipsis quædam in eadem via,  
quam ambulant, linea occurrat, tum nisi ab ea deflecte-  
tat, eum inelephantor propulsant, quasi verò omnia, quæ  
pertranscunt, complanari, atque ad morosum ipsorum  
genium verti deberent. Modica et exigua impatien-  
tia illa in ipsorum juventute tolerata ipsos postmodum  
admodò violentos et in iram præcipites reddunt.

Credidistisne, inquit S. Augustinus, tantam esse  
molestici vim, eamque omnium horum iracundia impe-  
tuum esse causam posse? Sed animo intus amini, respondet  
ipse, quod dentes et spina, quibus tam acuta sunt oculi, ni-  
hilominus teneram habeant radicem. Eadem est ratio  
juventutis illius, quæ nihil offendit quod ei obstat, man-  
suetudo, quæ erga ipsam habetur, sapientissima ad nihil est,  
quàm ut ignem accendat, spinasque producat, quæ omnia pun-  
gunt et discerpunt.

Ad profligandam hanc violentam passionem nullum  
presentius remedium est, quàm si statim in suo ortu cohi-

beatum. Id ita intellexit S. Paulus, cum dixit, tempestivè omnem indignationem et amaritudinem deponite, ac imprimis cavete, ne inde Dæmoni ullum in animas vestras aditum præbeat: Nolite locum dare Diabolo; Si turbulentus et seditiosus hic Spiritus semel illuc intraverit, tum de vobis actum est. Equidem sine vobis conitari et tentare vos potest; at, nisi ultrò velitis, prosternere vos non potest. Ne ergo in animabus vestris ullum locum aut imperium ei unquam datis.

\* Epist. ad Pro-  
futurum.

Præstaret, inquit S. Augustinus, ut cordis tui aditum iræ, ut ut justa sit, præcluderetur, quàm illam in eos recipere, ut ut modica videatur. Mox sub justa iræ prætextu usque ad odium perduceris; mox passio hæc cum quadam voluptate in cordis tui vasa reclusa auferat, et acore suo ibid inficiat; mox bilis abundantia augetur, atque frequentiores et vehementiores motus in te excitabit.

263.

\* Ep. ad Hebræos  
lib. 4. c. 6.  
De Civ. c. 6.

Nam quid est hæc iræ? Est, ni fallor, inquit idem S. Ba-  
ter\*, ardens motus ad ea à nobis propulsanda, quæ nobis liberum actionum nostrarum exercitium adimunt. Inde fit, ut non modò adversus homines, sed et ea omnia, quæ nos impediunt, quò minus quod volumus, agamus, irascamur. Sic ubi calamus non aptè scribit, iræ nos occupat, atque in frustra discerpimus. Idem faciunt lutores cum suis alais, pictores cum suis parvillis, aliique artifices cum suis instrumentis, nempe quando hæc faciunt; ipsis non amplius probantur.

Porro Medici afferunt, quòd, quò magis irascimur, bilis tanto abundantior afficiatur, et hæc bilis abundantia eveniat, ut postmodum vel minimas ob causas in maximos iracundie impetus prorupimus. Hanc ergo passionem statim in suo ortu reprimitis, si cupitis, ut vobis non dominetur. Quamprimum ab illa vos impetissent, tum illiò adversus illam omnes animæ vestra vires colligite, inquit S. Franciscus Salosius: Sæpe enim at si vel minimum temporis spatium ei relinqueris, locum occupabit, ac serpentem imitabitur, qui facile totum corpus suum in illum locum trahit, cui semel caput ingesserit. Nolite locum dare Diabolo.

Quidquid devenerit nunquam iræ locum dabit quem in vobis tenere non debet: eam tempestivè sapientia

et legi divina subijcite, ne cum incommode rabelaverit, majores animabus vestris vastitatem inferat. Ut ut justa videatur, tamen semper est malus hospes, inquit S. Augustinus\*, præstatque eam à domo tua ar-  
 cere quam pati, ut in ea primum locum occupet tibi-  
 que Dominatur. Præclara sunt ea <sup>quæ</sup> idem S. Pater hæc de  
 re adhuc eloquitur.

\* Ep. ad Profutu-  
rum

Ne ab hospitalitatis officio erga innocentes probosque u-  
 nos eximamus, inquit, solamus dicere, multò melius  
 esse malum hominam perpeti, quam per ignorantiam  
 excludere bonum, dum cavemus ne recipiatur malus.  
 At respectu ira aliter sentiendum est. Enimvero mul-  
 to melius est ei, quamvis rationabilis causa subest, u-  
 cordis nostri auditum præcludere, quam pandere, ob pavu-  
 lum, ne cum intraverit, ad flagitiosos impetus nos ferat,  
 quibus dominari non amplius valeamus. Salubrius est ira u-  
 pulsanti non aperire penetralia cordis, quam admittere  
 non facile rescisuram.

Sunt scintilla ignis, quæ ubi vel modicam materiam  
 conceperint, eam comburunt. Modò est ruptum vitrum,  
 modò infans clamitans: hinc inofficium verbum, ibi levis  
 inurbanitas. Quodnam his omnibus remedium? nampe  
 hæc passio statim in suo exordio coercenda est; ambulandum  
 cum mansuetudine et patientia: Ambulate cum  
 mansuetudine et patientia.

Verum ubi semel hanc ignis temperationem, subit-  
 tam hanc et præcipitè passionem imperiosâ quadam  
 superbiâ, vanâque nostrâ ipsorum estimatione fove-  
 rimus; proh! quanta non audemus? Ira est ad super-  
 biam quod calor ad aquam, qui eam ebullire, atque  
 extra vas, in quo est, subilire facit. Ira ignis pariter  
 superbiam undatim et ubertim affundit; statim ac mi-  
 nima se produnt cujusdam contantus indicia, ipsa in  
 facie, in gestu, in verbis, in oculis apparet. Ira superbi-  
 am inflat, eique ignem suppeditat; superbia iram ac-  
 cendit, atque vindictarum ipsius objectum augeat. Hæc  
 duo peccata infelici quadam reactione sese invicem re-  
 progignere, sibi invicem arma mutuâque auxilia submi-  
 nistrare videntur. Nam unde provenit Domini et Domina

PAVS 2. Ja  
 258.

q. injuriarum

mea, quod tam saepe et facile sumptis in iram? Unde fit, quod vel levissimarum sitis adeo intolerantes? nempe quia vobis imaginamini, quod illi qui vos offendant, minoris sint conditionis quam vos; quia cum vos iis praestantiores reputatis, nihil adversi ab ipsis tolerare poteritis, aut potius vultis.

Si vobis sunt facultates, tunc divitias vestras ipsorum egestati opponitis: Eus mendicus et miser iste, qui me offendere audeat. Si natalibus vel auctoritate eminentis, tum arbitramini, quod omnes ad pedes vestros reptare debeant: In exiguum civem, et ex feces populi mulierulam istam? Si ingenio vel dotibus, quibus alios superatis, estis instructi, tunc praestantum meritum vestrum stupiditati et mediocritati aliorum opponitis: Eus imperitus iste, qui se mihi aequare praesumit.

269.

Vultione Domini mei et Domine mea de hac passione simul triumphare? varum ad hoc arcum in eo consistit, ut ipsa humilietur. Aliud non novi, inquit S. Augustinus post S. Paulum; aliud non novi; ambulate cum omni humilitate, certusque sum, quod brevi vobis ipsis temperaturi sitis. Ne attendatis, quinam per vestras facultates, dignitates, Dotes, officia sitis; sed potius quinam per nomen Christiani quod geritis. Potentia, Divitiae, pulchritudo, nobilitas, Scientia, Distinctiones vanae et fastuosa, Dei iudicio nihil estis, nisi quando contemnimini, et eidem in sacrificium conspiciamini. Alia datur eminentiae species Christiano dignior, inquit S. Paulus, quando scilicet non patitur, ut alius ipso humilior sit et moderatior; quando considerat, non quot gradibus alius sit superior, sed quot virtutibus alii ipsum superent.

Sanctam et nobilem hanc cumulationem, quantum plauserit, ostentate Fr. M. In humilitate superiores sibi invicem arbitrantur. Disceptate inter vos, quis vestrum majorem humilitatem et moderationem praefereat; opponite defectus vestros perfectionibus proximi vestri, imbecillitatem vestram ejus fortitudini, tumque impetus vestri brevi sedabuntur. Ipso sum dignior, dicere debetis, at forte ipse est Deus acceptior quam ego. Ipso sum potentior, sed ipse probior <sup>est</sup> quam ego.

Plures naturae doles à Deo accepi quam ipse; sed ipsa vis, quas  
accipit, quamvis mediocres sint, melius utitur, quam  
ago. In humilitate Superiores sibi invicem arbitrantes.

Ne ergo amplius dicatis Domini mei et Domina  
mea, quod tam frequenter cum tanta acerbitate et  
arrogantia dicitis: Illustris conditio mea, illustris  
conditio mea: Conditio tua, o Domina mea est, quod  
christiana sis. Ad hanc conditionem referri debent  
illa Sauli distinctiones et praeceminentiae, quae non  
nisi ad tuam damnationem conferent, si illas ab eo  
separaveris quam in Baptismo tuo accepisti; ad hanc  
conditionem omnes tuae cogitationes, actiones, verba,  
totusque vitae tuae circulus et oeconomia componi de-  
bent. Conditio tua o Domina mea est, ut virtute et  
sapientia sis praedita, adeoque humilis et moderata,  
aequod S. Scriptura, quae sane de rebus iudicat, et quam-  
vis nomine suo appellat, exiguum discrimen ponat  
inter iracundam et fatuam mulierem: Mulier fatua  
et iracunda. Conditio tua, o Domina mea: Esne pres-  
tantior quam fuit Sara? attamen quid non pertulit  
ab ancilla sua? Conditio tua o Domina mea; Esne Da-  
vide illustrior? nihilominus injuriis et opprobriis  
affectus se reputat non tanquam Regem, qui sine ullo  
metu morte afficere potest illos, quibus illum contem-  
nandi est insolentia, sed velut hominem suum, qui  
illatas sibi injurias non audit, velut hominem mu-  
tum, qui nullum verbum habet, quo calumniato-  
res suos reprehendat. Conditio tua o Domina mea:  
Unor Job illustris conditionis foemina erat, cum sacra  
Scriptura dicat, illum inter Orientales fuisse Prin-  
cipem; sed ipsius ira impetusque hunc virum adeo  
defatigarunt, ut ab ipso justam hanc retulerit obju-  
gationem: Velut mulier fatua loqueris. Jezabel  
illustris conditionis foemina erat, utpote Regina, sed  
ipsius ira eam adeo contumibilem et odiosam red-  
didit, ut quantum superbiae in vita habuit, tantum  
indignitatis et infamiae in morte sua recuperit.

Conditio vestra Domini mei et Domina mee: An Jesu Christi conditioni aequiparanda est? Estima ipse praestantiores? An atrocioribus injuriis quam ipse fueris affecti? An vanus honor vester vobis magis cordi esse debet, quam propria sua gloria ei fuerit? Nihilominus considerata quid agerit: Cum in forma Dei esset, semetipsum exinanivit, formam servi accipiens, et habitu inventus ut homo. Haec verba, quae, animo revolite.

270.

Sunt in Jesu Christo Duae naturae, Divina scilicet et humana; una, quam ab omni aeternitate habet, altera, quam in tempore à nobis sumit; una, per quam infinitè super omnes creaturas eminent, altera, per quam sponte sub iis se demisit. Si Jesus Christus se ipsum quoad hanc divinam naturam considerasset, rebelle et armatum nihilum, quid contra ipsum moliri potuisset? Verùm ut nobis mansuetudinis et perfectae humilitatis exemplum praebere, non attendit, quid ipse sit tanquam Deus, sed quid sit tanquam homo: se humiliavit et exinanivit, et sub servi figura infinitam suam magnitudinem occultans, velut omnium hominum abjectissimus videri voluit: humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.

En Christiani, an exemplar vestrum; en id, quod S. Paulus vobis proponit ad coercendos superbos illos impetus iraque vestram justis limitibus continendam. Jesus Christus ad id respexit, in quo hominibus inferior esse volebat, cur vos ad id respicitis, in quo illis superiores estis? Jesus Christus hanc humilitatis sensa habuit, cur vos eadem non haberetis, vos creatura, vos peccatores, vos omnibus inferni suppliciiis digni? Hoc sentite in vobis quod est in Christo Jesu. Proinde omnia divini hujus Archetypi lineamenta probe et diligenter contemplantini, ut iis vos conformetis.

Videbitis, quod funesta nocte illa, qua ipsius hostes toti illum perdendi rationibus unice incumbunt,

ipsa nihil aliud cogitat, quam ut bonitatis sua signa  
 ipsis exhibeat, atque per Sacramentum corporis et san-  
 guinis sui ultimum nobis unum foedus incutiat. Videbitis  
 Apostatam Discipulum cum Sacerdotum turba appropin-  
 quantem, et ejus Magistrum, qui procul ut ipsum in-  
 crepet, cum amicum suum nuncupat, Amice.  
 Videbitis impudentem militem Deo suo alapam  
 infligentem, et Deum hunc tranquillo vultu ai di-  
 centem: Si male locutus sum testimonium perhibe de  
malo, si autem bene locutus sum, cur me caedis? Vide-  
 bitis hunc innocentem Deum morientem blasphemis  
 oneratum, et simul audietis illum inimicos suos excu-  
 santem, pro ipsis deprecantem, et quodammodo apud  
 Patrem suum ipsorum causam agentem.

An non modo vos pudet, quod vel levissimas inju-  
 rias ferre non valeatis, sed cuiusque arbitramini, si  
 illas non ulciscimini, et Solem super iram vestram oc-  
 cidere permittatis? Dantur homines ad iram veloces,  
 quibus minimum inofficium verbum bilem movet,  
 at ipsis adhuc haec naturalis bonitatis sunt reliquiae,  
 ut statim placantur, sunt fulgura quae nubes fix-  
 runt, et quae forma quamprimum videntur dissipant.

Dantur alii, qui sunt rigidi, intolerabiles et mo-  
 rosi, omnia stomachantur, et nullo modo ipsis satis-  
 fieri potest. Tales sunt rixosa mulieres, quae murmur  
 amant non secus ac si vehementer turbo caput occupa-  
 rat; nunquam tranquillas videbis; semper de eni-  
 qua, quae illarum habetur, ratione, et civilitate ip-  
 sarum conditioni et fortunae denegata sermoinantur.  
 ac recte de illis propheta ait: Melius est habitare in  
terra deserti, quam cum muliere rixosa et iracunda.

Varium sunt alii, quorum ira tenax est et obsti-  
 nata. forte non tam veloces et volenti sunt ac primi,  
 forte non ipsis tanta morositas et superbia ac securdis,  
 sed in hoc infelices, quod diu et interitum ad mortem  
 usque iracundiam suam conservant; et de his loqui-  
 tur author libri Eclesiastici, quando ait, quod iram  
 suam conservent, et persapere de stirpe in stirpem per-  
 petuent, homo homini reservat iram.

Part 3<sup>tia</sup>.  
271.

\* Prov. 21.

272.

Ut ut coeca Sapientatur ira, Sapè tamen nimia  
 potest perspicacia, quâ obstinatio afficitur. Primi  
 motus cum sint involuntarii, iram marcentur, at  
 ubi quis peccatum suum seum reputat, atque in eo  
 perseverat, cum acceptam injuriam Superare aut  
 saltam aquare studat, hæc est consummata mali-  
 tia. Hæc muta ira se se aliquanto temporis spatio occul-  
 tant, ut, cum nulla amplius ipsarum fuerit memo-  
 ria, erumpant, atque eo se viuis fariant, quò ipsis  
 longior mora ad conquirendam oportunitatem se uliscendi  
 occasionem suppedit: et hæc est etiam inter alias ratio,  
 cur Spiritus Sanctus nos moneat, ne Solem supra iram  
 nostram occidere permittamus.

Quando Sol de die nubes non dissipat, tum de nocte  
 coeunt ad formandas procelles et tonitrua, quæ obvia quæ-  
 que subruunt. Cum quis, ubi moderandis ira sua impe-  
 tibus studere laboret, ratione sua et passione uti-  
 tur ad eos augendos; proh quantas perturbationes, quantos  
 in familiis, inter vicinos, magnos et parvos, divites et pau-  
 peres, impios et devotos divisiones non provocant?

273.

Subsiste hæc, ais, nec adeò præclari nominis Sanctita-  
 tem profanato. Equid enim argone hominibus illis, qui  
 vitam ~~liberam~~ passione liberam agunt, atiam ira domina-  
 tur? vel saltam an in illa perseverant? Num in ea per-  
 severant, queris? Id nostis vos Domestici, vos qui tam  
 Sapè conquerimini, quòd hari et heræ vestre, ut et pie-  
 tatem profitsantur, tamen suam pertinaciam nunquam  
 ferre deserunt. Id nostis infortunati litigatores, qui-  
 bus cum pseudodavoto vos intercedit, quam vestra  
 impudentia irritavit, omnia in ipso composita et mo-  
 derata apparant, sed citius aut sarius eum simulata hæc  
 sua moderatione vos perdet.

Id scitis, et cognovistis illum N... quem omnes vobis  
 summae integritatis et probitatis virum suspiciabant;  
 sed vestro infortunio eum cognovistis, atque utinam  
 et familia vestra, et vobis ipsis semper ignotus fuisset;  
 hereditaria portione vestra vos spoliare, eamque vos-  
 tro damno in alios transfere conatus est: perniciosa se-  
 veritate miseræ defunctæ animam sopivit, cuius consue-  
 tudine justos stimulos suffocavit. Hujus Pharisæi fermen-  
 tum totam depositam farinam massam corrupit, postquam

se ipsum corripit et acuit. Subtilis impostor iste clam adversum vos litam curavit, et sub simulata moderatio-  
ne iram suam occultans nihil non adhibuit, ut vos perda-  
ret.

Pharisaeis, quibus religio erat Sabbatho Praetorium ingredi, ne coinquinarentur, innocentem Iesum diffama-  
re, columnis afficere, ac perdere, melius ipsis erat scrupulus. Initio secretum erat inter ipsos occultum; postmodum rumor in populo sparsus fuit; tandem nec dubia, nec suspiciones amplius fuere, sed innocentia ipsius injuriosa Decisiones; et si aliqui tremebundè agebant, illum esse virum probum, alii respondebant, illum esse seductorem.

Terribiles irae effectus, quam nihil placat, nihil miti-  
gât! Illius nimisquam frequentia quotidie habemus exempla, et tamen quod adhuc magis mirandum est, huiusmodi homines sine scrupulo omnia religio-  
nis exercitia peragunt, orant, Sacramenta frequentant, aliis salutaria dant monita, quae sequi ipsimet renuunt.

Quanta tamenitas! quanta roccitas! inquit Tertullia-  
nus\*, aut diem sine oratione transigere, aut oratio-  
nis fructum perseverante iracundiâ perdere? Quae ratio Deum placandi sibi quae propitium reddendi, ipse, qui, ut quod ab ipso petitur, concedat, vult ut oratio, quae ad ipsum dirigitur, immunis sit non modo ab omni ira et inimicitia, sed etiam ab omni cupiditate et perfidia, quae quodammodo mentis serenitatem et cordis pacem turbare possit.

Cognoscite hoc praevenire infortunium? En excellens, quod vobis apostolus suppeditat, remedium: Supportantes invicem in charitate, solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis. Ita vos erga proximum vestrum gerite, ~~et ipse~~ quemadmodum cupitis, ut ipse se erga vos gerat; ipsius imbecillitates excusate, prout vultis, ut ipse vestras excuset; ipsius infirmitates supportate, sicut cupitis, ut ipse vestras supportet: Sciatis quoque quae velim, quod nisi depositâ omni indignatione pacem cum illo habeatis eam cum Deo nunquam habituri sitis.

274.

multum murmur erat in turba de eo: quidam enim dicebant, quia bonus est: alii autem dicebant: Non, sed seducit turbas. Joan. 7.

\* lib. de orat.  
c. 2

Quanta pax! quanta humilitas! quanta mansuetudo!  
 quanta charitas inter primos Christianos! Nec invidia  
 tabefactis, nec superbia inflatis, nec avaritia divisis,  
 nec tenaci et perseveranti ira subiectis unum cor erat  
 et anima una. Deum pauperem colebant, et propter  
 ipsum se ipsos pauperes efficiebant; Deum afflictum,  
 et se ipsos propter ipsum affligebant; Deum humilem, et  
 se ipsos propter ipsum humiliabant; Deum patientem  
 et mansuetum, et propter ipsum sine ulla animi commo-  
 tione omnes quaecumque tolerabant injurias; vel si qui-  
 dam motus primo primus ipsorum rationem anteverte-  
 bat, raro super suam iram solem occidere permittabant.  
 O patientia! O mansuetudo Christiana, quae omnem iram  
 suffocas, quam admirabilis es! inquit Tertullianus; pa-  
 tientia tranquilla in afflictionibus, moderata in inju-  
 riis, lata in calamitatibus, in maxima servitute libera,  
 in gravissimis certaminibus victoriosa, cum cedis triumphas,  
 et cum victa et humiliata appares in terris, in caelo corona-  
 ris. In contumeliis lata, in infirmitatibus potens, in servi-  
 tute libera, cum cedis vincis, cum vincis coronaris.

Ira  
 Iracundia, impetus,  
 vindicta, Odium ꝑ.  
 Sermo Secundus.

Proferia 3<sup>a</sup> post  
 Dom. Paschae.

Repleti sunt omnes in Synagoga ira haec  
 audientes, et surrexerunt, et eiecerunt  
 illum extra civitatem: ipse autem tran-  
 siens per medium illorum ibat. Luc. 4,

276.

Duo aequaliter stupenda se se simul et simul  
 menti meae objiciunt, nullusque dubito, quin sim-  
 plex eorundem, quam aggredior, expositio, vos aequi-  
 » ac me in admirationem rapturabit. Jesus Christus  
 » civitatis Nazareth Synagogam ingressus assumptoque  
 » legis libro, in <sup>quo</sup> scripta erant verba ipsum tangentia,  
 » ait ad auditores suos, de se ipso locutum fuisse Isai-  
 » am tanquam de illo, quem Dominus miserat ad li-  
 » berandos captivos, agrotosque sanandos, ad annun-  
 » cianos peccatoribus remissionis annos et dies. Ado-  
 » faustus nuncius, qui ei Judaeorum attentionem et amici-  
 » tiam conciliare solabat, illos magis exacerbat;

impotentis iracundia motu abrepti, omnes, à loco farræze - ce-  
runt, inquit S. Lucas, atque verba sua illum ejecerunt, ut in  
supra vicinum montem ductum inde eum precipitare u-  
voluterunt. Quanta rabies! quantus furor!

Si Jesus Christus non nisi calamitates et infortunia  
ipsis prædixisset, vel ad ipsos minandum eosque perdan-  
dos duntaxat auctoritate sua usus fuisset, nemo mira-  
retur, quod adversus illum ira excanduerint, inquit S.  
Chrysostomus; sed quod tam atrociter indignentur ad-  
versus hominem, cujus totum studium ac unica colli-  
mat, ut nempè eis beneficiat, quique testatur, se  
non nisi in hunc finem missum fuisse: Hoc est, addit  
memoratus S. Doctor, quod nunquam comprehendere  
potero. Ira præceps et violenta, quid non audes? Si Je-  
sum Christum impetis, quem non adoraris? Si necem  
Jesu Christo machinaris, cujus vita parces?

Hujus adorabilis Salvatoris agendi modus æquè me-  
rapit in admirationem, S. M. Quis alius de furioso et  
barbore populo illo vindictam sumisset. Pusillos, qui in  
Elisæum ridicula jacerant, Ius à vicina Silva prodentes  
ursi statim devoravêre. Quinquagenarii Eliam descen-  
dere jubant, quorum inurbanitate offensus hic Propheta,  
ignem de coelo vocat, qui eos in cineres redigit. At Jesus  
Christus Prophetarum Magister, omninò contrariam  
agendi rationem inuit; et si potentia suâ utitur, id agit,  
non tam <sup>ut</sup> ingratos hos perdat, quàm ut se ipsorum oculis  
invisibilem præstat, nec non per medium illorum, quin  
advectant, transcat. Ipsa autem transiens per medium  
illorum ibat. O mansuetudo Dei mei, quantum me ra-  
pis! possumus post tam eximium exemplum me con-  
tra alienam iram irritare, injuriam pro injuria, contu-  
maliam pro contumelia, malum pro malo rapendere?

Nam inde post S. Joannem Chrysostomum duas ma-  
gnum momenti veritates erua. Prima, quod quantum  
valemus, ira nostræ motus cohibere teneamus. Et  
Secunda, quod quantum possumus, alterius ira cadere  
debeamus. Iræi lapsus est magnum peccatum; alte-  
rius ira cadere semper magna virtus est. Ira excan-  
dascere, peccatum est Judæorum; ira alterius ce-

Divisio  
277.

anta man...  
anos! Non...  
e avaritia...  
atis unum...  
ebant, et...  
Deum aff...  
Deum humi...  
Deum patie...  
s ubi am...  
injurias;...  
tionem vol...  
ve permitte...  
a, qua om...  
t Tertulian...  
s, modeste...  
ima scribit...  
a, cum cedi...  
terris, in v...  
atibus pote...  
eris coron...  
et...  
im p...  
Dus...  
agoga ira...  
t, et ejec...  
se autem...  
ibat. Luc...  
simul at...  
dubito, qui...  
repositio...  
lit. Jesus...  
profus aff...  
a ipsum tra...  
loutum fu...  
ninus miss...  
anabos, ai...  
nos et his...  
attentionem...  
agis exacer...

Ira, exemplum est Iesu Christi. Ira motus in suo corde rapinare, est Christiani obligatio, alterius irae impetus mansuetudina placare, perfectio est et amicans Christiani virtus.

Pars jma  
278.

Si nunquam sine Dei offensa irasari possemus, si quantumvis fovanda huic passioni ablativarem, tamen ex se ipsa vitiosa esset et criminosa, tum perfectio praecautio illa, quam nobis Regius Pfalter his verbis: irascimini et nolite peccare, commendat, omnino inutilis foret.

Datur ira indifferens; imò datur, quae sancta et rationalis est. Talis fuit ira Othones, qui scandalosam Judaei cum Madianitide fornicationem ferre haud valens, ambos gladio confodit. Talis fuit ira Moysis, qui indignatione commotus, quod populus vitulum aureum in vari Dei contumtum adoraret, sum ab hac contumelia vindicaturus viginti tria hominum millia interfecit. Talis fuit ira Eliae adversus Sacerdotes Baal, quorum cruentam stragem edidit. Talis fuit ira Davidis, cum dicebat, Dei iram usque ad cordis sui penetralia transisse, In me transierunt irae tuae; nec sine indignatione peccatores illum offendentes intueri se posse. Talis fuit ira Iesu Christi, qui mercatores et usurarios illos, qui ex Domo Patris sui negotiationis domum et latronum speluncam faciebant, à templo ejecit.

\* Psal. 87.

Si ira vestrae impetus huiusmodi essent, si Dei gloria vobis magis cordi esset, quam proprius vester honor, si injuriis quibus ipsa afficitur, magis commoti, quam iis quibus vos afficiimini, ad illum ulciscendum irā excandesceretis; vel etiam, si in propria causa vestra sufficiens vobis esset moderatio ad concandos praecipites huius nascentis passionis impetus; tantum abest, ut ego impetus istos vituperarem, quin potius encomiis prosequerem: irascimini, sicut et David, et nolite peccare.

At cum ea mecum reputo quae in mundo apud parvos et magnos, Ecclesiasticos et Laicos, agnos et divi-

tas, apud eos, qui verba incolunt, et apud eos, qui in solitudinibus suis volut sepulti delitescunt, apud devotos, qui exactam Sanctorum legum observationem praeservant, et apud impios, qui nullam legem agnoscunt, agitantur, audacter assero, quod, communiter loquendo, ira sit adeo irrationabilis, periculosa et injusta, ut nemo sine peccata ei se permittere possit; atque non modo Christiani hominis religio, sed et sapientis prudentia ac utilitas postulent, ut ipsa motus illius cohibeat; et cur hoc? ideo, quia homo furiosus, qui irae suae violentia<sup>1</sup> permittit, sibi, fratribus suis, Deoque est inimicus. Sibi, non amplius est sui ipsius Dominus, ratio ipsius turbatur et confunditur. Fratribus suis, cum eis non amplius habeat illam morum sympathiam, quae unicum Societatis civilis Delicium est. Deo, non amplius ipsius gratia animatur, nec Spiritu illius vivit.

Profecto nullum in homine violento et in iram precipiti rationis et sani sensus vestigium est; nullum in muliere rixosa et morosa rationis et sani sensus vestigium: sua passione associati, subacti, et abrepti, ipsam solam audiunt, ad parentum monita, amicorum consilia, vicinorum probra, publici scandali rumorem sordi, non nisi expleta animum suum student. Sive offensionis causam habeant, sive non; sive ea, quae loquuntur et agunt, ipsis commoda accessant, sive molestias creant; sive in civilium et capitalium litium labyrinthum procurrant, ex quo sine fama et communi dispendio elabi non possunt, id non curant. Confundentes innocentem cum nocente, amicum cum inimico, pium cum impio, eum qui culpam habet cum illo qui ea vacat, indifferentem cum benefico, sapientia graves sibi creant molestias; et quosdam aequo injusto ac temerario ira impetu se ipsos aliorum exitio involvunt. In vanum abinsans et Demoniae rationem expetas, in vanum itidem a viro et muliere, quos ira occupat, expetas, inquit S. Chrysostomus; Hom. 46 De Divitiis imo inter hos et illos, iuxta hunc Sanctum Doctorem, istud intercedit discrimen, quod in illis insania non sit voluntaria, obsessio Daemonis autem coacta; at vero in his insania et obsessio sit spontanea, voluntarius Daemon insania Spontanea.

279.

Iuxta naturalem rerum ordinem, ratio irā uti de-  
 beret, velut Bellidus militis, qui sub ipso maratur,  
 et cui dicit: Vade et vadit. At insolenti quadam huma-  
 ni sensus subversione, ipsa ratio irā tanquam impe-  
 rioso Domino obedit, cujus voluntatem vaeo impetu  
 sequitur: vel si hāc irā interdum rationi auscultat,  
 tum id facit formā sicut stolidi servi illi, qui sine im-  
 patientes, quid Domini sui ab ipsis cupiant, eorum jussa  
 exequuntur antequam ea intellerint. Sic etiam  
 innumeri pene homines sine discrimine se passionum  
 suarum violentis impetibus permittunt, indignantes, re-  
 cifarantes, fulminantes interdum, quin tamen suant  
 cur vel contra quem: Similes canibus illis, qui ubi fores  
 pulsari audiunt, amicos et inimicos, domesticos et extra-  
 neos, sine discrimine attrahunt. Ne vos hāc compara-  
 tio offendat, eam quippe in eijusdam Sapientis Ethicis  
 scriptis reperiri, et quod Saulo idololatro dixit, nobis hodie  
 pudorem injicere debet.

\* Aristot. 4. Ethic.  
 117.

Haec valox et violenta passio rationem nostram pra-  
 veniens nobis moram non relinquit ad praecipua munera  
 nostra attendendi, accepta injuria imagine commoti  
 necnon ad vindictam unice intenti, nullius rei ratio-  
 nem inimus. Nec Decentia humana, nec beneficiorum  
 memoria, nec monita, nec preces, verbo, nihil nos moratur  
 enimvero si ad ea attendereamus, quid nobis ipsis dicereamus,  
 aut potius quid non ageremus? aliorum irā impetus vi-  
 tuperō, meos autem excuso, aliorum iracundiam velut  
 depravata ipsorum rationis visibile signum intusor, et  
 eam in me velut passionem rationabilem patior. Ra-  
 tione mea utor ad alios judicandum, et dum me ipsum  
 judico, rationi meae renuptio. Quod in aliis excorro, id  
 in me diligo; et quod proximus meus in me odit, id ego  
 amplector. Ergone quod in aliis peccatum esse existimo,  
 in me virtus erit? et quod in causa extranea velut sani  
 sensus defectum rapto, in mea subito naturam mutavit?  
 En ea, quae nobis ipsis dicereamus. Sed praecipiti hae passio-  
 ne abrepti in nos ipsos tantum non possumus, et ea no-  
 bis dicamus. Et cum hunc agendi modum teneamus, quis  
 arbitrabitur non esse sapientes? Nos nobis bene velle,

aut bene facere? candidè fateamur, dicamisque, quòd potius nos ipsos odio prosequamur, nos de gradu <sup>nostro</sup> dignificamur, atque nobilissimam animarum nostrarum potentiam omnium servitutem ignominiosissime subiciamus.

Vultus, sunt verba Spiritus Sancti, Tr. M. vultus, ut vobis exponam, qua ratione dignoscere possitis, num quis sapiens sit vel fatuus? Si mitis, moderatus, et pacatus est, audacter dicite, ipsum esse sapientem. Et verò si furiosus, ad iram proceps, intractabilis est, si ad laves injurias in ingentes erumpit imprecationes, tum audacter dicite, ipsum esse fatuum: Fatuum statim indicat iram suam.\*

\* Prov. 12.  
281.

Sed quantum irrationabilis sibi quæ ipsi inimicus est, tantum est et suis fratribus. Secunda consideratio, quæ alia adhuc ratione hujus peccati naturam et enormitatem patefacit hoc modo: Cum omnes unum idemque corpus civile constituamus, singuli quasdam perfectiones, quosdamque defectus habemus; Singulis nobis inest aliquid, quo utiles et sociabiles reddimur, et aliquid, quod nos molestos et incommodos efficit. Vos predestinati in coelo regnantes soli ex omni parte perfecti estis, in vobis solis nec minima imperfectionis et peccati umbra reperitur. At nobis, qui ad has miseriarum terras amandati, et infortunati heredes peccati protoparentis nostri sumus, paucissima sunt virtutes, multa infirmitates, et vitia multa.

In hoc statu si contenti vivere volumus, oportet omnino, ut has infirmitates natura nostra necessario conjunctas mutuò excusemus, et quemadmodum ait apostolus, alter alterius onera portamus. Si huic officio defuerimus, id est, si omnia pro arbitrio et auctoritate facere, nihil excusare, nihil pati, si ob modicam inurbanitatem, ambiguum verbum, offensivam impudenter fortè et innocenter irrogatam indignatione immoderatiùs offerri; si, ut alii nostros defectus supportant, nos verò aliena non ferre, si nobis vitia nostra ab aliis indulgari, nos verò aliorum vitia haud sufferre velimus: tunc pacis vinculum, quod vitæ civilis delictum est, rumpimus, ridiculos, odiosos intolerabiles nos ipsos facimus.

Nam si Sario attendere valitis, ira id in corpore civili agit, quod in corpore humano. Febris haec humores agit et inflamat, Sanguis effervesit, arteria crebrius micat, cor palpitat, tota corporis habitudo perturbatur: oppidò naturalis eorum, quae ira in Societate civili operatur, imago. Nam mentes inflamat, cor agit, totum politicum corpus perturbat, dum quid quid sanctius, firmitus, tranquillius et conjunctus est, surque deque vertit; non tam febris, quam phrenesis est, inquit S. Chrysologus\*, frandet dentibus, parentes la-  
niat, scindit proximos, cedit pugno, morsu agit, at-  
que affiit obsequentes: quae major phrenesis! quae gra-  
vior vis furoris!

\*Serm. 28.

282.

Modò facile intelligitis, quod Deus irā mortaliter offendatur, Deus, cui volupe est, se inter qualitates, quas sibi ipsi tribuit, Principem pacis nuncupare, qui inter figuras, sub quibus se conspicendum dedit, non in turbine sed in suavi Zephyro apparuit; qui inter eos, quos elegit, ut cum ipsis habitaret, asseverat, Spiritum suum non nisi Super moderatos et pacificos requiesciturum. Spiritus Dei, Spiritus hominum ad iram proscriptum et recordium, proh quā mira oppositis! quā insuperabilis antipathia! Spiritus tuus o mi Deus, est Spiritus intelligentia et sapientia, et recordes hi nequidam sanum sensum habent. Spiritus tuus o mi Deus, est Spiritus prudentia et consilio, et recordes isti vivunt in terribilibus erroribus et confusionibus. Spiritus tuus o mi Deus, est Spiritus fortitudinis, et recordes isti fortitudinem non habent, nisi ut in alios inhumanè invehantur, propriūque exitium accelerent. Spiritus tuus o mi Deus, est Spiritus pietatis; et recordes isti in habituali impietate et universali principum munerum suorum oblivione vivunt. Spiritus tuus o mi Deus, est Spiritus charitatis, qui omnia excusat, omnia sustinet, et recordes isti nec minimum quid excusare vel sustinere volunt. Si hinc volo o mi Deus, qualis sit Spiritus tuus, oportet, ut id à te ipso discam. Cum cogitas, ego, ais, cogito cogitationes pacis. Cum loqueris, verba pacis profars, loquetur pacem in plebem tuam. Cum

locum, in quo habitas, Saligis, habitatio tua est pacis ha-  
bitatio: factus est in pace locus ejus. Verbo, pax et man-  
suetudo duo peregrinationis, tuae sunt termini: qui  
posuit finos suos pacem.

Vos recordes et furibundi, de quibus mihi est sermo,  
ex his non nisi summam funestam vobis evenire possum  
consequentiam. Nam si, ut quis in statu gratiae est  
Dei amicus sit, oportet, ut Spiritu ipsius sit anima-  
tus: vos qui Spiritum suo contrarium geritis, an hanc  
prerogativa frui mini? an non à contrario conclu-  
dendum, quod hanc passio inimicos ipsius vos afficiat,  
et quod procul ut Deum pro patre habeatis, pater  
vester sit Diabolus? Vos ex patre diabolo estis. Qua-  
lis cognatio! qualis adoptio! En vestra ad ipsum con-  
formitatis quaedam exempla: Cogitationes diaboli  
non sunt nisi cogitationes divisionis et discordiae:  
an alias habetis? Verba diaboli non sunt nisi impre-  
cationis et blasphemiae; an vestra aliter sonant?  
Habitatio diaboli non est nisi turborum et pugnarum  
habitatio; suntne familia et domus vestra pacatis-  
sima? Diabolus non nisi intentus est iis torquendis, in  
quos habet potestatem; an uxores, liberi, domestici  
vestri minus quid ab ira vestra impetibus et violentiis  
patiuntur? Vos ex patre diabolo estis.

An ergo Fr. M. tam modica vobis erit ratio, honor  
et conscientia, ut spontè tam periculosa passionis  
impetibus vos committatis? et, ut, <sup>cum</sup> Spiritu Sancto  
loquar, ad eos in vos ipsos inflamantes et inhumani,  
in vestros fratres adeo crudales, erga Deum  
adeo frigidi eritis, ut in furore vestro animam  
vestram perdere velitis? Qui perdis animam tu-  
am in furore tuo?

Aliter facere non valemus, dicitis: Equidem  
fateor, vobis in primis motus vestros non esse im-  
perium; ingratis quodam objecto, cavillatione  
aliqua et contemptu bilam vestram accendi, vos-  
que vix advertentes abripi; at etiam fateri de-  
betis, quod cum gratia auxilio vobis vim consueque in-  
ferre ac impedire possitis, nec proaeptis hanc ira ad

ad molesta extrema illa, ad quae sapientius vos ferri sentitis, vos abducatur. Quoties culpam vestram agnovistis? Quoties illius veniam à Deo petivistis? Quoties promissis vos in eam non amplius relapsuros? Et tamen quoties ei datam fidem fragistis, nec promisso vestro statistis?

Haec nostra indoles: Sed haec indoles vinci debet. Oportet, ut excoquereamur et in omnino alios homines transformemur: at an ignoratis vos oportere esse novas creaturas in Christo Jesu? Nimirum offendimur: Sed quis vos offendit? Si vester aequalis est, valde incertus erit irae vestrae exitus; si superior, adversus ipsum luctari potius furori quam sano sensui deputatur; at si inferior vester est, vobis indecorum esse debet, ad ea attendere, quae in vos vomit: cum pari contendere anceps est, cum Superiora furoribus, cum inferiore sordidum. Quid ergo agemus: Ira vestra motus schibete, nec, ut vobis Dominatur, forte; at si perfectam virtutem habere cupitis, cadite alterius ira, illiusque impetus vestra mansuetudine placate.

Part 2. da  
285.

Bonti, politici, pseudo-devoti, at perfecti Christiani circa iram omnino diversa sentiunt. Bonti eam erumpere faciunt, politici differunt, pseudo-devoti occultant, perfecti Christiani suffocant. Bontis ira quadam animi magnitudo esse videtur, politici inconsulta praecipitatio; pseudo-devotis religionis zelus, perfectis Christianis magnum virtuti obstaculum. Bonti ajunt, malum pro malo esse reddendum; politici, hominis sapientis esse, interdum dissimulare indignationem; pseudo-devoti, oportere ulcisci injuriam in ipsorum persona Deo irrogatam; perfecti Christiani, proximo non esse succurrendum, sed eum pio mansuetudinis exemplo curandum. Bonti se passionis suae violentia tradunt; politici propria consulunt comoda; pseudo-devoti amore proprio succumbunt; perfecti Christiani Evangelii regulas, at exemplum Jesu Christi sequuntur.

Papae ait ad bontos, nihil toleratis. Proprii comodi studium dicit ad politicos, ad temperata tolerata. Praeten-

Ius religionis zelus ait ad <sup>u. d. p.</sup> prauos evotos, pie injuriam  
 ulciscimini. At Jesus Christus perfectis Christianis  
 dicit, ne succensatis proximo vestro, irae illius ce-  
 dite; quod ego facio, id et vos facite, me inimicis meis  
 subdixi, atque per medium eorum non advertanti-  
 um transivi: Jesus autem transiens per medium illorum  
ibat

Sed quid, dicatis mihi, quoniam mihi alterius irae  
 cedendi obligatio? quodnam inde commodum, quae uti-  
 litas mihi obveniet? Quodnam commodum, quae utili-  
 tas si. m.? haec nempe: Ista vivendi ratio vobis ipsis  
 magis dominabimini, fratribus vestris gratiores, in mayo-  
 ri praeis apud Deum eritis: vobis ipsis magis dominabi-  
 mini per quietam pacem, quam vobis conciliabitis;  
 fratribus vestris gratiores eritis per pacem quam accipie-  
 tis. Ista equidem verborum lusus duntaxat vobis videri  
 possunt, nisi solide stabilita essent in S. Scriptura, quae  
 tria Christianorum genera distinguit; videlicet Christia-  
 nos patientes, Christianos pacificos, et Christianos tran-  
 quillos. Primi, inquit S. Bernardus, pacem habent, se-  
 cundi eam dant, tertii conservant: Pacem habent, pa-  
cem faciunt, pacem tenent. Pax, quam primi habent,  
 eos sui ipsorum Dominos efficit; pax, quam dant secundi,  
 ipsos fratrum suorum amicos reddit; pax, quam tertii  
 conservant, ipsos filios Dei constituit.

En quam illustria, qua vos pollicentur, commoda,  
 illa tamen nihil movet; enimvero ea vobis proponisse  
 mihi sufficit; solummodo meminereis celebris illius Jesu  
 Christi oraculi, qui nobis dicit, ut ab ipso discamus, mi-  
tas et humiles corde esse, tumque requiem animabus  
nostris nos esse inventuros. Discite ab ipso mitas esse,  
et inveniatis requiem anima-  
bus vestris; ecce quod vobis promittit. Exemplo hujus  
virtutis, quod vobis dedit, mentes vestras conformata,  
en quod vobis proponit: Jam in hoc mundo beati eritis,  
quia terram cordis vestri possidebitis. Eus beatitudo,  
quam vobis pollicetur. Tantum abest, ut injuriam inju-  
 ria, maledictionem maledictione repellatis, quin potius  
 fratrum vestrorum irae cedite; recedite, taeta, expecta-

ta, donec ipsorum furor transierit, tum quod ipsa agit, faciatis: ipsa vero ex sua parte pro vobis faciat id, quod nemo alius prater ipsum facere possit, atque sub gratia sua imperio ferocissimum et effratissimum monstrum veniet, vos violentissima ac maximè rabellis passionis subjectione vestri ipsorum dominos efficiendo; hanc vobis tribuendo satisfactionem quòd in vestra fidelitate ad munera, quae vobis religio ipsius imponit, etiamnum commodum inveniatis per magnam ~~quiescentis~~ quietem tam et pacem illam Dei, quae quidquid de ea dicit cogitari potest, longè superat.

Per te stetit, o Domina mea, ut tibi hanc, quam offerebat, pacem conciliares, si ad inoffensum verbum illud, aut ingrati delationem pro amore Dei nascentem hanc iram suffocasses: si silentio tuo ac mansuetudine ostendisses, te tibi illatas injurias nihil curare: si expectasses, donec illius, quae temerè tibi insultavit, furor pertransisset: quantis inquietudinibus, molestiis altercationibus, litibus paperisses? In tantam quietem, tranquillitatem, pacem delibasses? Ira tua ad nihil fuit, quam ut vehementius te accendat, atque inimicum tuum ad ea tibi dicenda imitaret, quae ne rescirantur, permagni tua intararat. Sibi in faciem ea objurgata fuerunt, quae audire noluisse; ridicula vanitas tua, natalium tuorum obscuritas, miseria vel doli parentum tuorum, et fortè etiam clandestina amorum tuorum commercia, quae ne vulgarantur, vel maximè optare debuisses.

Et tu vir militaris, qui ad ambiguum quoddam verbum, vel levem inurbanitatem intempestivè excaudisti, si à Jesu Christo didicisses esse mitem et humilem corde, statim ex temetipso siverisses, quantum commodi et quietis capiat Christianus ille, qui sibi moderari, seque ipsum vincere novit: at vana quaedam honoris ratio te ineptè exacerbavit, à verbis ad manum tantum est, mille molestia et incommoda confusionem facultatibus tuis, familiae et menti tuae intulerunt.

Oportebitne, quòd vobis pudorem injiciam, ut ipsorum etiamnum ethnicorum rationes et exempla proficam?

ut spolia et divitias Aegypti ad ornandum Dei templum  
adhibeam? Quid te impedit, ait quidam horum pseudo-  
Sapientum, quominus bene tecum ipso et cum fratribus  
tuis vivas? Quid ipsi sunt respectu tui, et quid tibi fau-  
runt? puer est, qui te offendit, aut vir, cujus temeritas  
et imprudentia peccatum refert? aetatem ipsius et inconsi-  
derantiam excusa, ignorat an te offenderit rane: Quae  
est? aetate donatur, nascitur an pascit. Estne vir, qui  
te offendit et despicit? tu prior culpam admisisti.  
tuum est rationes illum mitigandi et bene cum eo  
vivendi inquirere: Laesus es? prior fecisti: Estne vir  
probus, qui, ut tibi imaginaris, de te male meritus  
est? ne credas id cum fecisse, aut saltim animo no-  
cendi facisse. Bonus est vir qui injuriam facit? No-  
li credere. Est iniquus vir? noli mirari, nihil enim  
boni ab ipso sperare debebas. Id Juntaxat te conso-  
letur, quod sibi ipsi majus malum, quam tibi intule-  
rit, peccati sui poenas jam dedit, vel gravi daturus  
est.

\* Seneca lib.  
de ira c. 30.

Vobisne hic Catonis exemplum offeram, qui alapam  
sibi coram magna populi frequentia inflictam tole-  
ravit, quin irascatur, quin vindictam sumeret, vel  
perdendi inimicum suum occasionem quaereret? Cato  
nihilominus unus ex principibus Romanis Senatoribus,  
Cato, inquam, adeo alatus, ut Regi Ptolomaeo ipsum  
in Insula Cypro invisere volenti obviam ire Intersecta-  
rit, et cui conelave suum ingredientem ne quidem asser-  
varet.

Plutarchus in  
Catone.

Cratemne vobis adducam, qui graviter in maxilla  
percussus eam tranquilla cartha contexit, cui per-  
cussoris nomen inscriptum erat cum hac epigrapha,  
Nicodromus faciebat.

Quid ad haec dicunt pseudoaegregii illi, qui profitan-  
tur se nihil pati, qui statim ad singulare certamen  
mutuamque <sup>eadem</sup> provocant illos, qui eos non alapa mule-  
tarint, sed mandacii Juntaxat arguerint? qui eos non  
atrocibus injuriis, sed paulo inurbanis verbis asceperint?  
busti isti, qui pro nullius momenti re omnium inimi-  
cos se constituent, qui illis etiamnum succurrunt, qui

782.

Se vixis ipsorum haud immeritent, qui simili Melasianarum virginum furor, quae à rupium vertice in abyssos se praecipites agebant, obinanis eujurdam gloriae caput se in aeterna damnationis periculum conjiciunt.

Adorande Salvator, Deus patientia et mansuetudinis, tu solus eos has virtutes tuo exemplo docere, tuaque gratiâ illarum exercitium ipsis facile reddere potes. Tuum est illis dicere, ut patienter injurias tolerant, si tecum, secum ipsis, et fratribus suis pacem habere cupiant: Quod. haec infortunata nihil patiendi affectio sola sufficiat ad eos coram te et hominibus pendendos: tum cognituros homines, ipsos esse tuos discipulos ex obsequantia et charitate, quam sibi invicem exhibuerint: Spiritum tuum nunquam nisi super mites et humiles requistrorum esse. Quod si iram suam cohibuerint, tuam sint mitigaturi, quod si studio tibi obediendi et placendi, quidquid ipsorum patientiam exorare potest, sustinuerint, delicta et flagitia sua sint expiaturi, tuaeque justitiae satisfacturi.

### Documenta Moralia Sensu Patrum et Theologorum circa Iram p.

#### I.

299.

Ira est passio turbulenta, praecipax et ardens; vel potius est peccatum inquietum, violentum, ignorans quid sit se intra rationis et aequitatis limites continere: caracter, qui magnum ipsis ab aliis peccatis discrimen habet. Invidia se occultat, judicium temerarium clam perficitur, avaritia in apricum prodire non audeat, obtruncatio caute agit, ne contumax: Sed ira sine ulla circumspicione cum insolentia et scandalo se offundit. Ubi S. Scriptura de invidia loquitur, eam putredini in osium madulla occultae comparat, putredo osium invidia\*. Ubi ipsi de impudicitia sermo est, eam velut meretricem intuentur, velut profundam abyssum illos, qui in eam cadunt, deglutientem: cavea profunda est mer-

\* Prov. 26.

trix. Ubi de prodicione et fraude dixerit, fraudulentum comparat viro lanceâ armato, qui sub tenebrarum beneficio eâ amicum suum confodit, et qui, cum deprehensus fuerit, ait se ludantem et imprudentem id fecisse: sicut qui mittit sagittas et lanceas in mortem, ita vir, qui fraudulentè vocat amicos suos, et cum fuerit deprehensus dicit: ludans feci. Ubi obtractatorem adumbrat, cum voluit serpentem clam mordantem exhibet; sicut serpens mordet in silentio. At ubi de ira loquitur, modo eam tonitruo, quod terrorem et consternationem ubique infert, modo fatuo, qui cœci auram vellicat, ut latræ eum faciat, modo incendiario, qui nemus vel domum incendit.

## II.

S. Ambrosius sibi videre imaginatur iram volut turbulentam magistram in doctorali cathedra sedentem ab innumerais sine ordine discipulis circumdatam, quos publicè ea peccata docet, qua familias devastant, artificiosas amicitias disjungunt, ubique divisionis et discordie ignem faciunt: gravis peccatorum magistra. Ibi nobilibus adolescentibus ait: An frustra gladium gestatis? brachia habetis et animum, eos omnes aggrediamini, qui vos offendunt, illos ad singularem certamen provocate, vestra animi magnitudine palam facite, quod nemo vos impunis insultat. Hic morosis et impatientibus mulieribus ait: vociferate, clamitate, in minas et injurias conumpite: an vos contumni facitis? an patiemini ut indocilis ancilla juxta vestra rideat? ut desidiosus et male comtus servus adeo ineptè vobis famuletur? ut vicina vestra vos totius ejusdem urbis regionis cavillationibus exponat? ut, cum tanta vobis sint mentis ac corporis potentia, vos rudis et inurbanus maritus arroganter et contumeliosè despiciat? Modò videns litigatoras mutuis contumeliis se se divergentes, ~~et~~ ~~hypocritas~~ ~~significatos~~ ~~et~~ ~~contumeliosos~~ ~~et~~ ~~imprecationes~~ ~~et~~ ~~blasphemias~~ ~~et~~ ~~invidias~~ ~~et~~ ~~vel~~ ~~lesores~~ ~~se~~ ~~se~~ ~~mutuè~~ ~~desipientes~~ ~~et~~ ~~spoliantes~~, ipsos ad rixas, murmurationes, imprecationes, blasphemias incitat; ut hi ex indignatione chartas lacerant, aleas fatuata ipsorum exitii instrumenta abjiciant et diffringunt; ut illi scriptis injuriosis se se exerceant, quis alterum majori ignominia afficiat, quis malignior sit, et factorum mandacium fitione altarum superat, quis odium suum magis perniciosum et nocivum efficiat, hæc sunt, quæ ira ipsis inspirat, ad inoestum hoc vitæ genus, ad exorandam hanc

Prov. 26.

ibid

290.

\* In Psal. 36.

Vindicta injuriam tuam.

factionis, divisionis, furoris disciplinam ipsos instituit: gravis peccatorum magistra. Mors valut improbus homo in Ecclesia agro fiducia seminat, conjugatissimis familias, sanctissimis que Communitatibus amulationis faciem inferens. Frater fratrem ferre non potest, quibet ad primum inoffensum verbum offenditur at indignatur; clandestina contiones formantur, alter alteri fit hustus at intolerabilis: Turbentur sensus, mans deponit, facultas accedit, vacat humanitas, at moriantur homines furor vivit, atque ad liberos at propinquos suos transit.

\* D. Chrysologus  
Serm. 38.

III.

Quanta non audeat imperiosa haec magistra? Quae et quanta inhumanitatis et favocitatis principia ex hac, in qua sedet, pestilentiae cathedra non tradit? Vindictam, ait, ostende tibi esse animum. Acceptas injurias non ulcisci nimis effeminatum et ignavum est; ergo recte te servus contemnit; ergo frater delinquere debuit, bene ergo egit amicus, quod te luserit et prodiderit.

Amplexus  
Inimica infirmitatis est non capere vindictam: ergo contemnere te debuit servus, frater delinquere, amicus luserit et prodiderit.  
S. Ambros. ibid.  
291.

IV.

Quando quis ira percitus est, tunc nihil videt, spiritualis ipsius oculus turbatur. Imaginatio ipsius injuria imagine repleta est, minusque ex qualitate contumelia, quam ex opinione illius agit: atque inde evenit, ut idem ipse homo certis occasionibus ob futilia iram offeratur, aliis vero ad graviora re animum quidem advertat. Si sola ratio ageat, tunc ira brevi sopiretur; at ubi ei ira dominatur, tunc nulla injuria videtur exigua, sed omnia sunt magna, eo quod omnia sibi juncta magnam quam de se ipso affinxit ideam, comparat. Siquis vel maxime ambiguis commovetur, hinc impetus in amicissimorum sanguinis effusionem interdum desinunt. Decem sacerdotes jugulantur ex male fundata suspitione illata. Principi foemina unquam injuria... Secundum substantiam exaltavit iram suam. Rationi minus mittitur, vindictam ad extrema quaque perfare honori ducitur.

292.

V.

\* Sanctus Franciscus Salasius ingeniosissime animadvertit, perniciosissimum demonis artificium esse, ut exterram humilitatem officiosamque mansuetudinem hominibus inspiret, atque plurimos harum binarum virtutum specie distinet, qui eandem non nisi sermonem et speciem praesertunt. Arbitrantur se esse humiles et mansuetos: at hoc id ipsis dissuadere debet, namque quod, non

\* De mansuetudine ergo proximum. part. 3.

obstante ista specie tenus humilitate ac officiosa mansuetudine, ad levem injuriam aut minimum obliquum verbum incredibili calore et superbia offerantur.

Santo Patriarcha Joseph fratres suos in Judaeam remittenti satis fuit ipsis dicere: Ne irascamini in via. Id est ego vobis dico. Brevis haec vita non est aliud, quam via, qua ad coelum pergitis; ne ergo in ea unus contra alterum irascatur, sed in concordia et pacis Spiritu cum fratribus vestris eam ambulato. Imo si possibile est, ne vel semel irascamini; et ubi subditorum vestrorum vitia castigatis, animi firmitas, tranquillitatem et mansuetudinem vestram non superet. Corruptio quae sola ratione fit, libentius suscipitur, quam illa, cui passio admiscetur. Homo illa facile ducitur, at vero hujus dominatum ferre non potest.

Quando Principes tempore pacis Status suos obaunt, populi, quia ipsorum praesentia Summae cohonestatos se sentiunt, ubique laetitiae suae signa edunt; at ubi illuc agmina sua ducunt, hujusmodi itinere tanto minus gaudent, quod, ut in stricta disciplina militaris observatione copias suas contineant, tamen impossibile sit, ut militum licentia multis privatis magnum damnum non afferat. Sic etiam quando ratio cum ~~corruptione~~ mansuetudinis auctoritatis sua jura per corruptionem aliquam exeret, probatur et diligitur; at quando indignationem, offensionem, iram, quas S. Augustinus illius milites nuncupat, adhibet, tunc magis metuitur quam diligitur, et ipsam inde molestatur ac conturbatur.

<sup>VI.</sup> Scientia vivendi sine ira praestantior est quam scientia eam sapienter utendi; et ubi haec passio cor nostrum occupaverit, praestat cuius eam reprimere, quam moderari. Si vel modicum ipsi datur tempus, tunc locum occupat sibi que subjicit, serpenti similis, qui ubi caput immittere potest, ibi facile totum corpus suum trahit. Sed quomodo eam reprimetis? tunc videlicet, si ad primum illius, quam ~~venti~~ impetum, adversus eam omnes animae vestrae vires collegeritis non quidem precipitantes et violenta sed suaviter et moderate. alia si eam cum violentia reprimere volueritis, idem vobis accidit, quod apparitoribus illis, <sup>qui</sup> in forensi curia majoribus

\* 293.  
S. Hieronymus  
Salazius intro-  
troducunt. ad  
vitam favo-  
tam. postea  
3. c. 8.

4 Sententis,

rem tumultum faciunt dicendo: Silentium Placitum  
quam in quos tacere jubent. His violentis conatibus vor-  
mat ipsos turbabit, atque cor vestrum sic conturba-  
tum non amplius sibi ipsi dominari valabit.

## VII.

294.

Datur iramuta: Tu me offendisti, mihi poenas  
dabis, male de te ~~responderetur~~ me meritus es, qua  
data occasione per pari referam. occultis ultis-  
nam paramus: Sagittant in obscuro rectos corde. Si  
is, cui succentremus, lite contendit, tum ipsius adver-  
sarium convenimus, et quamvis nullam ipsam de-  
mendi causam habeamus, tamen ut inimicum nos-  
trum perdamus, ei obsequia et sollicitationes nostras  
offerimus. Sunt carbones sub cinere occulti. Sunt,  
inquit S. Ephrem, titiones, qui adhuc fumigantes  
magnam inferunt vastitatem.

## VIII.

Salis qui exterius mitis est, interioris indigna-  
tione disrumpitur. Vasidarium, quo tenetur in om-  
nibus equitatem praeservandi, ipsi coactam hanc  
moderationem inspirat. Vult palam facere se omni-  
bus rebus superiores esse, atque firmam existimatione  
clarare; et si injurias aspernatur, tum id non nisi ex  
arroganti et contumelioso contumtu agit.

Alii iram suam ex politicis rationibus cohibent.

Si e.g. vir ille, qui munus adire cupit, animum ge-  
raret arrogantem et violentum; si puella illa, quae  
sibi honoratam et commodam cognationem concilia-  
re conatur, inconditum genium suum proderat, verisi-  
mile non est propositum utriusque ad vota cessurum.  
Illorum ira est hae ratione muta, ira, quam Spiritus  
Sanctus iram circumspectionis mancipat.

## IX.

295.

Ira est praecipue christiani virtutibus contraria,  
humilitati, justitiae, misericordiae. Humilitati, in ira  
operatur Superbiam. Justitiae, ira hominis justitiam  
Dai non operatur. Misericordiae, ira non habet mise-  
ricordiam.

X.

Ipsumque sapienter Ethnici illam propter suam precipitationem damnauerunt. Irascimur antequam sciamus an merito irasci possimus. Tempus aperiat, num ea, quae nobis delata fuerunt, vera sint an falsa: imò contra nos ipsos absentium causam tuamur, nec iniuriis delationibus tam faciles aures praebemus. At passio nostra, quae rationem nostram praevernit, obstat, quominus haec nobiscum repetamus.

\* Seneca lib. 2.  
Ira c. 28.

Quanta injustitia! vera causa defectum implere debent conjectura et suspiciones, atque adversis irascimur. Quanta impudentia! baluae ratione instituta, imò inanimata, quibus nullus est motus; scabilla loco suo motum, penna ad scribendum non apposita, vestis incomta, nobis bilem movent, ea diffingimus, discipimus: ipsa vero ira nostras impetum nec sentiunt nec merentur.

XI.

Datur ira Dei, ira hominis, et ira Daemonis. Et quia ira hominis inter utroque alias media est, ex caracteribus, qui in ea distinguuntur, interueniri potest, ad quamnam horum binarum ipsa pertineat. Ira Dei est ira plena misericordia et bonitatis. Ira Daemonis est ira plena malitiae et crudelitatis. Ira Dei est ira sapientis et iusta; non vult perdere peccatores, sed duntaxat peccatum punire, unum odit alteros diligit, eoque ut damnatorum tormentis minimè delectatur, inquit S. Thomas\*; ipsique in eorum suppliciis solus iustitia, quae ipsos punit ipsorumque poenas assignat, ordo placet. Ira Daemonis est ira uaca et iniusta; peccatum diligit, et peccatores odit; peccati perpetuitate et peccatorum exitio delectatur. Ira Dei est ira patiens et tranquilla. Sodomitas statim primis ipsorum infamium libidinum diebus perdere potuisset, at tantum abfuit ut illorum supplicium precipitaret, quin potius dixerit, Se deorsum et visurum. Ipsius ira non statim erumpit, vult prius videre, et ad ipsum locum descendere, dissimulat, agit, et differt, velut nihil ei esset compertum.

Cum iratus fueris misericordia ratione dularis.

\* 1. 2. q. 93. et 97. ubi et 2. 2. q. 158. art. 1. ad 3.

Ierusalem peccavit. Quis alius praeter Deum hujus perfidae civitatis muros subvertisset, atque propugnacula

Destruisset; sufficit ipsi eam funiculo matris, et saum  
 ipso cogitat, quomodo illam destruat: cogitavit dissipare  
murum. Ipsius ira non statim malleum apprehendit  
 ad destrucendum peccatorem; sed hoc sapius mente re-  
 volvit, cogitavit.

## XII.

298.

Ira Daemonis longè diversa est. Est ira subita et pra-  
 ceptis, atque ad nocendum semper intenta; imò hominem jam  
 antequam peccator sit, perdere conatur. Job erat vir sim-  
plex et rectus corde, nihilominus dixit Daemon ad Deum:  
visne ut ipsum percuciam? Vix licentiam adipiscitur, et  
 ei omnes greges suos rapit, ignem de caelo accersit, liberos  
 ipsius sub adium, in quibus sunt, ovis opprimit illūmque  
 à planta pedis ad verticem usque ultioribus percucit:  
Egressus Sathan à facie Domini, percussit Job vera passi-  
mo.

## XIII.

299.

Ex his duobus iræ caracteribus videte quam sit  
 innumerorum hominum ira, et quonam spiritu animen-  
 tur: quamnam patientiam, quamnam bonitatem in sua  
 ira habent? Si Deus ipsorum desideris obsecundaret, illi  
 cō inimicos suos perderent. Inde imprecationes illæ, illæ  
 vindictæ consilia, minæ illæ, et execranda ad Deum pro-  
 ces, illis similes, quas Daemon ad eum fundabat, percucit.  
 Domine percute Job et vindica me: Extende manum  
tuam. Quamnam sapientiam et æquitatem in sua ira  
 præferunt? Non tam peccatum oderunt quam eum,  
 qui illud commisit. Injuria quam ipsorum proximus Deus  
 infert, non ita illos commovet ac ea, quam ipsimet ac-  
 ceperunt. Vana illa et amatoris blandimentis dedi-  
 ta puella, quia ipsorum pravo et libidinoso genio se ac-  
 commodat, ab ipsis diligitur: at illa altera, quia ipsos  
 repellit, nec quidquam, quod pudorem et modestiam la-  
 dat, vult admittere, ipsis displicet.

## XIV.

300.

Datur mansuetudo politica et solars, quæ per super-  
 biam suffocat iram ea ipsa superbia enatam. Ira est su-  
 perbia filia, inquit S. Augustinus, sed plerumque super-  
 bia illam occultat et dissimulat, ut sibi vanam existima-  
 tionem conciliet. Ordinaria passiones ipsi non satisfaciunt.  
 Avaritia homines ditiores efficit, sed sæpe eos viliores et

abjectiores reddit. Magistratura dignitates auctoritatem  
conuiliant et honorem; sed sapè hi honores sunt flexi  
et coacti, at indoles mansueta, honesta, aequalis sibi  
laudes et venerationem conciliat. Qui ex <sup>hoc</sup> principio iram  
sua reprimi, is spiritualis est et industrius.

## XV.

301

Omne quod humilitatis contrarium est, in ira se patet  
facit; vox aspera, aspectus minax, arrogans, vultus, fas-  
tidiosus gestus. At verò si externa adeo improba sunt,  
quamnam erunt interna? Quanam erit violentia hominis  
in iram praecipitis; quamnam cogitationes, quae illum agi-  
tant; desideria, quae illum accendant, consilia, quae  
ipsum perturbant?

Ne amplius dicamus, iram esse relict tutorem à na-  
tura homini datam, quae iurium ipsius conservationi in-  
vigilat, ipsique vires tribuit ea propugnandi. Ne ampli-  
us eam intueamur relict fortem et magnanimam passio-  
nem, quae sibi illatas ab inimicis injurias repellit, homi-  
nique arma subministrat ad succurrendum amicis, con-  
sanguineis, patriae. Ne amplius dicamus, quòd per eam  
parentes liberorum suorum vitia corrigant, et iudices  
crimina puniant. Si sola iudicis et corruptionibus prae-  
deret, proh quantas non videremus confusiones! vehemens  
ac violenta suis nunquam se contineret limitibus. fera et  
indocilis nullis monitis praeberet aures. Quasunque com-  
mittens injustitias sanguine aut exitio multorum val-  
levam ulcisceretur contentum. Hinc etiam Deus sibi  
vindictam reservavit, legumque sapientia injuriarum  
emendationem iis iurantat committit, qui eos non rec-  
parent. Iudices, inquit Seneca\*, in tribunalibus compa-  
rare debent cum tali vultu, qualiam esse legis vultum  
sibi quis imaginaretur, si ipsa vultum haberet, nempe  
cum vultu pacato et ab omni commotione libero.

\* lib. i. de ira  
c. 16

## XVI.

302.

Ira est praecipit, hinc aetiosa creditur: est obstina-  
ta, hinc fioma existimatur: est minax, hinc formidanda  
redditur: est audax, inde animosa dicitur: est temeraria  
et quodvis audens, sed ipsa est infirma et debilis; unde  
mulieribus facilius dominatur quam viris; aegrotis quam  
sanis; senibus quam juvenibus; felicibus quos voluptates

emoliantur, quam infelicibus quos persecutiones et injuria induravit.

303.

## XVII.

Si hominem verè cognosceremus, si sciremus eum coeco sui ipsius amore captum esse, qui ipsum naturaliter iracundum, ferocem, inhumanum efficit; tum videremus, quòd sapia ipsius mansuetudo non sit virtus. De ipso judicaremus sicut de Leone, quem atrox docilem et erga eum à quo regitur lanam videamus, tamen furiosum et crudalem credimus. Procul ut diceremus hominem hunc esse mitem et pacatum, sufficeret nobis asperare, eum esse curatum et mitigatum.

304.

\* Serm. 23. ad  
popul.

## XVIII.

Quid tot legibus opus, inquit S. Chrysostomus? tua agendi ratio regula tua est. Vis beneficia recipere? tu ipse beneficia rependito; vis alterius iram cohibere? iratus tuos prius comprime; vis tibi aliorum commiserationem conciliare? tu fratrum tuorum miserere. Dilige si Diligi vis; cade si tibi cedi cupis: tibi malus legislator et Judex esto. Fratri tuo abrynthium et falx, quod ipse odisti, ne prepara. Murrurares, si quis de te malè loqueretur, ne ergo de quoquam malè praedices. Solus tibi displicat, ergo cum candore agito. In aliis praecipites iracundia caesus damnos, cave ne tuos excuses.

305.

## XIX.

Proprium corripere et trahi pro Dei honore. Si domesticum, amicum, vicinum in furto, in libidinibus deprehendis; si te presente mendacium aut blasphemiam profert; si videt eum animam suam in theatro prostitutum, ad versus hunc peccatorem exaudare, castiga et corripere eum: bonum hoc opus cadet ad honorem Dei. At si amicus te offendit, si domesticus ab officio recessit, ignosce illi, et propter amorem Dei ignosces. At tamen spe contrarium agimus. Ad culpas, quae nos respiciunt sumus inexorabiles; et ubi de injuriis in herum nostris, iactis, vel anima alicujus jactura agitur, tum nullus nobis sensus, nulla ira. Sunt verba S. Chrysostomi loc. cit.

306.

## XX.

Datur ira ambitiosa et arrogans, ira annula et invisa, ira inconsulta et falso zelo animata. Prima nobis in Apostolorum agendi ratione exhibetur, qui S. Joan-

nis et Jacobi matris succurrerunt, quod pro eis à Tri-  
 lio Dei primas in illius regno sedes postulavit: Et Sa-  
cam indignati sunt. Altera nobis in operariorum  
 parabola figuratur, qui indignati, quod majorem  
 mercedem non accepissent, quam ii, qui primùm sub  
 vesperam ad Patrisfamilias vineam venerant, his  
 cum alloquuntur: Summo mane venimus, pondus sicci  
et arctus portavimus, et tamen pares illis nobis  
afficiis Tertium exemplum in Jona reperimus, qui  
à Deo Minivitis dicere jussus, intra quadraginta die-  
rum spatium civitatem ipsorum fore subvertendam,  
aniam vertensque nullam hujus comminationis exe-  
cutioem sequi, ait ad ipsum: certe dele populos istos,  
aut me interfice: at Deus, ut ei Zeli sui inconside-  
rantiam demonstraret, hac ipsi respondit: Jonas  
quid cogitas? putarne bene irascaris tu? Idem pro-  
pheta videns hederam, cujus umbra ipsum à Solis ardo-  
ribus tutum reddebat, penitus arefactam, huic arbo-  
ri succurrunt, nonnon hinc Deum alloutus est: Meli-  
us est mihi mori quam vivere. Imò rem inauditam!  
iram et indignationem suam adeò justam rebatur,  
ut cum Deus ipsi dixisset, putarne bene irascaris tu su-  
per hederam? ipsi huic reponerit: bene irascor ego.  
 XXI.

\* Jon. 4.

Christianus tribus magnis obstringitur muneri-  
 bus, Christum imitandi, proximum suum diligendi,  
 et se ipsum abnegandi. At ira nullum horum mu-  
 narum implet: è contrà directè opposita est exemplo  
 Christi, fraternæ charitati, et Evangelicæ abnegatio-  
 ni.

Ne causam irascendi habeas, obliviscere injurias  
 tibi dictas. Si aliquam offendisti, cujus indignationem  
 metuis, tunc illum roga ut injuriam oblivisci velit pro-  
 tè scians, quòd, quamdiu illius recordatus fuerit, etiam  
 inimicitia fermentum in suo corde conservaturus  
 sit. Id tam probè nosti, ut quando Deum adis, quò  
 ab ipsius misericordia peccatorum tuorum veniam im-  
 petras, cum roges, ut ea intuari velit tanquam anti-  
 qua peccata, tanquam peccata, quorum memo-

riam temporis longitudo ei abstulerit, quamvis sint  
semper presentia: Ne memineris Domine iniquitatum  
nostrarum antiquarum.

At verò quod tu à Deo postulas, id respectu fra-  
trum tuorum ago, cum ipse affaverat, quòd tacura  
acturus sit, sicut tu cum aliis ageris. Obliviscere ea, quae  
adversum te agerunt, ut mansuefias; necnon Joseph  
imitare, qui, quamvis meritò de fratrum suorum inhu-  
manitate, et iniquà unius perfidarum agendi ratione  
conqueri potuisset, de utroque tamen omnino siliuit,  
non solum ac si nunquam illum offenderent. Quis ali-  
us praeter ipsum dixisset, hi fratres mei sunt, qui me in  
cisternam proiecerunt, atque Ismaëlitibus mercatori-  
bus vendiderunt. Quis alius praeter ipsum vinculo-  
rum suorum infortunium in impudicitiam et injus-  
tam Dominae suae vindictam rejecisset: at ipse sapi-  
entior et moderatior has omnes inhumanitates obli-  
visci voluit, veritus, ne earum idam refrigerando sibi  
amplius imperare non posset. Sufficit ipsi dicere: fur-  
to sublatus sum de terra Hebraeorum, et hinc innocens  
in lacum miser sum.

Genos. 40

## XXII.

308.

Ira erumpit modò in liberos, modò in domesticos,  
qui ad adventum patris vel heri sui contremisunt: Imò  
saepè harum repulsarum et inelamentiarum asidui-  
tate his ira impetibus afuesunt, nec ullis corruptio-  
nibus amplius commoventur. Mulier terribiliter  
patitur tetriam mariti sui in iram praecipitis indole, qui  
indiscriminatim in obvia quaeque manus injicit, in eos  
etiam, quos Deus propria carne sua pascit, fortè etiam  
diebus illis, quibus ad sacram Synaxim accesserunt:  
illis aliis Dominiis longè absimilis, qui non ferunt, ut  
diebus illis domestici ipsis ad mensam ministrant.  
Bestiam an hominem dicas? Si Societas et humanitas  
inter boves haberi posset, haec citius mitigarentur,  
quam certi quidam homines furibundi et intractabiles.

## XXIII.

309.

Ira, quae acceptarum injuriarum memoriam refri-  
cat, est ulciscendi cupiditas, prona belis commotio, vio-  
lenta ac praecipis cordis inflammatio, motus amaritu-  
dine plenus, subitus impetus, qui omnes animae po-

tentias perturbat, eamque omnino deformem efficit. Ira haec est mater et custos peccatorum, justitiam odium, virtutum hostis, vanae mentem corrodens, eamque impediens, ne orationi vacet, atque ex ea fructum aliquam referat. Est omnis amicitia abiectionis, dolor qui quamvis acer sit atque vehemens, tamen ob adulterinam suavitatem, qua in exultatione passionis invenitur, iribitur; denique est velut peccatum continuum, velut iniquitas semper vigilans, et malitia quae singulis horis renovatur. Haec juxta S. Joannem Climacum ira ideo et effigis.\*

XXIV.

\*Idem S. Pater iram in corde hominis comparat abscissum, qui partem quam afficit corrumpit; atque sanissimi curculum duntaxat relinquit; suspicionibus delationibus, et iniquis officiis in corde sanissimum affirmatur: at ubi erumpit at disrumpitur, tum est velut sentina per quam peccatum defluit, et cujus cursus difficilis detorquetur. Maledictus furor eorum quia pertinax, et indignatio eorum quia dura. Non tam est impetus vania dignus, quam furor sceleratus; non tam subitus impetus, qui pertransit, quam obstinatus animi dolor; non tam offensio, quae rationem praevincit, quam dura et crudelis indignatio, quae ad extrema usque abripitur.

XXV.

\*Mansuetudo Christiana est admiranda virtus; ipsa est, quae iram temperat, quae linguam frenat, quae mentem gubernat, pacem custodit, disciplinam regit, libidinis impetum frangit, tumoris violentiam comprimit, coëreat potentiam divitum, inopiam pauperum fovet. Tuetur in virginibus beatam integritatem, in viduis laboriosam castitatem, in conjunctis individuum charitatem. Facit humiles in prosperis, in adversis fortes, contra injurias et contumelias mites. Docet delinquentibus cito ignoscere, tentationes expugnat, persecutiones tolerat, martyria consummat. Ipsa est, quae fidei nostrae fundamenta firmiter munit; ipsa est, quae incrementa spei sublimiter provehit, ipsa nos vestigia Christi promere docet, atque fideles Dei filios efficit.

\* Grad. 8. et 9.  
\* ibid.

310.

\* S. Cyprian.  
De bono patientia.

ulavit, quomodo  
S. Dominus iniquitatem  
las, id respicit  
severat, quod  
aris. Plurimum  
uafias; nam  
i fratrum in  
ifar agendi rati  
amen omnia  
fandissent  
res mei sunt, qu  
familiaris me  
propter in  
publicitate  
scissat: atque  
in humanitate  
deam respiciat  
Sufficit in  
rum, et hic in  
modo in domo  
in contrarietate  
mantionem  
t, nec ullis  
Mulier terribilis  
precipitis  
ne manus in  
hae pascit, forte  
axim acie  
is, qui non  
osam minist  
cietas et hum  
ctas mitiga  
bundi et in  
amem memora  
ra bilis comm  
nalis, motu  
si omnes anim

311. \* *Ad levem tactum, imò ad suspicionem tactus con-*  
*lesunt, qui ulcus habent: Sic etiam iracundi, ita ut vel*  
*interrogatis aliqua etiam, vel salutandi modus eos ad litam*  
*vocat, denique nunquam sine querela agi tanguntur.*  
 » \* *Judicandum non est, iram ad magnitudinem animi*  
*aliquid conferre: non enim illa magnitudo, sed tumor est,*  
*nec corporibus copia vitiosi humoris intensus morbus incre-*  
*mentum est, sed pestilens abundantia. Omnes quos vero*  
*ira animos supra cogitationes humanas extollit, altum*  
*quidam et sublimè aspirare se credunt; ceterum nihil*  
*solidi habent, et in ruinam pronasunt, quae sine funda-*  
*mentis iraverunt. Non habet ira, ubi insistat; non ex fi-*  
*mo et mansuro nascitur, sed ventosa et inanis est. Tan-*  
*tumque abest à magnitudine animi quantum à for-*  
*titudine audacia, et à fiducia insolentia, ab auctori-*  
*tate tristitia, à securitate crudelitas. Multum, inquam,*  
*interest inter sublimem animum et superbum; iracun-*  
*dia nihil amplum decorumque molitur.*

### Supplementum.

312. Apud S. Basilium legitur prolixissima homilia de  
 ira, cujus symptomata molestas sequelas, cocitatem,  
 praecipitationem annotat, eam comparans modo torren-  
 ti, qui obvia quaeque loca devastat, modo feroci bel-  
 lua, quae ubi vulnerata fuit, horrendum clamat, se ipsam  
 cruciat, et quaeque obvia mordet. Quemadmodum torren-  
 » tas ad loca curva decurrentes lacum obvia quaeque trahunt,  
 » sic et iratorum impetus violenti et instabiles omnia si-  
 » militer obrunt. Non eis Senectus venerabilis, non vita  
 » virtus, non generis propinquitas, non accepta jam gratia  
 » ..... omni fera venenata impudentius resunt, circum  
 » praecordia sanguis fervet, quasi vi ignis ebulliat et exes-  
 » tust. p.
313. S. Chrysostomus homilia 3. in c. i. Epist. S. Joannis, et  
 hom. 44. et 31. in Actus Apostolorum varia affert remedia  
 » ad cohibendam hanc passionem. Si quis nobis insultaverit,  
 » humiliemur; si quis exasperatur, mitigemus. Invenite  
 » namque eam divina Scriptura carminibus p.  
 Etiam videri possunt ea, quae S. Hieronymus contra  
 Rufinum tom. 2. lib. 11. in c. 4. Michaeae, et lib. 2. in c. 12. 18.  
 et 19. Proverborum, loquitur.

S. Ambrosius lib. i. Officiorum c. 3. et 21. haec de <sup>ira</sup> lo-  
quitur.

Præclara sunt ea, quæ S. Gregorius Papa lib. 5.  
moralium haec de re dicit. Quoties turbulentos mo- 314.  
tus animi sub mansuetudinis virtute restringimus,  
ad similitudinem rebre Conditoris conamur. Nam cum  
tranquillitatem mentis ira diverberat, dilaniatam  
quodammodo scissamque perturbat..... Quanta ergo sit  
iraucundia culpa pensemus, per quam dum mansuetu-  
do amittitur, superna imaginis similitudo vitiatu.....  
flarumque ira per silentium clausa intra mentem  
vehementius aestuat, et clamoras tacitas voces format,  
verba sibi quibus exasperetur objicit, et quasi in causa  
examine posita iuribus exasperata respondet, quod Salo-  
mon breviter insinuat, dicens: Crastolatio impiorum fu-  
ror.

Nonnullos ira citius accendit, facilius deserit. Non-  
nullos verò tardè commovet, sed diutius tenet. Alii citi-  
us quidem flammam faciunt accensis calamis, sed pro-  
tinus in favilla frigesunt; alii autem lignis gravioribus  
Inioribusque non disparem accensionem tardè suscipi-  
unt, sed semel accensi difficilius extinguuntur, et quia  
se tardius in asperitatem conitant, furoris sui diutius ignem  
servant. Alii autem, quod est nequius, et citius iracundia  
flammas accipiunt, et tardius deponunt.

Postmodum duo gravia præscribit remedia: quorum  
primum est: Ut mens sollicita omnes sibi quas pati po-  
test contumelias proponat, quatenus Redemptoris sui pro-  
bra cogitans, ad adversa se preparat.... Secundum: Ut  
cum alienos excelsus aspiciamus, nostra, quibus in alios ex-  
cessimus, delicta cogitemus.

Quod Lobatium legitur Tractatus de ira, cujus natu-  
ram, motus, et effectus explicat, ut sunt mentis turba-  
tis, ad promptam vindictam excitatis. Atque hanc in-  
ram adducit quidquid memorabilius et excellentius  
Patres et Authores etiam profani eloqui sunt. Eadem  
ferè loca et argumenta invenimus apud Labata, Lopez,  
Traber et Mansi.

Quæ P. Senaut in suo de usu passionum libro circa iram  
dixit præclara sunt et solida. Patres Seignari, Oliva, Bel-  
luntani, Albrigi, Narni, Valasquez in Epistola S. Pauli

ad Philippenses, Deus de Christo figurato et multi alii  
 amplius circa hoc argumentum sermones suppeditare possunt.

315.

Cardinalis Bona libro de viis quae ducunt ad caelum  
 c. 7. praecleara de ira loquitur. Furibundi effigiam adum-  
 brat, scandala, quorum causa est, ipsius tamentatem,  
 insolentiam p. exponit. Aspice nobilissimarum civita-  
 tum fundamenta, has ira deiecit. Aspice solitudines sine  
 habitatore desertas, has ira exhausit. Aspice incendia domos  
 coneremantia, violatos fontes venenis, extinctas familias,  
 haec salsura ira patravit. Nihil eloquentius simulque in  
 praxi utilius profari potest, ac ea, quae ad exhibendum  
 iracundiae ignem subjungit. Sex vel septem remedia hoc  
 loco proponit.

Multi Concionatores, quorum opera typis vulgata  
 sunt, eadem sunt elocuti, quamvis dispari successu.

### Judicium Temerarium.

Falsa suspicio; inquieta alienorum  
 defectuum disquisitio; cogitationes  
 famae proximi injuriosae p.

### Sermo Primus.

Cum venerit Paracletus, arguet mundum de  
 peccato, de justitia, et de judicio. Joann. 16.

316.

En, Christiani, functiones multum diversa  
 et secundum nostrum concipiendi modum speciebus  
 insociabiles. Animae animum adire in sua calamita-  
 te, simulque ipsi ob oculos ponere, quod illam sibi ac-  
 cerserit, ipsam verbis teneris, quae dolorem suum leniant,  
 compellere, et in asperas reprehensiones erumpere,  
 quae dolorem suum renovent; ipsam consolari et re-  
 prehendere, nihil secundum nos ita oppositum; ni-  
 hil tamen magis ordinariam in agenda ratione Dei  
 respectu hominis, quem sua misericordia animat,  
 et justitia sua in ordine retinet.

Adam ubi es? haec suavis est misericordia vox.  
Quare comedisti de fructu, cujus usum tibi prohibui-  
ram? haec aspera justitiae vox est. Dominus dimi-  
 sit tibi peccatum tuum; haec Nathan Davidem  
 consolatur: blasphemasti sanctum nomen ipsius,

gladius illius de domo tua non recedet. haec est tristis propheta, quam ipse annunciat. Spiritus Dei est Spiritus consolator, cum venerit Paracletus; Spiritus Dei est Spiritus censor, arguit mundum de peccato. Tanquam bonus diligit peccatores; tanquam justus odit ipsorum peccatum; tanquam bonus et tanquam justus; nam haec duo attributa sunt indivisibilia; oleum et vinum infundit plagis miseri illius, qui in via Jericho vulneratus et despoliatus fuerat.

Sic, Christiani, Divinus Spiritus nos consolari suscipit non dissimulando fatalem perditionis nostrae causam, sed nobis palam faciendo, eam a peccato nostro provenire, arguit mundum de peccato, non approbando justitiam nostram, sed larvam, quae ipsi aliam speciem tribuit, detrahendo, de justitia; non applaudendo iniquis nostris Decisionibus, sed nobis ostendendo temerariorum iudiciorum nostrorum malignitatem, de iudicio; iudicia nimis communia et simul nimis flagitiosa, iudicia, quae dum nos coram Deo Summo nos constituunt, coram hominibus nullius momenti esse videntur.

Mala de proximo iudicare, vocatur ingenium, provisio, penetratio, astutia respectu Summi illius malignitatis, quam contraximus: Mala de proximo suo iudicare, vocatur temeritas, inconsiderantia, Stultitia, coecitas, invidia, praesumptio respectu tutissimarum Evangelii Decisionum: Unde concludo, iudicium temerarium esse Deo et hominibus injuriosum; Deo, cujus auctoritatem sibi usurpat, hominibus, quorum famam laedit.

Judicii temerarii notionem, quam nobis SS. Patres et Theologi exhibent, sola fere sufficit, ut illius enormitatem respectu Dei cognoscatis. Est iudicium, et non simplex cogitatio; in quo anima nimis seculosa falli potest. Est iudicium, et non suspitio; quamvis ultro concedam suspensionem interdum posse esse peccatum. Est iudicium sine ratione factum; nam ubi sunt sufficientes rationes, tum non est iudicium temerarium, quamvis falsum esse possit. Est ergo iudicium sine causa, sine ratione in damnum et praesudicium

317.

Divisio

Pars I<sup>ma</sup>  
318.

quarto et multo  
ones supplicatio  
qua ducunt ad  
libendi effugium  
ipius temeritas  
obliquissimum  
Aspic solitudo  
aspice insula  
us, setigata  
quentius lincula  
ca, qua in schola  
el septem rursus  
opera typis ad  
dignari summa  
erarium.  
ta alienom  
io; cogitatio  
riosa p  
quod mundum  
iudicio. Joanni  
multum dicit  
modum facit  
dere in sua  
ere, quod idem  
a dolorem linc  
ehensionem  
pram consolan  
os ita opposit  
agenda rati  
sericonham  
et  
it miserabile  
as usum tibi  
est. Domini  
e. Nathanael  
retine non

ciam alterius latam: et in hoc dico, quod sit Deo inju-  
riosum, ipsiusque jura sibi usurpat.

319.

S. Thomas hic apte notat, quod Deus hominibus  
non prohibeat judicare alios homines, ipse, qui eos in-  
terdum Ministros suos constituit, ipsis auctoritatem  
suam tribuit, et qui ipsorum judicium proprium su-  
um judicium nuncupat, judicium Dei est: sed hoc  
duntaxat ipsis prohibet, ne ribalicet super quibusdam  
externis, quae habere possunt, signis, super indivisi-  
bilibus et suspectis judicent; et denique in occasio-  
bus, ubi nec auctoritatem, nec cognitionem nec in-  
tegritatem necessariam ad pronuntiandum super alie-  
nis actionibus habent; nam in his tribus rebus inju-  
riam Deo faciunt, atque judiciorum horum tameri-  
tas consistit.

Ad solum Deum in proprietatem spectat auctori-  
tas nos judicandi, quia ipse solus est Creator, Supremus  
Dominus, et Magister noster, ipse solus potest a no-  
bis rationem exigere non modo actionum, sed etiam  
desideriorum et secretissimarum cogitationum nos-  
trarum: ita ut ille jus ipsius sibi usurpat, et auctori-  
tatis ipsius partem sibi arroget, qui eos judicare pra-  
sumit, qui ab hoc supremo tribunali voce pendunt.

Maligni Critici, immites fratrum vestrorum cen-  
sors, edicite mihi, quis vobis hanc eos judicandi potes-  
tatem tribuit? an Deus? Sed id vobis innumeris pena-  
tibus prohibet. An Jesus Christus ipsius fi-  
lius? Sed ipse vos monet ne secundum faciem judicatis.  
An S. Paulus aut alius Apostolus? Sed a vobis quaerit,  
ex quoniam titulo vos super alios erigere audeatis? Qui  
estis, ut vobis effrenatam hanc licentiam tribua-  
tis fratrum vestrorum damnandi atque servum alie-  
num ad vestrum tribunal ducendi? Tu quis es, qui alie-  
num servum judicas? Sive cadat, sive stat firmus, sive  
se in officio contineat, sive ab eo discedat, habet Do-  
minum suum, qui est universorum hominum supra-  
mus Judex, Domino suo stat aut cadit; ipsius est et  
potestatum, quas sua auctoritate munivit, super bo-  
no et malo, quod facit, pronuntiare, quantum ad vos  
nullam in ipsum jurisdictionem habetis.

Et verò si sola Scythiani conditio nobis tollit iudi- 320.  
candi libertatem, ac nobis prohibitum est pronuncia-  
re super actionibus eorum, quorum Domini non sumus:  
quò irat, concludit hic S. Chrysostomus, quò irat Apostoli  
Zelus, si de odiosa et scandalosa usurpatione damnanda  
ageretur, quã de iis, quos Divina Providentia verticibus  
nostris imposuit, iudicarem.

Eorumque tamen innumerorum Christianorum teme-  
ritas protenditur. In vanum Deus ipsis prohibet illos cen-  
surã notare, quos propriis nomine suo inhonestat et qui-  
bus dicit, Dũ estis, Ego dixi Dũ estis. In vanum præcipit,  
ut in ipsorum personis Sacram unctionem illam, qua illos  
veneratione dignos efficere debet, agnoscant et vereantur: vi-  
deretur, quòd, quamprimum quis aliquis authoritatis gra-  
dum in alios obtinet, toti iudiciorum ipsorum maligni-  
tati sit expositus. Quò magis eminet, eò magis observari,  
examinari, condemnari se videt. Modò nimis austerus est,  
modò nimis remissus, modò nimis præoccupatus et obstina-  
tus, modò nimis facilis et flexibilis. Si aliorum consilia se-  
quitur, censetur ineptus ad scriptum regendum. Si propriis  
suis sensis se permittit, nimis vanus est et propriã suã peri-  
tiã obrutus. Si val minimum vestigio fallit, sine miseri-  
cordia condemnatur. Quamprimum Arca Domini vel mo-  
dicè declinare videtur, temerarii Oza, dicamus melius,  
censores longè magis temerarii quàm Oza admovent non ma-  
nus suas sed sacrilega ora sua, ut eam arigant, vel ipsius lap-  
sum maligniori quàm inconsultã miseratione deplorent.

Cum hæc sloquent, non intendo Principibus et Optima-  
tibus adulari, aut cum veritatis dispendio ipsis placere.  
Scio eos, sicut alios, homines esse, adeoque quod possint  
præoccupari, decipi, graviter delinquere, quòd erga eos  
nimis indulgentes, et adversus innocentes nimis obstina-  
ti esse possint; sed etiam Scio, nostrum non esse de  
ipsis iudicare, et quòd si Deus ius istud in vulgares ho-  
mines sibi reservavit, à fortiori ratione in eos, qui  
primas dignitates occupant.

Huic authoritatis usurpationi, quæ est primus carac- 322.  
ter iudiciorum temerariorum, iungo secundum, qui est  
defectus cognitionis. Quale est, ut ita dicam, sanctuarium

illud, quod sibi Deus reservavit, et cuius ingressum cuilibet alteri prohibuit? Est cor hominis, cor, cuius solum iudicium esse sibi indignum non arbitratus est Dominus; cor, quod omni alii est occultum praeterquam illi, qui illud fecit; cor, quod quamvis nihil sibi conscius sit, tamen per hoc se justificatum non arbitratur, cum res ipsi intercedat cum iudice, qui lucernam in manu tenens obscurissima quaeque Hierosolyma loca observat et scrutatur; cor hominis, quod acies oculi testis irreprensibilis eorum quae occultissima sunt, expositum acerrime ipsius perspicacitati se subducere non potest. Cor hominis tamen, pro cuius manifestatione iudex iste adeo sapiens et perspicax insolitis precautionibus usus est.

Descendam et  
vidabo utrum  
clamorem qui  
venit ad me,  
opera comple-  
verint: an  
non est ita.  
Genes. 18.

323.

Sit locum, in quo Adam se occultavit, tamen ab ipso quaerit, ubi sit, Adam ubi es? Clamor urbium illarum, quarum nomen infamia caractere gestat, usque ad ipsum pervenit, execrandi ipsarum habitatores brutorum facinororum excessibus natura ipsi horrorem inuentibus crimina sua multiplicaverat: et nihilominus suarum vindictarum effectum suspendit, ait se Descensurum et visurum.

Quid <sup>significat</sup> haec figuratae expressiones? an non vos docent, quod, si ille, qui omnia novit, in manifestatione peccatorum hominum ita agit et se gerit, ac si nihil sciret, vos qui nihil scitis, semper inexcusabiles sitis, cum apud vosmet ipsos contra famam fratrum vestrorum sacerdotis modo pronuntiatis?

Et quid? Deus agrè ferri videbitur ad iudicandum, dilaciones affectabit, fortiores probationes exposcet, ipse magnus ille iudex, qui omnia novit; et homo, qui se ipsum non novit, qui mille experientis iudiciorum suorum falsitatem deprehendit, vultu firmo et voce sacerdotia proximum suum iudicat; ex quo fundamento, quaeso vos? Super speciebus ambiguas et externis, quae fere semper fallunt, super relatione temerarii alicuius ad credendum levis et adhuc levioris ad dicendum id, quod vadit super testimonio quorundam inimicorum, qui non nisi rationes quarunt competitorum suos supplantandi, super bona fide quorundam pseudodevotarum, quae visiones suas et somnia tanquam veritates et oracula habent, super narratione alicuius religionis contumtoris, qui omne studium et ingenium suum in eo collocat, ut probi

viri fame detrahat, Super rumore publico, qui velut nive-  
us globus, quò plus volvitur, eò magis augetur, Super prin-  
cipis ferocis et amarae mentis, quae saepe optima quaeque  
improbat, Super Simulato dolore hypocritae alicujus, qui pie-  
tatis obtentu amulationis suae et doloris sensum obducit:  
Ecce Super quibus communitè fundata sunt tot teme-  
raria et injusta judicia.

Ad hos fallaces fulgores omnia videntur evidentia,  
persuasoria, convincentia; et talis, qui se iniquè con-  
demnatum vociferatur, primus injustitiam erga fratrem  
suum committit, quam ipse nunquam ferre vellet. Quando  
agitur de re quae nos ipsos tangit, tum testes et validas pro-  
bationes postulamus: Sed in re proximi haec explanationes  
et enodationes videntur inutiles, dummodò alii malum  
de ipso loquantur, signum est, quòd verum dicant; dum-  
modò arbitramur, quòd non bene se gesserit, id sufficit,  
ut reus judicetur: nullum speciale circumstantiarum exa-  
men, nulla discussio, nulla ad ipsum excusandum propensio,  
condemnatur sine attentione, sine discretionè, sine miseri-  
cordia.

Sed an haec judicia à simplici quadam ignorantia et  
discussiois defectu semper proveniunt? An non saepe sti-  
am à servata cordis corruptione ortum suum ducunt? an  
non integritate aequè ac authoritate et cognitione desti-  
tuuntur? Haec integritas est tertia conditio necessaria  
ad bene judicandum, et ita oportet cor suum à fermento  
malitiae mundare, ut in eo nihil hujus exevanda fermen-  
tationis, quae totum residuum destrueret, remaneat.

Baritus quidam vitae spiritualis magister\* Sapientissi-  
mè notat, eandem propemodim esse cordis ac corporis ratio-  
nam. Biliosi, et qui corpus habent adversa valetudine  
affectum, in bilem mutant id, quò se nutriunt. An alimen-  
ta quae sumunt, mala sunt? Non; Sed quia malos humores  
habent et corruptionem internam, quae quòd in ea bonum  
est, destruit.

Bone, inquit modicum absinthii in vase melle pleno,  
mellis saporam mutabit, illudque contra naturam suam  
amarum efficiet. Idem de nobis judicandum est: invota-  
rata passio periculosiores adhuc effectus in nobis producit.  
De aliis judicemus ex statu, in quo sumus, et qualescunque

\* Sanctus Doro-  
theus For-  
trena 16.

bonum in nostro proximo inveniat, illud in malum convertimus. Aranea id quo se nutrit, in venenum mutat, et apis in mal vertit Succum florum et plantarum in quas involat; sive hi flores et planta bonae, sive malae sint.

Si Sanctus Joannes vitam duram et austavam ducit, de ipso dicitur, quod sit obfesus à Daemon; et si Jesus Christus manducat et bibit quae ipsi apponuntur, vini potator habatur, et tanquam vir, qui delicatos Publicanorum et peccatorum, quorum optimus amicus est, cibos aucupat.

325. Samaritani et maligni Judicis convenita invicem. Si austeritas Joannis Baptistae vobis displicet, ne facatis iniqua iudicia contra suavioram vitam, quam Jesus Christus ducit; et hujus hominis Dei, qui contra temperantiae leges nunquam peccavit, nec peccare potuit, vita vobis vituperabilis videtur, ne saltam Praecursoris sui vitam arguatis. Sed quid non audeat cor malignum et corruptum? Quidquid optimum est, id in venenum mutat.

Judas videns Magdalanam super Jesum Christum pretiosa unguenta affundentem, judicat eam male agere, atque inconsulta prodigalitate insimulat: sed ipsius avaritia vult compendium facere ex paucis, quam sibi tradi et non impendi ad emtionem, quam improbat, cupivisset. Saül, ut ut de ipso bene mereretur David, judicat, quod ipsi coronam rapere velit: Superbia ipsius et diffidentia offenduntur minimis gratitudinis testificationibus, quas simplices, foeminae ei exhibent cantantes: Saül parauit mille, et David decem milia.

Pharisaei judicant Jesum Christum non esse fidelem legis observatorem, quia diebus Sabbathi miracula patrat, sed cor ipsorum ad proximi necessitates durum ferre non potest, ut ipse ei opituletur; cor, inquam, ipsorum Superbia tumidum et invidia tabidum ipsas actiones, quae magis laudem et gratitudinem merentur, in venenum convertit. Ab hoc exarando fermento

mundate corda vestra, et longè aliter judicabitis.

320.

Sed an non hæc diversa vitia adhuc vestra sunt?  
 et an bonum aliquod à tam malo fonte egradi potest?  
 Impunitatis ignis diu vos ussit, et arbitramini absone  
 minam esse immunam. Vires injustis et iniquis bona  
 corrogastis, et vobis persuadetis, proximum vestrum  
 nihil non devovero, ut dixerat. Vitam solitariam  
 et uniformem, quam ducebatis, fastidivistis; ut ut alii  
 eandem vitam duere studeant, vos tamen illos im-  
 tusmini valuit homines, qui publicum decipiunt,  
 vel qui brevi violentum hoc vitæ genus deserant. Fraus,  
 dissimulatio, ars se ipsum ementiendi sunt magna re-  
 gula, quas consulitis, secundum vos ipsos proximum  
 vestrum judicatis: omnesque in vestra specie versari pu-  
 tatis; nihil in sæculo, nisi hypocrisis, simulatio et im-  
 postura.

An modò cognoscitis, unde tot temeraria et iniqua  
 judicia proveniant? Si æquè rectum cor gesseritis ac sanc-  
 tus vir Job, tunc sicut ipse de vestris fratribus bene judi-  
 caritis. Ipsius filii, qui laudabili consuetudine mu-  
 tuo se inviserant atque per ordinem convivium celebra-  
 bant, frequentibus hinc latitiis satis manifestabant,  
 quanta esset ipsorum unio et concordia hodie tam rara  
 inter fratres et sorores: Sed ansam aliquam præbe-  
 bant credendi, quòd iis quædam indecentia et indeco-  
 ra ab hujusmodi qualibet habdomada epulandi consue-  
 tudine communitat inseparabilia intervenissent.

Job ex una parte faciebat, ad quod obligatum se cre-  
 dabat, ne sibi et ipsis iram Dei auerteret. Minimis  
 conviviorum diebus ipsos ad se se mundandos hortaba-  
 tur, ut ad sacrificium se prepararent; at summo ma-  
 ne surgens pro singulis holocausta offerebat. Sed ex alia  
 parte non labebatur in illam cordis amaritudinem pa-  
 rantium quorundam suspiciosorum, qui ex levissimis  
 indiciis de propriis filiis suis malè judicant. Dicebat,  
 non absolute, quasi se ipsa eos reos credidisset, sed forte,  
 et in casibus qui accidere poterant, forte filii mei peccatum  
 aliquod commiserunt, et Deum in cordibus suis  
 suis offenderunt, et sic addit sacer textus, faciebat cunctis  
 diebus vitæ suæ.

Vultisne scire rationem? Quia scilicet Job erat vir simplex et rectus corde; simplex non stolidam simplicitatem illam, quae facile accipitur, sed honestam et sapientem simplicitatem illam, quam divina prudentia comitatur, simplex, quia cor rectum gerebat, hancque cordis integritate omnia sincerè et cum simplicitate omnia intuebatur.

O quam diffido! dicamne? quamvis iudicia tamen a materia damnantur! O quam diffido! quin tamen circa materiam adeo delicatam quidquam definitur! praeteritam matrem illarum innocentiam, quae de suis filiabus male iudicant, quamvis saepe ipsis sint meliores! O quam diffido virtuti iniquitarum et morosarum foeminarum illarum, quae tam atrociter aliarum virtutem consueverunt! O quam diffido patris illius agendi modo, qui nihil bene factum invenit, ad quod ipsamet semper male egerit! O quam diffido hominibus illis cogitantibus, occultis, foveibus atrâ bile affectis, quos omnia offendunt et impediunt! Ipsorum integritatis et simplicitatis coram suorum Sponsors habere cuperam, sed aegre tales invenirem. Jam paripere debuerunt injuriam, quam Deo inferunt, modo demonstramus ipsis eam, quam proximo suo faciunt; et hoc erit secunda pars meae argumentum.

LAVS 2. da  
328.

In quo! et hoc statim à me queri potest! In quo tantum iudicium sit homini adeo injuriosum, et quantum potest esse enormis illa injustitia, quae committitur male de ipsius agendi ratione iudicando? Quod ei aurum et argentum suum rapiatur: quod homicidio et violentiâ vitâ privetur: quod iniquis et clandestinis artibus sua consilia dissipentur ac fortuna ipsius noceatur: quod detractio vel calumnia ipsius fama laedatur: haec sunt injustitia quae nos percellunt, ac quarum enormitatem novimus. Sed quod simplex aliquod iudicium, quod interdum longius non provehitur, et quod in mente haurit illius, qui illud efformavit sere tam citò dissipat; quod iudicium, in quo nec manus adhibentur ad proximum durè accipiendum vel illum opprimendum, nec lingua ad illum saevè diffamandum vel oburgationibus prosequendum, sit flagitiosum: quid habet simile? An ergo redigi debemus ad quamdam stupiditatis speciem, quae nobis libertatem tollat ea cogitandi, quae veniunt

in mentem? An sub obtentu putato, fortè et chimerica  
injustitia rationis usus nobis erit interdicens? Et  
re ipsa quodnam malum hinc invenitur?

Quodnam malum? quaerita à S. Thoma, vobis res-  
pondabit, quod ubi judicium temerarium pro objecto  
gravem habet materiam, sit peccatum mortale et eter-  
nis suppliciis dignum. Quodnam malum? quaerita à Sancto  
Hieronymo, dicit vobis, quod judicium temerarium in pra-  
ritates vos conjiciat, quae interdum sunt irreparabiles.

Quodnam malum? quaerita à S. Augustino, ipse addet,  
quod judicium temerarium sit affectus coarctationis mentis  
vestrae et depravationis cordis vestri. Quodnam malum  
denique, et in quo judicium temerarium est proximo  
injuriosum? En illud juxta S. Ambrosium et S. Ephrem.  
Possumus proximum nostrum considerare vel tanquam  
hominem privatum, vel tanquam membrum Societatis  
civilis: at verò respectu binorum horum statuum judicii-  
um temerarium est ipsi injuriosum. Respectu primi,  
quia in mente illius, qui judicat, at sapia in mente alio-  
rum ipsius famam destruit; respectu Secundi, quia duo  
praecipua Societatis fundamenta impetit, subordinatio-  
nem nempe et unionem.

Prima harum propositionum ex se ipso est satis avi-  
dens; enimverò potestne quis malè de proximo suo judi-  
care, quamvis etiam judicium istud in cogitatione rema-  
neret, quia fama ipsius nocet, illius meritum debilitat,  
proclararum qualitatum ipsius splendoram obscurat, illi-  
usque pretium velut imminuat, et cum ideâ, quam sibi  
de ipso efformat, abjectum et vilem habeat?

At verò quaeris à vobis, quale jus habeatis privandi fratrem  
vestrum bono, quod ad vos non pertinet, et quod per vos-  
trum canalum auipere debet? Quando quis pecuniam vo-  
bis in depositum concessidit, an non verum est, quod  
haec pecunia ad vos non pertineat, quamvis illius distribu-  
tio vestris manibus fieri debeat? Fratris vestri fama est  
depositum, quod vobis Dominus concessidit, ad illud jus  
quoddam habet, quod ipsi recusare non debetis: et arbitra-  
mini, quod propter quaedam facinora, quae cum perpetrare  
vidistis, et quae indifferentia esse possunt; arbitramini, in-  
quam, quod propter quaedam delationes, et rumores, ubi,

ut ut praecautio adhibeatur, difficile sit passioni. ~~ea~~ vestrae non satisfacere, atque in mente vestra ei famam, quam in ea habere debet, impune rapere valeatis.

330.

Sed an id vobis sufficit? Quantum malum non infert fratri vestro haec violata et denigrata fama et existimatio? O deplorandam humanam conditionis sortem! O funestum facilitatis et propensionis ad mala de aliis, iudicium affectum! vix mens praecipitata est, et statim cor inficit. Plurimumque odimus et diligimus prout iudicamus et cogitamus. Quando idea, quam de proximo nobis offerimus, ipsi favens est, sentimus nos ferri ad illum estimandum et amandum; at ubi iniqua minusque favens fuerit, tunc omnino aperta via est ad illum despiciendum et odium.

Mens et cor se mutuo inficiunt. Inde levis illa aut nulla attentio eorum, quae proximum absolvere possent, et è contra attenta illa minimarum circumstantiarum ad illum condemnandum idonearum disquisitio. Inde maligna industria illa ad exaggerandas minimas conjecturas, amotis illa argumentorum et rationum ad faciendam ipsius apologiam aptarum. Hinc propensio illa ad augenda minima objecta, ad disentiendos et exaggerandos defectus, quos nunquam advertissemus, si, prout oportet, simplex oculus et cor rectum nobis esset.

Mens cor inficit, cor mentem depravat et corrumpit. A cogitationibus unius facile ad motus alterius transimus; et invisibili, quamvis verissimam nostram reactione malignitas istius perdit et exoccat alterum. Ulterius adhuc progredimur. Ex innata nobis protervitate tameraria de his loquimur, quae sine ratione iudicavimus, ea velut sub rosa aliis revelamus, quae tamen, ut ut praecautione uti affectamus, brevi secreta sese deserunt. Quod in aure diximus, publicum fieri incipit; de eo in familia, in vicinia, in congressibus, et Societatibus colloquimur. Inde probi gemunt, impii triumphant, pseudoamici mirantur, veri inimici laetantur: interim proximus noster diffamatur, in idum digitus intanditur, censura notatur, observatur, persecutionem patitur. Eus quantum ignis, quam magnam sylvam incendit? Quales vastationes non infert ignis exigua scintilla accensus?

Initio ferè nihil erat, simplex cogitatio, Suspicio, imaginatio, oceanus, quaedam rationes dubitandi, levitia indicia, proutus carpendi; non alio opus est. Hic est lapis ille qui sine visibili manuum ministerio de monte obscurus percutit in pedibus et in frustra comminuit. Statuam auro et argento Splendentem.

Hæc existimatis et fama tam chara, tot rationibus et modis conservata, tanta cura educata, repente destruitur, vix illum illius apparat vestigium: argentum, aurum, æs, ferrum, argilla omnia sunt confusa. Quis hoc malum fecit? Lapis excisus sine manibus; temerarium iudicium illud in initio in mente privati alicujus abditum, qui non potuit, dicamus melius, qui noluit illud tenere occultum. Hæc mulier cum tanta inconsiderantia se expliuit, quantum cogitandi temeritatem habuit; invenit aures nimis atlantas, mentes nimis præparatas ad illi credendum, linguas nimis sedulas ad divulgandum quod auditum fuit: actum est, est malum divulgatum, de quo nemo amplius dubitat, illius fama ad omnes pervenit, ipsaque illius, quæ fortè cederetur, apologia minus conferret ad minuendum malum, quam ad augendum.

Et in hoc deo iudicium temerarium esse injuriosum proximo, cum velut privatus homo sumitur; sed non minus perniciosum et funestum est eidem homini, cum consideratur tanquam Societatis civilis membrum. Duo hanc Societatem tuantur, Subordinatio scilicet et unio. Per hanc Subordinationem intelligo relationem illam authoritatis et subjectionis, quæ reperitur inter illos, qui sunt præpositi ut gubernent, et illos, qui gubernantur et reguntur. Per hanc unionem intelligo amicitiam illam, fiduciam illam, mutuam consensionem illam, quæ inter ejusdem corporis membra et ejusdem totius partes esse debet.

At vero iudicium temerarium plerumque hanc Subordinationem et unionem destruit. Si inferiores Superioribus suis debitam observantiam non exhibent, Si Domestici heros suos contemnunt, Si privati adversus personas publicas se commovent, Sæpe hujus causa tribui debet incommode ac minus faventi idem, quam

Sibi affirmarent illorum, erga quos Submissionem et ob-  
servantiam habere deberent. Si inter vicinos sunt dissidia,  
Si Zelotypia disjungit corda maritorum et uxorum, si  
fratres et Sorores in occulto odio vel apertis inimicitis  
vivunt, horum prima origo est iudicium temerarium:  
filii Jacob somno aliquo consternuntur, temerarie de  
consilio Josephi iudicant, et prout ut pacem cum illo ha-  
beant, cum perdere consilium insunt. Sic sanctissima  
iura violantur, sic contra legem peccat, qui illam ju-  
dicat. Qui detrahit fratri, aut qui iudicat fratrem su-  
um, detrahit legi, et iudicat legem: an satis perpensi-  
tis omnem horum verborum vim?

\* Jacobi 4.

\* Lotionem  
haec verba  
Jacobi.  
332.

\* S. Thomas in illis tria advertit, quibus omnino clara  
sunt. 1. num. Quod S. Jacobus in eadem linea iudicium  
temerarium et detractionem collocat. Malè de fratre  
suo iudicare est illius fama apud se ipsum detrahere; et  
sic fama vel nomini illius detrahere non est illum,  
proet oporteret, iudicare. 2. dum quod ignominia, quae  
fratri infertur sive per obsecrationes sive per ini-  
qua iudicia in Legislatorem ipsum redundent; eaque  
Creator et creatura inhonestantur, homo cui detra-  
hitur, et Deus, quem haec detrahitio irritat. 3. tum,  
quod, qui malè proximum suum iudicat, injuriam legi  
faciat, detrahit legi; huic legi aufert aliquid,  
quod ad ipsam pertinet; ipsam contemnit et violat.  
Deberetis huic legi esse subiecti, et supra ipsam vos  
attolitis; ad ipsius tribunal vos citare deberetis, ut ab ip-  
sa iudicaremini, et in vobis ipsis tribunal arigitis ut  
ipsammet iudicatis: non est factor legis sed. Iudex.

Ad haec animum attendite temerarii et inconsulti  
iudices, qui id nullo conscientiae stimulo ducitis. Ad  
haec attendite vos, qui sine auctoritate, sine cogni-  
tione, sine integritate ad vestrum tribunal tot homi-  
nes, qui ab illo nunquam penderunt, citatis; vos  
qui ad minimam honoris umbram nimium delicati  
et vehementes tam indignè proximi vestri famam  
minuitis; vos qui cum tanta asperitate de injuriis  
suspicionibus, quae vos ipsos tangunt, conquerimini, et  
veluti lorum et libertatem vaniā dignam habetis illas,  
quae proximum vestrum apud vos et alias ignominia

afficiunt. Claudite aures vestras iniquis rumoribus illis, qui  
adversus ipsum sparguntur, nec funesta libeat credere,  
quod Sira non juvat, inquit S. Prosper\*. Sacrata cordium  
Deo relinquta, et procul ut cum malignitate alie-  
nos defectus examinatis, vestros illi exponite, et Sa-  
is ab eo humiliter veniam postulate.

\* in epigr.

### Judicium Temerarium

Falsa Suspiciones; iniqua alienorum  
defectuum Disquisitio, injuriosa fama  
proximi cogitatio, &c.

### Sermo Secundus.

333.

Nolite judicare secundum faciem, sed rectum judi-  
cium judicate. Joan. 7.

Non solum Magistratibus à Deo constitutis ut  
aequam et celerem justitiam administrent, loquitur  
Jesus Christus, quando ipsos monet, ne secundum ambi-  
guas et fallaces species judicent; sed universim omni-  
bus Christianis, ad occurrendum innumeris confusio-  
bus, quae oriuntur à tanto malo quale est temeraria  
proximum suum judicare, illum iniquè ad tribunal,  
à quo non pendat, citare, et inauditum praepropere con-  
demnare.

Si hoc Sribarum et Pharisaeorum peccatum fuit,  
tunc dici potest illud adhuc hodie magnum esse se-  
pulchrum in quem allidit innumerosorum hominum fama et  
existimatio. Superbia, invidia, affectatio eruditionis  
et periticia sibi quamdam tribunalis speciem erigunt, ad illud  
ad citantur devotus et impius, avarus et prodigus, iju-  
rator et ebrius, castus et impudicus, loquax et taci-  
turnus, Magistratus et populi vulgus, Sacerdos et  
laicus. Probationes necesse, rationes necesse, varisi-  
militudines necesse, de omnibus loquuntur, omnia  
corpunt praecleari hi judices, et quia communiter illo-  
rum mens depravata est et cor corruptum, virtutem  
et vitium confundunt bonam et malam voluntatem;  
unde evenit, quod cum conclusio semper debiliorem  
partem sequatur, lapsi non nisi temeraria judicia fa-  
rant.

Contra tam universale malum quo plerique sine  
scrupulo se involunt, quid non dixit Jesus Christus?

quantis precautionibus nos uti voluit, monando, ne secundum species externas judicemus, sed cum tanta aequitate et prudentia nos geramus, ut judicia nostra regulis charitatis et justitiae consentanea deprehendantur. Nolite judicare secundum faciem p.

Ut haec verba secundum totam suam amplitudinem sumam, per vos mihi liceat, Auditoros, ut ea et ad illos dirigam, qui de proximo temerarie judicant, et ad eos, qui ab ipsis temerarie judicantur; idque à fortiori ratione facis, quod saepe tam illi quam isti in gravia peccata labantur. Malignitas et praecipitatio, in peccatum illius qui temerarie judicat; infirmitas et ira impetum, in quod reum facit illum de quo temerarie judicatum fuit. Hinc duo attaxo gravia monita, quibus totum hujus sermonis argumentum continetur.

Divisio

334.

Ne secundum externas species judicatis, sed aequum facta iudicium; hoc est, quod primis habes dicendum. Ne curetis, quid alii de vobis sentiant et judicent; hoc est quod posterioribus intimandum habes. Aggrediamur ergo priorum praecipitationem et malignitatem cohibere: conemur etiam infirmitati et ira impetibus posteriorum utilia offerre remedia.

Deus i. ma

335.

Tria sunt, quae Deus sibi reservavit neminique communicat; primum, est gloria; secundum, vindicta; tertium, iudicium. Gloria ad Deum in proprietatem pertinet, atque de nulli eam daturum, gloriam meam alteri non dabo. Vindicta non minus ad eum pertinet, michi vindicta; et quia cum summa aequitate et plena libertate sumit vindictam, id semper cum ratione agit. Denique tertium quod sibi reservavit, est iudicium: qui autem judicat Dominus est.

Si Magistratus constituuntur ad pronuntiandum super contentionebus populoorum, et si principes auctoritate muniuntur, emanatio est ab auctoritate Dei. Imò non judicant, nisi diversis, qui occurrunt, casibus legem accommodando, et non tam ipsi judicant, quam lex, quam adhibent ad fulcendam iudiciorum suorum aequitatem.

336.

Tantum abest ut talia sint ea quae temeraria vocantur. Quicquid sanctus et integrius in lege est impugnant;

observantiam suprema Dei auctoritatis, debitam, cuius jura si-  
bi usurpant; bonam proximi opinionem, quam charitas  
habet in partem, et cuius regulas et agendi rationem subver-  
tunt. Servus alienus, qui ad Deum Dominum suum per-  
tinet, in iis iudicatur, quin in ipsum ulla habeatur jurisdic-  
tio; vir, cuius gratia charitas operit multitudinem peccato-  
rum, ibi sine ulla misericordia condemnatur.

Inconsulta et audax libertas iudicandi servum alienum,  
cujus cor solus Dominus illius novit! Inconsulta et audax  
libertas iudicandi super externis speciebus, ubi ut ut inno-  
cens sit, inauditus causâ cadit!

Deus ita cordis humani oculus est, ut solus iudex  
illius esse velit. Equidem Ecclesia sua Spiritum suum tri-  
buit, ut super questionibus fidem spectantibus summo  
jure pronunciet; ipsi aequidem dat corpus et sanguinem  
suum, quibus filii huius participant; ipsi aequidem potesta-  
tem concedit de rebus externis et sensibilibus iudican-  
di: sed ut ut illuminata sit haec Ecclesia, de imo cordis  
non iudicat, ajunt Sacerdotes Canonici. Et tu inconsiderate  
iudex, id faciendi temeritatem habebis?

Dua diversa noctes, ut propriis S. Augustini verbis  
utar, multa quae cognoscere valemus, et tamen non  
cognoscimus, nobis occultant: scilicet nox ignorantiae  
et dubii, et nox, quam Sacerdotes moralem noctem vocant.  
Nox ignorantiae et dubii infinitas res nobis occultat  
in ordine naturae; nox Sacerdotes moralis cor humanum,  
non obstante nostro illud cognoscendi proventus, nobis oc-  
cultat.

Jam à longo tempore curiosi veram reciproci maris  
causam indagant; sed dici potest, quod qui se  
in hac materia paritissimos arbitrantur, saepe eam mi-  
nus intelligunt; in eo digni excusatione, quod in rebus  
quae religionem non spectant, unquam liberum sit sen-  
tire et vadere quod vult; omne malum, quod inde  
evenire potest, in hoc consistit, quod tales rectè nec  
sentiant nec credant. Si solem fixeritis, propterea  
cum non sistatis; si terra motum dederitis, propterea  
tamen non desinat esse immobilis. Decidite, dubita-  
te, approbate, improbate, neminem spectant vestra  
iudicia.

Non sic se habent iudicia illa, quae super corde hu-  
mano, cuius Sacerdotes motus vobis sunt incogniti, pronun-  
ciatis. Deus, inquit Agabus Propheta, aulibat homini

Qui finxit Si-  
gillatim corda  
sonum. Psal. 32.

Spaciale cor dedit, ipse Solus suo lumine obscurissima illi-  
us perspicit, ipse Solus hanc abyssum explorare potest, ip-  
se Solus clavem huius cordis, quod unicuique alii clausum  
est, habet, ad dicit S. Augustinus, et nunquam jus habe-  
bitis illud iudicandi, nisi ubi ipse illud vobis aperuerit.

In iudicio universali, cum Deus illius secreta vobis  
aperiet, tunc, O mortales, tribunalia consandatis de illis.  
rum bonitate et malitia iudicaturi. Quando perfidorum,  
pseudovotorum, impudicorum et avarorum illorum  
corda erunt aperta: quando sacratissima illorum  
cogitationes et propensiones vobis erunt manifestata,  
tunc sub jurisdictionem, quam Dominus vobis concessit,  
rit, cadent: sed usque ad illum revelationis diem hae  
corda vobis erunt occulta, et illorum penetratio nonni-  
si ad illum spectat, qui illa formavit. Quod ante hunc  
diem facitis ad nihil prodest, quam ut vos flagitiosos  
efficiat, atque etiam cruciet.

Inaudita et admodum à norma deficiens agendi  
ratio. In aliis causis iudex reum poena afficit atque in  
suum supplicium questionem exercet, ut crimen suum  
fateatur: hic è contrario reus vel falsus reus in causa  
est, quod iudex se ipsum tormentis cruciet. Furioso ju-  
dicandi praeritu agi debet, qui tam carò hanc sibi juris-  
dictionem amittit, inquit S. Joannes Chrysostomus; nimio  
furore suum amat supplicium, qui sibi illud tot inquisi-  
tudinibus et molestiis accersit.

Dicere rem incertam esse incertam aequè parum  
difficile est, ac dicere, quòd sol luceat: sed in spe-  
ciabus ambiguas et fallacibus valde certitudinem in-  
vanire, valde mentem torquere ad pronunciamdum  
super rebus, quae diversas habent facies, quae nonni-  
si per fallacem splendorem ex transursu videntur,  
haec nimia proprii supplicii est dilectio; Inca gehem-  
na, ubi laborandum est, ut peccetur?

Dicatis mihi, dari quadam, quae ita evidenter  
mala appareant, ut impossibile sit de iis non iudi-  
care, atque vituperare. Id vobis fateor, fratres  
mei; sed duo attendatis velim: primum, quòd thesin  
mutatis: vobis sermo est de scandalo publico, de favo-  
re evidentar malo, de blasphemiam aliquam, aperta

violentia..... et ego vobis de re loquor, de qua non nisi super  
par externis speciebus, super insectis narrationibus, et  
auditionibus, super circumstantiis quae in bonam eoque  
ae malam partem possunt accipi.

Secundum. In rebus, quas publicas esse obtenditis,  
cavete, ne cum aliis sint incognita, illarum primi damnatores  
sitis. Cor proximi vestri clausum est, ne ipsi  
met sitis clavis, quae illud aperiet. Proterea forte de  
ipsius corde secundum vestrum iudicatis. In tali et tali  
occasione lapsi estis, forte de ipsius lapsu ex vestro iudi-  
catis. Estis in iram praecipites et vindicta cupidi, arbitra-  
mini cum etiam huiusmodi esse, et iniqua vita vestra  
ad ipsum damnandum vos impedit.

Amici Job erant impatientes, et huius peccati accen-  
sabant ipsiusmet patientia exemplar. Nichol insana-  
erat, et levitatis damnabat piam Davidis humilita-  
tem. Superbus Pharisaeus in suo corde contritum Pu-  
blicanum damnabat; et hic Publicanus ipso melior  
erat. \* Melitenses videntes viperam manui S. Pauli  
harentam, ad invicem dicebant: Utique homicida  
est homo hic, qui cum evaserit de mari, ultio non si-  
nit eum vivere: non ignoratis tamen quam amicus  
hujus Apostoli Sanctitas fuerit. \* Gothorum Rex qui  
vinum et lautitias diligebat, viso rubicundo et pustu-  
lato temperantissimi ejusdem Episcopi vultu, ipsum  
esse abrium iudicavit, et non nisi splendido miraculo  
in sua praesentia ab isto Sancto Episcopo patrate ab erro-  
re liberari potuit.

O homo qui de aliis ex te ipso iudicas, quot errori-  
bus subiacis? quot peccatorum te resum facis? hoc  
possimum est, quod simplicibus suspicionibus non  
stamus, nec aspectibus qui in mente permanent,  
ominvero nimisquam vera sunt ea, quae hanc in-  
ram annotavit S. Augustinus, quod scilicet suspi-  
ciones et conjecturas nostras plerumque velut  
cogitationes aequas et bene fundatas haberi vali-  
mus. Unde hoc? quia suspiciones nostras, et eas  
res, quae imaginationi et menti nostrae adveniunt,  
ea tenuitudine amplectimur, quae pater liberos suos

\* Act. 28.

\* S. Gregor.  
lib. 5. Dial.  
c. 5.

Suos. Hos filios alit, sine intermissione introitur, ex-  
 dentur crescunt, latatur, quando videt ipsos ab infantia  
 ad iuventutem, et à iuventute ad aetatem propositivam  
 transire. Suspiciones nostrae sunt liberi nostri, eas ali-  
 mus, educamus, latamur quando vires sumunt, et tan-  
 dem non sunt amplius suspiciones, sunt veritates; non  
 sunt amplius conjecturae, sunt iudicia et certitudines.

Qualia iudicia tamen! quales certitudines! Quoties  
 in eis erravimus? et quis nostrum vellet iudicari, sicut  
 fratres nostros iudicamus? Quando facinus aliquod ita  
 malum est, ut à bono principio provenire nulloatenus  
 possit: Quando illius enormitatem evidenter novi-  
 mus, tum de eo iudicare possumus, et, quantum est  
 in nostra potestate, sapientibus correctionibus ad  
 illud necessaria remedia offeramus. Sed quando in bono  
 aut malo sensu accipi potest, tum illius iudicium  
 Deo relinquamus, inquit S. Augustinus\*: è contrario  
 eas adhibeamus rationes, quas charitas nobis offert, et  
 quae ubi à iudicio tamerario violata fuerint, illius  
 malitiam nobis manifestant. Et hoc secundum est,  
 ad quod animum attendatis velim.

\* Tom. 4. in  
 epist. ad Rom.  
 proposit. 79.

314

Profectò magnum reperio discrimen inter iudicia  
 quae charitas pronunciat, et ea quae passio praecipitat.  
 Si à S. Paulo quaesiero quanam sint christiana chari-  
 tatis characteres, sicut ille mihi hos esse, nampe ut  
 patiens sit, ut multa benignitate et mansuetudine  
 praedita sit, ut sibi de proximo faventem ideam offer-  
 mat, quae malum de eo cogitare vetat. Charitas patiens  
est, benigna est, non cogitat malum. At in iudicio  
 tamerario characteres omnino contrarios invenio: chari-  
 tatem praecipitationis contra hanc patientiam, ca-  
 racterem malignitatis contra hanc benignitatem et  
 mansuetudinem, characterem praecipitationis, censura,  
 injuriosarum suspicionum contra faventem hanc ideam  
 et bonam de proximo ~~ideam~~ opinionem.

Charitas expectat, quia patiens est; passio non  
 vult expectare, quia turbulenta est et praecipit. Cha-  
 ritas excusat, quia mansuetata est; passio nihil ex-  
 cusat, quia severa est et amara. Charitas omnia  
 quae aequum sensum recipere possunt, ad bonum inter-  
 pretatur, quia non cogitat malum; passio, quae sunt  
 indifferentia ad malum interpretatur, quia mali

idea illa, quam sibi efformat, ipsi satisfait. Caritas sicut  
 quemadmodum paterfamilias: patientiam habemus  
 expectamus messem, ut Zizania à tritico separemus.  
 Passio dicit, sicut Stolidi Levi illi: eamus et colligamus  
 quod inimicus homo in agro seminavit. Caritas ad le-  
 gem Jesu Christi novi legislatoris, cujus Spiritum asse-  
 mit et facta imitatur, attendit; passio sua commoda  
 respicit, et superbiam suam consulit, ut ad tam iniquas  
 regulas, iudicium suum efformet. Caritas cum S. Paulo  
 ait: ut is, qui manducat, non manducantem non spernat: \* Rom. 14.  
et qui non manducat, manducantem non spernat.  
 Passio cum arroganti et turbulento Eliu ait: JOB est  
vir delirus, fatuus, vir qui sine sapientia, sine pru-  
dentia et ratione loquitur. Caritas ultimum co-  
 lorem tabulae sua adijcere moratur, nec ullum pin-  
 git ductum, quem non prius serio meditata fuerit:  
 passio inconsideratè suam delineat super verbis am-  
 bitiosis, liquis, super narrationibus inartibus, super ac-  
 tionibus transitoris, similis imperitis et stolidis pic-  
 toribus illis, qui vultus super factis ipsis facta eorum-  
 dem Levi duntaxat descriptione, vel ad summum  
 super ideam, quam sibi deus efformauerunt, pingere susci-  
 piunt.

An iudicia in tam iniquis principiis fundata, et vir- 342.  
 tutis cuilibet Christiano tam necessaria sensis contra-  
 ria à peccato cum qui ea fact, excusare possunt? An  
 non è contrario vos temerarii et inconsulti iudices  
 Dei severitatem timere debetis, cujus auctoritatem  
 vobis usurpatis, et qui tam frequenter in sacris libris  
 vobis minatur, quòd vos iudicaturus sit, sicut fratres  
 vestros iudicaveritis? Nolite iudicare, inquit vobis Je-  
 sus Christus, ut non iudicemini; in quo enim iudicio iu-  
 dicaveritis, iudicabimini, et in qua mensura mensi-  
 fueritis, remetiatur vobis. \* Matth. 7.

Ad vos pseudo-devoti, impii et vani, amari et in-  
 consulti censorum, aequè ac ad Pharisaeos haec Domini  
 ac Magistri vestri verba diriguntur. In vos, quos circa  
 eandem materiam diversa opiniones eorumque spira-  
 rant, ut qui non sentiunt quae vos sentitis, passionis  
 vestrae amaritudinem sentire cogantur, ab hoc supra-  
 mo iudice terribilia pronunciantur iudicia, cò-  
 quòd is, quae humilis Job dicebat aures praebere reme-

\* Job. 13. » ritis: \* Utinam taceratis, ut putaremini esse sapientes!  
 » nunquid Deus indiget vestro mendacio, ut pro eo loquamini  
 » dolos? nunquid faciem ejus accipitis, et pro Deo judicare vi-  
 » timini. An placebunt ei iniqua cogitationes vestrae, cui  
 » nihil est absconditum? aut daciipistur vestris tamaranis  
 » judiciis? Non, Non, ipse vos condemnabit, ipse vos turbabit,  
 » ipse vos terrore opprimat; memoria vestra similis cineri,  
 » quem ventus rapit, peribit, et superbae cervices vestrae lute  
 » cooperientur, tacete ergo paulisper si sapientes estis.

Part 2 da

343.  
 \* Lib. 2. de  
 Serm. Domini  
 in monte c.  
 29.

Hae sufficient, ut cognoscatis inconsi-derantiam, pra-  
 cipitationem, duritatem, et infelicitatem tamaranis ju-  
 dicantium: Veniamus modo ad illos, qui eorum sunt viti-  
 ma; cohibeamus illorum infirmitatem et impetum, ip-  
 sis palam faciendo, quod minimè curare debeant, quid  
 alii de ipsis cogitant et judicent.

Sapientissimè advertit S. Augustinus\*, quod in mate-  
 ria tamariorum judiciorum tamaritas judicantis ipsi sum-  
 poreat, ei vero de quo malè judicatur et cogitatur, sape  
 officiat. In uno est peccatum magis aut minus grave prop-  
 ter suas circumstantias; in altero, si ea patienter to-  
 lerat, est occasio meriti et virtutis. Unus volando  
 cadere proximum suum, se ipsum laedit; alter cum  
 spiritu christiano suscipiendo vulnera haec, quae ipsi  
 infliguntur, magna emolumenta sibi conciliare po-  
 test.

Maria lepra percutitur, quod de Moysa malè cogi-  
 taverit; sed frater hic inde non minus à Deo aestima-  
 tur. Inconsiderantia Michol infami stultitate puni-  
 tur; sed pietas et humilitas Davidis, quae ipsam offen-  
 debat, inde majorem mercedem accipit. Judas qui  
 ex proterva Magdalanae prodigentiâ scandali cau-  
 sam sibi facit, respicitur tanquam fur, et haec  
 mulier inde à Jesu Christo laudatur, valut de bono  
 opere, quod operata est.

344.

Vos igitur qui in vita commercio horum judicio-  
 rum morositatem perfertis, consolationem capite,  
 sed simul quae sint munera vestra discite. His judi-  
 ciis inimici vestri vos ignominia afficere putant, et  
 interdum vobis conciliant honorem. His judiciis tan-  
 quam nocentes habemini, sed saepe inde vos ipsos emen-  
 dare, atque diligentius vobismet invigilare cogimi-  
 ni. His judiciis vobis quidpiam imputatur, de quo in-  
 nocentes estis, et quod in se peccatum est; et sic vos

tra virtus probatur et firmatur. Si in vobis ea vituperantur, quae ex se bona sunt et pia, haec iudicia in Spiritu religionis suscipite. Si iudicia, quae de vobis feruntur, occasionem tribuistis, ea in Spiritu poenitentiae accipite. Si in iis arguimini de re aliqua, quae suapte naturam mala est, sed de qua estis innocentes, in Spiritu patientiae et resignationis ea suscipite.

Per hanc primam regulam videte ea, quae aethesi, religionis contemptores, vel carnales Christiani sentiant et dicent de vita religiosa et poenitente quam dicitis: iniqua ipsorum iudicia à mentis ipsorum depravatione et cordis corruptione proveniunt. Lex aeterna, Eulogia agendi ratio, proborum exempla, SS. Patrum effata haec sunt, quae aestimare et sequi debatis, reliqua omnia videte.

Igitur quando homo mundo additus, malè sentiat de muliere quae costus devitat, ut liberis suis et domesticis invigilat, quae luxus et fatuorum sumptuum inimica ad honestam modestiam se redigit, quae sacrorum locorum visitationem, ubi coram Deo cor suum effundit, praefert profanis contuberniis illis, ubi nonni de vestium modis, luxibus et spectaculis fit sermo; in quoniam Spiritu haec iniqua iudicia suscipere debet? In Spiritu religionis, quo nunc cum Jesu Christo dicat, Non est discipulus super magistrum — \* Matth. 10. Si patrem familias Beelzebub vocaverunt, quanto magis domesticos ejus? nunc cum S. Paulo, \* 1. Corint. 4. Mihi pro minimo est ut à vobis iudicet, aut ab humano die: . . . qui iudicatur Dominus est.

Igitur quando carnales Christiani malè sentiant de homine, qui se mortificat, quando iudicant quod ipsius ieiunia, orationes, austeritates, macies, vultus tristis et afflictus sint signa hypocrisis, immoderata devotio, mentis perturbatio: quid agere debet, nisi ut cum Jesu Christo respondeat, \* Sinite eos loqui, \* Matth. 15. coeci sunt? nisi ut apud se cogitet, quod si hominibus placeret, servus Dei non esset, cui gratias agit, quod eum dignum iudicat, ut pro nomine ejus contumetur, irideatur, et contumeliam patiatur? Nisi ut cum S. Gregorio Nazianzeno \* dicat: Quid mea, qui a \* Oratio de seipso

» Super omnia veritatem, et propter eam nihil curo, interest,  
 » ut à vobis homo vilis et abjectus existimetur? Sive meam  
 » agendi rationem probetis, sive condemnatis, an propter eam  
 » beatiorum aut miseriorum reddetis? Hoc tam parum cu-  
 » ro ac somnium, quod fortè de me haberetis. An is qui-  
 » bus carabrum vertit, terra firma videtur? Eadem faci-  
 » ta mihi, quòd in qui me vituperant, aequi sint et pro-  
 » dentes: Scius enim veri Christiani vitam agens minus  
 » ignominiam quam honore ab ipsorum censuris me affici  
 » reputabo.

Similia dici non possunt de iis, quibus data est occa-  
 sio ferendi iudicia quae ferunt. Non sunt bona facinora  
 quae vituperant, sed sunt suspecta et mala opera, de  
 quibus fortè iuribus, quam oporteret iudicium ferunt,  
 et cui tamen ampla nimis materia suppedita est. Tam  
 malè vos geritis, libertates innocentiae ac pudori ita pa-  
 rum consentaneas vobis tribuistis, ut vix sit impossi-  
 bile ne alii malè de vobis loquantur. Sub praetextu,  
 quod e.g. in illud peccatum lapsi non fueritis, quod  
 Apostolus nominari prohibet, mutuos congressus et  
 familiaritates habuistis, quae ex se ipsis nihil boni  
 denotant. Et in Saulo, ubi actiones innocentissimas  
 denigrantur, vultis ut de iis, quae malè videntur,  
 bene iudicatur? *Et vos fratres mei, error, suscipite*  
 à contrariis in spiritu poenitentiae haec iniqua, quae  
 vobis auersistis, iudicia.

Bona, quòd se ipsa à peccato, de quo arguimini, li-  
 bari sitis et immunes: sed cur facinoribus vestris  
 non aliam speciem dedistis? cur verbis, actionibus,  
 pavulo cui vos objacistis necessariam attentionem  
 et vigilantiam non adhibuistis? Ad haec munera  
 metus alienorum iudiciorum vos obligat. In vos-  
 tris operibus mali species invenitur, et vultis, ut  
 optima ea esse omnes credant. Vos ipsos primum  
 corrigite, si cupitis, ut alii iudicia sua corrigant.  
 Equidem malè agunt, dum iniquè de vobis sen-  
 tiunt; sed cum tantà prudentià et circumspectio-  
 ne vivit, ut nullam de vobis malè iudicandi sis-  
 ansam praebeat.

346.

Nemo unquam à propriis suis commodis ita alie-  
 nus fuit ac S. Paulus; nihilominus nemo unquam

ita sollicitus fuit ad avertendas à se malas suspiciones. Ut ut humilis sit, tamen suam ab omni cupiditate alienam agendi rationem sibi dicit honori. Vivit ex labore manuum suarum, ne ulli sit oneri, et quamvis altari Isaaciano pro suo alimento et sustentatione sua mercedem ministerio suo debitam sumere possit, sibi tamen exiguum hoc auxilium generosa rursat. Nihilominus quia ipsi conceduntur eleemosynae pauperum solatio destinata, atque veretur, ne, cum illarum distributio ab ipsius arbitrio pendeat, de sua integritate et ab omni cupiditate aliena agendi ratione iniqua favantur iudicia: quidnam agit, et quodnam capit consilium? vult habere testem sua fidelitatis in distributione harum eleemosynarum. Nostam in hoc consilium est, inquit, evitare, ne quisquam nobis quidpiam circa administrationem magna summa, quae nobis concessa est vituperat; nam studeamus coram Deo bonum agere, sed etiam coram hominibus.

Inde S. Joannes Chrysostomus proclaram hanc erit consecutionem. Si vir adeo magna praeditus virtute, ac S. Paulus, sapienti hac utitur praecautio, ut habere velit homines in quorum praesentia elargiatur ea, quae ipsi data fuerunt, et si vult, ut una eorum committant distributionem, ne argui possit sibi minimum quid eorum arrogasse: huius nos alii agere non debemus ad impediendum, ne de nobis iudicia tameraria fiant?

An ita ab ullo peccato alieni sumus, ac S. Paulus à committendo furto erat? cur ergo omnem possibilem diligentiam non adhibeamus, ut ab iniquis mentibus omnem suspicionis umbram avehamus? Et ubi omnino contraria agendi ratione ausam ipsis tribuimus malè de nobis sentiendi et loquendi, quamvis à peccatis illis, de quibus nos accusant simus immunes, an non censuras ipsorum in spiritu poenitentiae suscipere debemus?

Hic Apostolus merito cadere poterat, nam inem de sua agendi ratione malè iudicaturum, ac conscientia sua testimonium erat valuti sicutum aptam ad obtundenda omnia tela, quae critica mentes et lin-

Ne quis nos vituperat in administratione amplitudinis huius domi cui ministramus. Ita habetur in versione arabica.

quae maledica in ipsum vibrarent. Poterat, quemadmodum notat S. Joannes Chrysostomus, poterat, inquam, dicere: carita miranda quae facio, pauperem et penitentem, quam ago vitam. Ad quid mihi esset haec paucunia, ego, qui non obstantibus omnibus defatigationibus et Apostolatus juribus manuum meorum labore vivo? At haec omnia ipsi non sufficiunt, vult habere testes sua fidelitatis in eleemosynarum Distributione, ut omnem tollat suspicionis occasionem, et, prout ipsa met dicit, bonum agat non solum coram Deo sed etiam coram hominibus.

Quid modo dicetis, vos qui in licentiam tam facile affundimini, et qui prout ut fama vestra consulatis, eam cum tanta temeritate exponitis? cur pertambitis ut bonitas et integritas cordis vestri, ab his suspectis externis distinguatur? cur adeo coeci et vestri ipsorum amantes vultis, ut ceteri vos eisdem obsequantia et amoris proprio oculis, quibus vos ipsos intuemini, suspiciant? forte forte inconsiderantia et temeritatis vestrae poenam.

347.

Verum si proximo nostro nullam damus causam de nobis male sentienda, quo spiritu iniqua ipsius iudicia surripere debemus? Id vobis jam dixi, nempe in spiritu patientiae, addamus cum S. Augustino, in spiritu gaudii. In spiritu patientiae, quia homines estis, atque peccata vobis tribuuntur, in qua quilibet homo labi potest: In spiritu gaudii, quia innocentes estis, et omnino alii reputamini, quam re ipsa sitis.

\* lib. adversus  
Sarracenos.  
tom 6.

Duo hic inveniantur errores, inquit hic Sanctus Doctor\*; unus respectu rei, alter respectu personae. Error qui rem respicit, nos affligere debet, sed qui personam respicit nos laetitia afficiat oportet. Si quod malum est vocatur bonum, si vitio laudes virtuti debita tribuerentur, iniquum hoc iudicium nos affligere deberat; sed quando nunquam peccatum id quo vera est peccatum omnisque injuria iudicii in solam personam cadit, prout ut inde affligamur, idque molestia feramus, gaudere nos oportet.

Quidam haereticus Manichaeus advertens partes suas, aeternam S. Augustini, qui ad Catholicos transierat, multum infirmatas esse, et Ecclesiam ex suo ad eam transitu

magna commoda et emolumenta haurire, ipsum revocare conatus est; et in hunc effectum litteras tenacitate plenas ad eum exaravit, sed in quibus significabat, se abunde capere, cur partes Catholicorum suscepisset; nempe quod timor et ambitio ad eam sectam illum traxissent, ubi minus subeundum periculi, et plus honoris acquirendum esset.

S. Augustinus ei respondit ac imprimis ob eius tenacitatem gratias rependit, sed postea ait: Quamvis de mea intentione male iudices, id tibi ex corde indulgeo, quia mirum mihi videri non debet, quod cum homo sim me ambitionis et metus, quae humanae sunt passiones, insimules. Certè animum meum nullatenus affecerunt, et de hoc conscientia mea reddit mihi testimonium: sed alium possunt afficere, nec mihi aliquid objicis, quod quivis homo facere non valeat.

Sic loquebatur S. Augustinus, qui statim huic heretico declaravit, se parum curare, quid de ipso diceretur, et cum patientia ferre, quod ipsi imputarentur defectus, quibus quilibet alius poterat esse subjectus; à contrario ipsi volupe esse, quod solum respectu ipsius falleretur, et volens eum accusare, non nisi phantasma ipsius impeteret.

Excellentis regula, et ad cuius normam te gerere debes, 348. quisquis ab aliis iniquè iudicaris et arguaris. te contumunt et denigrant propter peccata, quorum reum te esse arbitrantur, nec tamen iis es irretitus; te habent valut impudicum, avarum, vindicta cupidum, et Deo sint laudes, nullum horum peccatorum in te agnoscis. In re non erraverunt, sed solummodò in illius applicatione. Peccata quae vituperanda erant, vituperaverunt, totus error fuit, quod te pro aliis acciperint. Et procul ut error iste tibi impatientiam et molestiam creet, te consolari et laetitia afficere debet.

Mi dilecte frater, inquit olim S. Paulinus ad optimum amicum suum\*, utinam Dominus nos dignos iudicet, qui contemnamur, vituperemur, maladicamur, pedibus calcemur pro illius nomine. Conemur bene vivere, nos cetera omnia curamus. Sauli homines fruuntur voluptatibus, dignitatibus, opibus suis. Solum sibi videntur sapientes et beati; nos intueantur velut miseros et stultos,

\* Epist. i. ad Severum.

- nos qui vitam vita ipsorum omnino contrariam. Invenimus.  
 Sibi conservent proactansam Sapientiam suam, nobis vero  
 illam, cuius nos insimulant, Stultitiam relinquant.  
 Vaniet dies, in qua nos et illi iudicabimur; et tunc etiam  
 \* Sapientiae » inviti ipsimet corrigant iniqua iudicia sua. \* Tunc pro an-  
 c. 9. » gustia Spiritus gemantes dicant intra se: Hi sunt, quos ha-  
 » brimus aliquando in derisum... Nos insensati vitam illorum  
 » aestimabamus insaniam, et finem illorum sine honore: ac-  
 » quomodo computati sunt inter filios Dei, et inter Sanctos  
 » Sors illorum est.

Documenta Moralia.  
 Sensus Patrum et Theologorum circa iudicium  
 temerarium, falsas suspiciones, alieno-  
 rum defectuum iniquitatem disquisitionem p.

## I.

349. \* S. Bernard. » \* Cave aliena conversationis esse aut curiosus explora-  
 » tor, aut temerarius iudex. Etsi etiamnum propter  
 » actum quid deprehendas, nec sic iudicas proximum; magis  
 » autem excusa intentionem, si opus non potes. Existima  
 » igitur vel ignorantiam esse, vel casum, vel subreptio-  
 » nem. Quod si omnem omnimodò dissimulationem rei  
 » castitudo recusset, dicitur apud tenet ipsum: vehementer ni-  
 » mis tentatis fuit. Quid de me illa faciat, si accepisset  
 » in me similiter potestatem?

## II.

350.

Sape ex nihilo crimen facimus, hujus proactansi cri-  
 minis circumstantias in mente nostra exaggeramus, et ul-  
 tisci nos De eo volumus, de quo non nisi super fallacibus  
 verisimilitudinibus iudicavimus.

Mardocheus Superbo Aman non exhibet honores,  
 quos ipse mereri arbitratur; et hic Minister Iuda-  
 um hunc Superbia et insolentia statim arguit: mi-  
 ser iste me despicit, dum omnes alii me honore prose-  
 quuntur. Quid igitur facit? arbitratur se jure posse non  
 modo hunc hominem sed universam gentem ipsius suo  
 infortunio involvere. Si iudicia temeraria non semper  
 aousque provehantur, saltim plerumque funestas post  
 se trahunt conventiones.

## LLL.

351. A duabus rebus proveniunt, a praecipitatione et passio-

ne. Videmus puellam vel mulierem per mediū quadrantis ho-  
ra spatium cum viro aliquo colloqui, et de illis malè ju-  
dicamus, alias videmus per medium diem idipsum agentes,  
et silemus. Si pseudo devota litem injustam intentant,  
putamus nos illas audiendo et iniquas illarum rationes  
audiendo exaggerando ipsis justitiam facere. Si verò  
olice ingenia, jus suum vultu simplici sincere exponunt,  
ipsis non fidemus, timemus ne ab illis circumveniamur.  
Cernimus alios qui magna verborum profluentia prædi-  
ti non nisi puerilitates loquuntur, et illos ingenio vale-  
re arbitramur; audimus alios magis collatos, qui non  
nisi cum ratione et parum loquuntur, illorūque stupidos  
estimamus. In gratiam aliquorum præoccupati sumus,  
de aliis verò nobis iniquam ideam affirmamus, hoc suf-  
ficiunt, ut de eis judicemus.

Causa est alius temerariorum judiciorum nostro-  
rum fons, amor et odium summo jure decidunt. Si  
quam amare cepimus, statim in nostra mente hono-  
rificum lorum amittit quem occupabat, quando cum li-  
gebamus: prius merito, ingenio, virtute exallebat;  
modò autem omnes hæ præclaræ qualitates evanesunt.  
Vitia ejus enusabamus, modò de ejus virtutibus malè  
judicamus. Ipsius defectus adeò lippis oculis intuebamur,  
ut illos cognoscere non poteramus; at nunc illos au-  
gemus, et multiplicamus; est idem homo, sed non est  
in eodem loco.

## IV.

352.

In libertate quam nobis tribuimus de omnibus  
rebus judicandi, magno nos vigere ingenio arbitra-  
mur; dicendum potius, nobis magnam superbiam et exi-  
guum ingenium esse. Magna superbia est aliis nos  
præfasse; exiguum ingenium vituperare illos, qui  
sæpe nobis sunt meliores: magna superbia, dicere  
cum Pharisæis: non sum sicut ceteri homines, nec sicut  
Publicanus iste; exiguum ingenium, usque ad levissi-  
mas descendere minutias, ut nobis meritum faciamus;  
Decimas de mentha et anethi: magna superbia, quia  
arbitramur, quòd præstantius habeamus ingenium,  
quàm alii; exiguum ingenium, quia nobis imagina-

mur, tantum aliis ingenium non esse quantum nobis: magna Superbia, quae facit ut alios contemnamus; exiguum ingenium, quo arbitramur nos ab aliis contemni.

## V.

Qui magno pollet ingenio rerum principia rapit, arbitratur, quod homines, cum eandem habeant naturam, eandem etiam vitia habere possint; quod à Deo servati maxima crimina perpetrare possint, et si sint aliqua, in qua non probabantur, ratio sit, quia iisdem tentationibus ac alii non sunt expositi. Is contra cui certa ingenii Suppellex ex se ipso alios iudicans iis saepe vitia tribuit, quae non habent, et quibus ipse inquinatus est. Tantum abest, ut proximi sui fragilitas illum ad propriam eruditionem et confessionem ad se ipsum revocet, quin potius arbitratur omnes praestantes qualitates apud ipsum esse, vel si quibusdam careat, se alios in eminenti gradu possidere.

## VI.

352.  
\* Nicolius  
Specimin.  
Moral.
- » Juxta mentem celeberrimi iniquisdam theologi\*,  
» modus, quo nobis ipsis iudiciorum nostrorum temeritatem occultamus, subtilissimus est et difficillime evitari potest. Namque principio, quod in se generatim, spectatum verum est, modo incomprehensibili abutimur. Principium hoc vetat, ne iudicemus, sed non vetat ne videamus, id est, evidenter assentiamur. Itaque vult res visas et evidentes iudicia nostra habentes tutos nos arbitramur ab omnibus iis, quae adversus iudiciorum nostrorum temeritatem dicuntur. Nihil unquam iudicamus nisi quod videmus, omnes nostra imaginaciones sunt veritates evidentes, et sic omnia ea, quae consuetudine nostra nobis approbare possent, inclinamus.
- » Sed si amor proprius nos non exerceat, facile diffideremus praestantiae huic evidenter. Solum opus foret, ut animum in eos intenderemus, quos in iudiciis, quae de nobis ferunt, nos arbitramur,

atque in iis eandem affectiones animi observavimus, quibus et in nobis iudiciorum nostrorum aequitatem probare arbitramur. Sunt etiam apud ipsos caeca ac apud nos iudicia sua etiamnum maximè temeraria visus seu cognitiones avidantis veritatis: quis ergo nobis pro certo pollicebitur, nos non idem agere, nosque solos ab hoc communi errore immunes esse?

Iustus ergo timor, quem habere debemus, ne, quem admodum alii, etiamnum decipiamur, nos adigit, ut eundem utamur consiliis, quae aliis ducimus, qui temerariis iudiciis indulgent sub praetextu quòd licitum sit videre, quamvis non licitum sit iudicare, dicemusque ipsis, cum innumeri homines se ipsos decipiant sibi imaginando quòd non iudicent, sed tantum videant id quod est: prudentia christiana exigit ut visus seu aspectus istos etiam devitamus, quando non sunt necessarij, quia veritate ne nos temerariè periculo exponamus. Qui arbitratur se videre potest falli sumendo pro visu, quod re ipsa non nisi temerarium est iudicium. Sed qui non videt nec videre studet, non fallitur, quia non iudicat. Sic ergo nobis agendum est, quoties videre non tenamur.

## VII.

Procul Dubio dicitur, quòd à nobis non pendeat videre vel non videre; quòd sit necessarius affectus objectorum quae mentem nostram ferunt, atque in ea tam vehementem interdum faciunt impressionem, ut ipsa ei resistere non possit. At hoc generatim verum non est, vel potius raro verum est, quia non nisi pauca dantur objecta quae mentem adeò vehementer feriant, ut se deternant ad agendum et iudicandum. Oportet à contrario hanc vim, ut se applicat ad considerandas res; et hanc voluntariam ad aliorum defectus applicationem prudentia christiana cohibere debet in illis, qui vi officii sui non tenentur eorum correctioni invigilare. At raro quicumque ab his inutilibus examiniibus mentem suam fideliter avertat, failis à iudicando abstinabit. Dantur enim rationes generales, quae nos impellunt ad dubitandum de rebus, quae diligenter non examinavimus: et quia acerrimè respondemus illis, qui de iis consilium nostrum expetunt, nos non satis illas expendisse; non

» minus aequum est id nobis ipsis dicere, atque iudicium nos-  
 » trum suspendere ex hac generali consideratione, quod  
 » iudicandum non sit nisi prius omnibus rebus ponderatis,  
 » et quod non fecerimus.

## VIII.

» Praeterea qualemunque defectum proximi eviden-  
 » tiam habeamus, prudentia christiana nobis prohibet, ne  
 » eam aliis manifestemus, cum vi officii nostri ad id non te-  
 » nemur, nullaque evidens utilitas nos obligat. Hae ratione  
 » quamvis de eo temerarie iudicassimus, de sola nostra te-  
 » meritate ratio nobis reddenda esset, nec rei efficemur  
 » malorum effectuum, quos ipsa in aliis producere potest.

## IX.

353.

\* lib. 3. iustit.  
c. 19.

Quid potest dici de illis, qui de proximis suis malis sen-  
 tiunt et loquuntur? Id quod Lactantius de illis dicit\*, quod  
 namque adversus se ipsos sint eloquentes, atque illum iudi-  
 cantes proprium suum iudicium pronunciant. Avaritiam,  
 impudicitiam, ambitionem oratione insectantur. Cum  
 potius iudiciorum suorum temeritatem occultare debe-  
 rant, eam propalant iniquis, quas de fratribus suis ha-  
 bent, opinionibus, nec non injuriis, quibus eas manifes-  
 tant, verbis; sed sic se ipsos condemnant; quidquid mali  
 sentiunt et iudicant in illos redundat. Sunt similes cir-  
 culatoribus, vel imperitis medicis illis, quorum pixides suis  
 inscriptionibus et titulis remedia continere videntur, at ta-  
 men non nisi venenis sunt repleta. Non aliter intueri deest,  
quam medicos, quorum tituli remedia habent pixides vana-  
na.

354.

\* De reform.  
hom. intem.  
Tract. 2. c. 2.

## X.

Præclara sunt ea quae S. Bonaventura loquitur\* cir-  
 ca iudicia temeraria et rationes, quae nos obligant, ne  
 ultra feramus. Cum aliorum cogitationes non videamus,  
 nec illorum animos cognoscere non valeamus, quidquid  
 excusari potest, illud semper in bonam partem explicare  
 debemus, si pacem in corde nostro servare, neminem turba-  
 re, nec Deum offendere velimus. Ratio est, quia saepe iudica-  
 mus aliquid esse malum, quod malum non est, et insuper per  
 nostram temeritatem peccamus nobis arrogando jus, quod  
 ad solum Deum pertinet, secretum cordium iudicandi. Equidem  
 verum est quod spirituales Patres et Moderatores nostri,  
 qui ipsius locum tenent, de iis, qui sua verba sunt conserati,  
 iudicare possint; sed respectu aliorum nullatenus ipsis li-

aitum est tam facile se omnibus judicare. Quando magnam habebunt experientiam, quando donum disputationis spirituum ipsis concessum erit, quando evecti essent ad aliquem supereminens spiritualitatis gradum, necnon locus quem occupabunt, ipsis necessariam tribuat auctoritatem: tum pars mea nihil illorum censura se subducit, sed donec haec fiant, ad memoriam roborant hoc Apostoli oraculum: Quis es tu, ut audeas judicare servum alienum? Sape hi temerarii censores, qui cum arrogantia proximi sui rationem agendi condemnant, in similes vel majores errores incurrunt, quam sint ii, quorum alios arguunt: et haec omnia ex arcana misericordia et justitia Dei dispositione, qui haec ita permittit, ut sua propria infirmitate discant fratrum suorum infirmitatibus non insultare.

## XI.

Nihilominus, addit S. Bonaventura, inter haec quatuor timorem nempe, suspicionem, judicium temerarium et non temerarium discrimen intercedit. Ille timorem habet, qui de nemine in particulari judicans, solummodo timet, ne peccatum quod nondum est, eveniat, nisi ad illud praevanientium necessariae precautions adhibeantur. Sic Superior aliquis Monasterii fores claudi curat, vel junioribus Religiosis prohibet, nec cum alterius sexus personis colloquantur, quia sapienter occasionem mali diffidit, si sua prudentia ei non ponat obstaculum.

Ille suspicionem tenetur, qui sine justa causa arbitratur aliquem malum perpetrasse, aut perpetrare velle, cum tamen in re ipsa verum non sit: et in hoc culpa, quae committitur minor vel major est secundum suas circumstantias, et judicium latum.

Quantum ad illud judicium, quod temerarium non est, tunc fit, quando ex cognitionibus et evidentiis, in quibus nulla excusationes locum habent nec habere possunt, judicamus facinus aliquod esse malum, velut si, oculis nostris videremus committi adulterium, furtum vel homicidium.

## XII.

Duo sunt, inquit S. Augustinus, in quibus temerarium cavere debemus judicium: Cum incertum est quo animo quid factum sit, vel cum incertum est, qualis futurus sit, qui nunc bonus vel malus apparat. Si ergo quispiam, verbi gratia, conquestus de stomacho jejungere velit, et tu id non credens, ad civitatis vitio id tribueris, temerè judicabis. Item si manifestam edacitatem abrietatemque cognoveris, et ita reprehendaris, quasi nunquam possit ille corrigi atque mutari, nihilominus temerè judicabis. Non ergo reprehendamus, quae noscimus, quo ani-

359.  
\* ibid.356.  
\* lib. 2. de hom. dom. immonda  
c. 28.

» nosiant, neque ita reprochandamus ea quae manifesta  
» sunt, ut desperamus sanitatem.

Qui credunt quod iudicia, quae de suo proximo faciunt,  
sint iusta et tuta nimis bonam de se ipsis habent opinio-  
nem, et qui iudicant, quod homo aliquis semper talis  
mansurus sit qualis olim fuit et adhuc est, nimis malam  
de proximo suo habent opinionem. Nihilominus quot non  
inveniuntur huius characteris homines? Pariter cognoscimus  
hominem, inquit, est fraudulentus, nunquam ipsi fi-  
dendum est; haec mulier se scandalosis libidinibus tradi-  
dit, nihil boni ab ipsa unquam expectandum. Qui ita ju-  
dicat, is loquitur et cogitat, ac si nunquam falli posset, et  
ac si proximus suus omnino mutari non posset. Hic frau-  
dulentus an semper erit fraudulentus? Haec libidinosa mu-  
lier, an semper libidinosa erit?

## XIII.

357.  
\* S. Greg. lib.  
33. moral. c. 17.  
\* c. 4.

\* Sic iudicant, sic credunt subinde in ipsi, qui religio-  
sam et sanctam vitam agere videntur. Quidquid faciunt,  
rectum existimant, et idcirco iudiciis suis bonis aut malis an-  
xiis et obstinatis inhaerant et seruiunt. De is loquitur  
Jeremias\* cum dicit: Candidiores Nabarcai ejus nive, nitidiores  
laete, saphiro pulchriores: et nichominis demigrata  
est super carbonas facies eorum, et non sunt cogniti in pla-  
tais, adhesit cutis eorum offibus, aruit, et facta est qua-  
si lignum. Enimvero quid hic propheta per hos Nabarcaeos  
intelligit, nisi illos, quos mortificationes et abstinencia  
similes illis populis efficiebant, qui ut austerius vi-  
verent, atque peculiaribus obligationibus se Deo conse-  
crarent se separabant? Hoc vita genus summis laudam-  
um est, summo modo multos alios defectus admixtos ha-  
beat: Sunt candidiores nive, splendore, quem vita coe-  
lestis quam ducunt in illos effundit; sunt nitidiores lae-  
te, et saphiro pulchriores, sua agendi ratione et obse-  
quii quae aliis praestant.

Verum quia opera faciunt, quae ipsis admirationem  
et observantiam eorum, qui eos cognoscunt, conciliant,  
et quia saepe majores laudes ab ipsis accipiunt, quam  
ut intra humilitatis et justitiae christianae limites  
se continerent, oportet: hinc evenit, et sui ipsorum  
inmemores in adeo demerentis et delicata tenta-  
tionis, qualis est proprii sui meriti et suorum iudicio-  
rum integritatis tentatio, laqueum incidant. Sua  
presumptione decepti se bona, quam de se ipsis, et ma-  
la, quam de proximo suo habent opinione se ipsos ex-

coecant: Naturalis opus est, ut carbonibus nigriores fiant, ho-  
mines adeo difformes, et à se ipsis ita diversi, ut deinde  
haud amplius dignosci valeant, et non sunt cogniti in pla-  
tais; homines tam aridi Solidae Sanctitatis Perfectus,  
ut cutis ipsorum ossibus agglutinata sit, tota arefacta,  
et facta quasi lignum, adhaerit cutis eorum ossibus, aruit,  
et facta est quasi lignum.

## XIV.

Quando S. Paulus ait, sibi pro minimis esse, ut ab ho-  
 minibus, et, ut ipsius verbis utar, ab humano die q vult  
 innuere; quod sicut diversi Situs picturis et coloribus di-  
 versum lumen tribuant; ita etiam diversae mentis affec-  
 tiones, tempora, modi, consuetudines, opera humana modo  
 illustrent, modo obfuscant, usque modo laudem modo vitu-  
 perium conciliant.

Modo belli tumultum pacis dulcedini preferimus,  
 modo commoda pacis evahimus supra gloriam quam bal-  
 lum heroibus suis offert. Quod aliqui animum fortem  
 nuncupant, alii favoritatem baluina vocant; quod  
 nobis quies videtur, molitiss censetur; et si inconstantes  
 hominum opiniones consideremus, inveniemus eas non  
 minus circa gloriam, qua menti ad blanditur, quam pul-  
 chritudinem, qua oculos demulcet diversas esse.

Cum aërem respiramus locorum in quibus sumus, et  
 inde speciem aliquam temperationis efformamus, hinc  
 etiam anima nostra agendi modis illorum quibuscum  
 vivit, sensim imbuta, diversis quas accipit ideis se replet,  
 felix si haec ideae bona et justa sunt; at infelix, si imper-  
 fecta et falsa. Eadem fere est illius ratio ac fluvio-  
 rum illorum, qui in sua exundatione jactis ad ripam fluc-  
 tibus suis, recedendo iis rebus, quas seum traxerunt, im-  
 plentur, si sunt quaedam pretiosa spolia, tum iis ditan-  
 tur, si vero sordes vel quaedam cadavera, tum iis inqui-  
 nantur et inficiuntur. Sic etiam anima nostra ad ex-  
 tra se effundens per attentionem ad diversas, quas  
 recipit, ideas, iis etiam impleri videtur. Si haec ideae  
 justa sunt et verae, tum iis ornatur, si vero falsa, iis  
 inficitur.

## XV.

Judicia quae faciunt homines essent recta et  
 justa, si fundarentur in regulis generalibus et

358.

q. judicatur,

359.

immu-  
 mutabilibus, nempe in lege Dei, et prima veritate:  
 Sed quia quaelibet profectio, qualibet aetas, quilibet se-  
 xus sibi specialia principia affingit, necnon secundum  
 ea decidit; hinc errores, in quos labuntur homines, magni  
 sunt. Ad singulare certamen provocatus, idud acceptare  
 renuisti, ignarus judicaris, quia falsum sagi hominum  
 principium est, hanc recusationem velut ignaviam respi-  
 care. Commercio usurario te immiscere noluisti, velut  
 inutilis haberis, qui nunquam ad fortuna commoda per-  
 venies, quia pernicioza negotiosorum hominum lex est,  
 quibuscumque rationibus ditescere. Deserite hac princi-  
 pia, legi Dei adhaere, et cum sapientia judicabis.

## XVI.

360.

\* Lib. 3. Instit.  
c. 11.  
 » Naturam hominis hanc Deus esse voluit, inquit Lau-  
 » tius\*, ut duarum rerum appetens esset, religionis et sa-  
 » pientia. Sed homines ideo falluntur, quod aut religio-  
 » nem suscipiant, omiffa sapientia, aut sapientia soli stu-  
 » deant, omiffa religione, cum alterum sine altero esse  
 » non possit verum. Hae ratione aliqui voca cadunt in plu-  
 » res religiones omnino falsas, quia veram sapientiam Deo  
 » liquerunt, quae ipsos docuisset, plures Deos dari hanc  
 » posse; alii vero student sapientia, sed ideo falsa, quia  
 » religionem summi Dei omiserunt, qui eos ad veri sapien-  
 » tiam potuit erudire. In his duobus, religione et sapi-  
 » entia inseparabiliter connexis, et officium hominis et  
 » veritas omnis inclusa est, p. 2

## XVII.

At hac religio, haec sapientia ipsum docent evitare  
 ex una parte id, quod Deus ipsi prohibet, et ex altera  
 id amplecti, quod ipsi jubet. Quidquid ipsum impellere  
 potest ad divisionem et discordiam cum proximo, quid-  
 quid tendit ad destruendam aut debilitandam vero-  
 nam et charitatem christianam; id illud est, quod  
 Deus tanquam author religionis et sapientiae ipsi pro-  
 hibet: et ex hoc principio omne temerarium at proxi-  
 mo injuriosum judicium ipsi prohibetur: Quare? quia  
 in eo nec religionis caracter, nec sapientiae specimen  
 apparet. Hae religio vetat judicare secundum exter-  
 nas species, et ante tempus. Vetat judicare secundum  
 species externas, quia fallaces sunt. Vetat judicare

ante tempus, quia nondum advenit, et ab hoc ad illud quis vitam mutare potest; et in judicio temerario error invenitur et precipitatio.

Ex alia parte, sapientia à vera religione inseparabilis, quae hominam sanctificat, et ipsius judicia corrigit, est talis sapientia, qualem nobis S. Jacobus depingit\*, id est Sapientia modesta, bonis consentiens, plena misericordia tendens ad pacem et unionem. Ipsius modestia impedit hominem, ne se exahet per judicia sibi nimis faventia et proximo nimis nociva. Ipsius conformitas ad sensum proximi, cujus spiritum ipsi instillat, impedit eum, ne propria opinione delectetur, atque fatua sui ipsius existimatione inebrietur. Misericordia, cujus propensionem sequitur, ipsum impedit, ne se indolis suae durezza, et variis passionum suarum motibus permittat.

\* Pacifica, modesta, bonis consentiens, plena misericordia. c. 3.

Verum idem Apostolus nobis de alia sapientia longè diversa ~~id est~~ loquitur; sapientia quam terrestrem, animalem, diabolicam nuncupat. Terrestrem quia carnalia appetit; diabolicam, quia hyperbia et invidia animatur. Ex his agnoscite tres temerariorum judiciorum characteres.

¶ quia vilibus commodis studet: animalem

XVIIII.

361.

De proximo nostro male judicamus, quia illum non diligimus; et arbitramur nos in judiciis nostris non falli, quia nos ipsos diligimus, inquit S. Gregorius Papa\*.

\* lib. 5. moral. c. 24. et lib. 14. c. 2. 382.

XIX.

\* Cum malignitas, precipitatio, et propria opinionis amor sint tres judiciorum temerariorum fontes, iis utilia remedia offerri possunt. Malignitati mitemur et occurrimus charitate cor nostrum implendo, et sapienter proclavas aliorum qualitates contemplando, at oculos ab ipsorum defectibus avertendo, et precipitati occurrimus, si longiori temporis mora

\* Nicolius Specim. moral.

res considerare afuascimus, cogitando quod id quod hodie verum est, cras verum futurum sit, et quod sic nihil ob futurum sit, quamvis illius examini diutius immoremur; moderando et cohibendo mentis nostrae impetum, at lingua nostra levitatem in rebus etiamnum evidenter, ut afuascant in rebus dubiis minima precipites esse.

Propria opinionis amori occurrimus, consideratione infirmitatis nostrae, et nostrorum, ab omnibusque communis ali-

» notumque errorum experientia ..... Sed amor proprius omnino  
 » contrarium operatur. Ex nostra mente omnia tameraria  
 » iudicia, ad quae praesumptio nostra nos inducit, daleat, atque  
 » in nobis conservat vivam ideam illorum, quae, quamvis forte  
 » in scriptis tameraria, inopinatio vera fuerint inventa. Cum  
 » gaudis dicimus, hic homo non me decepit, semper illum  
 » talem cognovi qualis erat. Nunquam de illo bonam opi-  
 » nionem habere valui. Et nobis nunquam dicimus: oppi-  
 » do in <sup>tali</sup> tali occasione deceptus fui: talem et talem ha-  
 » buit suspectum de quibusdam defectibus ex spaciabus et con-  
 » jecturis, quas postea falsissimas deprehendi.

## XX.

363.

» Iudicia tameraria difficilius evitamus, quando in nar-  
 » rationibus ea fundamus, quae nobis non nisi signorum loco  
 » esse debent. Dantur certae et incertae; et sunt iis, quas  
 » merito certas iudicamus, stare possumus, ita etiam tame-  
 » rarie iudicamus, quando ex iis, quae certa non sunt, iudicamus.  
 » Porro non solum dantur quaedam narrationes incertae,  
 » sed omnes ferme tales sunt, et ubi res penitus personata-  
 » mur, vix non semper majus vel minus in <sup>iis</sup> reperimus. Saepe  
 » et modica frontis aequitas veritatem in sermonibus, quos  
 » de se mutuo tarent homines, fere semper depravat. Qui sin-  
 » ciores videntur, et in quos cadere non potest mendacii et  
 » imposturae suspicio, nos etiamnum deipiunt, quia ipsimet  
 » primi falluntur.

## XXV.

Dantur qui animadversiones et iudicia sua valut facta  
 ubique admittant, et qui inter ea, quae re ipsa sunt in rebus,  
 quas narrant, et rationationes, quas ex iisdem rebus de-  
 ducunt, non distinguant, ex his omnibus unum idemque  
 historiae corpus efficiunt. Igitur non possumus firmiter riti  
 iis, quae homines narrant; et cum temeritas sit ex incertis  
 signis iudicare, nec non pleraque narrationes huiusmodi  
 sunt generis, sequitur, quod pleraque iudicia in talibus nar-  
 rationibus fundata sint tameraria.

## XXI.

364.

\* Introduit.  
ad vitam de-  
votam c. 28

Iudicia tameraria à variis principiis proveniunt, in-  
 quit S. Franciscus Salerius\*. Dantur, quibus sunt corda ex  
 natura sua aspera, qui amaritudinem suam in discrimi-  
 natione in omnes res effundunt, qui iudicium et justitiam  
 in absinthium mutant, prout ait propheta Amos, non nisi  
 cum dicitate et acerbitate de proximo suo iudicantes. Dantur  
 alii, quos superbia et bona de se ipsis opinio encocant, sibi per-  
 suadentes, quod quò magis alios deprasserint, tantò magis pro-  
 prium suum meritum exaltent. Mentos arrogantes et proci-

es, quae se ipsas perpetuo admirantur, et propria sua aestimationis ideas adeo extollunt, ut caetera valut exigua et obiecta despiciant.

Multi ut se adversus consuetudine sua opprobria justificent, libenter judicant, quod alii aequè imò fortè magis rei sint quam ipsi, quò sibi persuadeant, flagitiosorum numerum peccatorum suorum enormitatem minuere. Sed quot sunt qui ex passione judicant, semper malè sentientes de iis, quos odant, et semper bonè cogitantes de iis, quos diligunt. Quot quorum mentem amulatio, quae cæca et impurus amor est, perturbat, rationemque pervertit? Exevanda amulatio, quae eos ipsos quos diligit, ob simplicem aspectum, verbi alicujus levitatem, suppressivam vim perfidia et adulterii condemnat!

Quænam tot tamerariis judiciis remedia? Ajunt, quod qui *Rethiopica* cujusdam herbae, quam *ophusiam* vocant, succum biberint, sibi imaginantur se ubique serpentes et horrenda obiecta conspiciere, sed qui hausto modico palmae vino sanantur. Quidquid ea de re sit, ii, quos tot passiones turbaverunt et corripuerunt nihil fere vident, quod malum non censeant; solisque charitatis spiritus, cujus palma symbolum est, perversum hunc tot judicia tameraria ferendi prurium rapinere potest. Charitas, quae procul ut malo oberiam procedat, metuit ne illud offendat, atque oculos claudit, ne ad primum rumorem, quem audit, illud videat: charitas, quae ex sancta simplicitate mavult credere esse potius mali umbram, quam malum ipsum.

Si in corde mansuetudinem et charitatem haberatis, omnia vestra judicia essent mansueta et benigna, hanc in rem tria hîc adduco proclara exempla. *Isaac* dixerat *Rebecam* esse sororem suam; et *Abimelech*, cum tenerimas et maxime familiares amicitiae significationes animadvertisset, judicavit illam esse ipsius uxorem. Malignus aliquis oculus judicasset ipsius esse amariam, vel ipsum, si soror esset, indacentes sumere libertates. Pari-ter quando opus aliquod seu facinus plures diversos aspectus habet et facies, tunc eam quae pulchrior est intueamini. *S. Joseph* dubitare non poterat, quin *B. Virgo* gravida esset; sed quia ipsius eminens sanctitas et omnino munda vita ei nota erat, utut vehementer suas sint sua præjudicia, id tamen Deo dijudicandum reliquit, capto duntaxat eam deservendi consilio: atque expressè notat *Evangelista* id eum

ita egisse, ad quod esset vir justus. Salvator cruci affixus, cum crimen eorum, qui illum cruci affixerant, excusare non posset, illius voluit diminuisse malitiam propter eorum ignorantiam, praeclarum exemplum, quo docemur, quod, cum proxi<sup>m</sup> nostri peccatum excusare non possumus, charitatis nostrae sit, illius culpam in ignorantiam vel infirmitatem ipsius rejicere.

Si quidam malignus oculus vidisset Jacob, quando justum putatum oscullatus est Rachel illam honeste solutando, vel si vidisset Rebeccam de manu Eliegar viri in illa regione incogniti suscipientem in auras, et amillas, mala de ambobus his juvenibus puelis, quae exempla castitatis erant, judicasset, sed sine ratione et fundamento. Nam cum actio aliqua est ex se ipsa indifferens, temerarium facinus est, malam ex ea deducere consequentiam, nisi plures circumstantiae omnino convincentem rationem afferant.

Qui conscientiam suam custodire student, à ferendis judiciis temerariis abstant. Praeul ut actiones et mentem proximi sui examinent, se ad se ipsos revocant, ut reformationi et perfectioni vitae suae toti incumbant, velut apes, qui tempore obscuro et nebuloso in sua alvearia se recipiunt, ut ibi mellificent. Animo inutiles, sola sunt, quae vitam aliorum examinant; nisi illas exipiamus, quae ad id tenentur sive in familia aliqua, sive in statu quodam, ut officio fungantur, cujus inspectio et vigilantia non exiguam partem constituent. Tum ergo illud obsant cum charitate et justitia, atque postmodum de ipsis curant.

### Supplementum.

In Scriptis SS. Patrum plura excellentia loca inveniuntur circa temerarium judicium rationisque illud vitandi. S. Augustinus epistola ad suum clarum et populum Hipponeensem, ipsis palam facit ingentes turbas, quas detractiones et temeraria judicia progignunt. Sub praetextu quod privatus aliquis in quadam communitate ecclesiastica aut religiosa culpam admittit, de qua plerumque etiam plena evidentia non habetur, totum corpus vituperamus et condemnamus. an hic in aliis occasionibus agimus? Quando maritata mulier aliqua à suo officio discipit, an omnes sexus sui arguimus? p.

Ad quid aliud sedent isti, et quid aliud captant, nisi ut ce-  
 quisquis Episcopus, vel Claricus vel Monachus, vel Sancti-  
 timonialis ceciderit, omnes tales esse credunt, jaectant, et  
 contumunt, sed non omnes posse manifestari. Et tamen ce-  
 ipsi cum aliqua maritalata vidatur adulterata, non pro-  
 jiciunt uxores suas.... Cum autem de aliquibus, qui sancti-  
 tum nomen profitentur aliquid criminis vel falsi sonu-  
 rit, vel veri patuerit, instant, satagunt, ambiunt, ut ce-  
 de omnibus hoc credatur. Hos ergo de nostris doloribus ce-  
 suavitatem sua mala lingua captant, facila est. Et ce-  
 illis canibus comparamus, qui lingebant vulnera paupe-  
 ris illius, qui ante januam divitis jacebat, et quousque ce-  
 venisset ad requiam sinus Abraham, laboriosa, et indigna ce-  
 omnia tolerabat, ps.

365.

Inveniuntur apud S. Gregorium Papam veri caracte-  
 res judicii temerarii, et apta contra illud remedia. Pri-  
 mum, in lib. 8. Moralium in Job c. 10. Secundum, in lib. 25.  
 c. 14. ubi specialiter demonstrat quanta sit injustitia de  
 Superioribus suis male judicare, 1. quia habent suum judi-  
 cam, qui est Deus. 2. quia peccatum istud, seorsimè pu-  
 nitur. 3. quia peccata ipsius defectus attribuntur, à qui-  
 bus sunt aliani, atque ad solos temerarios opus pertinet ma-  
 num Arca admovere, cujus lapsum inconsideratus gelus in-  
 tempestivè pertinacit.

Apud P. Labata et Buscum inveniuntur quidam pra-  
 stantius hae de re dici potest: Quod judicium temerari-  
 um sit de odionum, quod per illud charitas fraterna leada-  
 tur, quod temerè judicans se frequentibus et periculo-  
 sis erroribus exponat, quod oporteat propria peccata  
 examinare, et non in aliorum inquirere defectus,  
 quod nobis ipsis severi, proximo autem indulgentes esse  
 debeamus; quod sicut de nemine male judicare debe-  
 mus, ita etiam nemini occasionem ullam de nobis ma-  
 le judicandi praebere nos oporteat.

Dominus Nicotius excellentem de hae materia Tracta-  
 tum adidit. In eo demonstrat, in quo consistat injusti-  
 tia temerariorum judiciorum, quod periculosum sit se  
 praecipari permittere, quod peccata judicia temeraria  
 nostra nobis ipsis occultemus; quomodo nobis imitandum.  
 Sit adversus judiciorum nostrorum temeritatem, quod pe-  
 riculosum sit narrationibus, qua illorum sunt causa au-

Salvator  
 crimi  
 inu  
 m  
 tum  
 ius  
 re  
 lat  
 honeste  
 viri  
 am  
 imple  
 amento  
 temerari  
 tionem  
 rationem  
 student  
 ut actione  
 ipsos  
 incumbit  
 in sua  
 inutiles  
 illas  
 aliq  
 car, cuj  
 constituit  
 iustitia  
 m.  
 callentia  
 ratione  
 ad suam  
 facit  
 iudicis  
 in quibus  
 am ad  
 non habet  
 s. autem  
 mulier  
 arguimus

ras probare, quod licitum non sit, sive de vivis sive de mortuis temeraria judicare, in materia principiorum et regularum vitae eis nihil permiosius sit, p.

P. Saint Jura Societatis Jesu lib. 3. De amore et cognitione Jesu Christi Sectione 7. et P. Rodariquez Tract. 4. c. 18, 18, et 19. praclare differunt de natura, causis, et remediis judiciorum temerariorum.

P. Signari in suo Quadragesimali excellentem de hoc argumentum habet sermonem; hujusmodi etiam legi possunt in aliis concionem et piis libris.

## M.

### Matrimonium.

Sanctitas et dignitas Matrimonii;

Propria munera, conditiones ad ea necessariae: pravitates et peccata conjugatorum; fidelitas, amicitia et unio conjugalis: liberorum educatio.

#### Sermo Primus

Vocatus est Jesus et Discipuli ejus ad nuptias, Joan. 2.

Post Dom. 2. post Epiphaniam.

i.

Si merito laudamus sapientem agendi rationem filiarum animarum illarum, quae Jesum Christum ad suas nuptias invitaverunt; non satis possumus admirari obsequentiam et bonitatem Hominis Dei illius, qui sua praesentia illas corroborare ultro voluit.

Cum haec in obsuro Nazareth sacro, ubi triginta annos transegerat, delituisse, tandem in publicum prodire incepit, et vix suscepto de manibus Joannis praecursoris sui Baptismo, finitoque quadraginta dierum jejuniis, ad nuptiarum conventum venit: Vultus hujus rationes laevis: Ecce ea, quas SS. Patres afferunt.

Ad has nuptias venit, ut in debita moderatione et justis vitae sobrietatis limitibus contineret eos, quos laetitia, quae his occasionibus magis licere videntur quam aliis, saepe in intemperantia et crapula excessus conjecerat: Haec est ratio quam affert S. Epiphanius.\*

\* Harasi si.

His nuptiis interfuit, ut ostenderet, Matrimonium a Deo provenire, atque ab ipso institutum fuisse, ut honorificum et sanctum redderet commercium diversi sexus hominum, qui cum sufficientem virtutem non habeant ad vivendum in austerâ continentia, possunt in statu minus perfecto se sanctificare, et eubasia liberos dare. Ita sentit S. Augustinus.

\* Tract. 9. in Joannam.

Tanquam ad has nuptias venit ut beneficia et tenera obsequentia responderet precibus, quibus ut eis assisteret, rogatus fuerat, ut his nonnuptis consolationem daret ipsum ad eorum mentem videndi, et ut etiam eos verecundia lavaret, in quam penuria vini, qui in ipsorum convivio defecerat, illos conjecisset, nisi huius penuria miraculo providisset. Hanc rationem adducunt SS. Cyrillus, et Chrysostomus.

\*S. Cyril. in e. r. Joannis.

Qualescunque dum vobis videantur haec rationes, procul dubio magna moralis christiana principia gravesque regulas continent, quibus ut vos subiciatis, oportet, vos, qui ad matrimonium aspiratis, vel eo ligati jam estis. In hunc effectum considerate, quanam sit dignitas et virtus hujus Sacramenti instituti ad Sanctificationem eorum, qui illud suscipiunt; sed simul animo percipite, quam magnum sit peccatum illorum, qui ex isto Sanctificationis suae medio causam reprobationis et perveritatis faciunt. Dignitas et Sanctitas Matrimonii; indignitas, qua saepe tractatur, et in eo vivitur: Duae graves attentiones, quibus totus hic sermo continetur.

2.

Divisio.

Quomodo dumque consideremus matrimonium, sive quantum ad suum principium et authorem, sive quoad materiam suam et causas suas, sive quoad effectus suos et finem, tot in eo reperimus Sanctitatis et excellentiae suae argumenta.

PARS I MA

3.

Primum matrimonii author, et qui illud instituit est Deus ipse. Ipse etiam Adams conjunxit; ipse illis dixit: crecitate et multiplicamini et replete terram; ipse illis dedit suam sanctam benedictionem, necnon vincula mutuae hujus obligationis formavit, quae sola ipsius manus dissolvere potest.

4.

Sed si Deus est primus jam à mundi exordio matrimonii author, Iesus Christus filius ipsius, qui in temporum plenitudine venit homines Sanctificare, huic conjunctioni, iam ad suam primam institutionem honoratam, novum excellentiam gradum tribuit eam ad dignitatem et Sanctitatem Sacramenti evahenda.

An hac occasione cum Magistro Santantiarum dicimus istud inter Matrimonium et alia Sacramenta discrimen intercedere, quod haec primum instituta fuerint post peccatum aut pro expiatione peccati: cum è contra illius vincula fuerint formata illis beatis momentis, quibus primi parentes nostri gloriosas gratia originalis praerogativas adhuc conservabant?

Ad idem cum Papa innocencio III. quod haec pulchra conjunctio facta fuerit non in terra ingrata et maledicta, sed in loco fecunditatis et deliciarum; non tempore rebellionis creaturarum, sed tempore submissionis et subjectionis earum; non ut tunc his duobus conjunctis daretur remedium et frenum

Sive de...  
terap...  
suis sit...  
3. De...  
iniquis...  
ra, caus...  
excellen...  
obi etiam...  
N.  
matrimonii...  
ras ad ea...  
et peccata...  
omittit...  
huatio...  
as ad nuptias...  
gend ratione...  
christum ad...  
irari obsequ...  
ia presentia...  
locap...  
in publico...  
as, f...  
derum jejun...  
ujus ratione...  
i moderati...  
ret eo, quod...  
entur quon...  
as conjunctio...  
et, Matrim...  
iffe, al...  
ari seu...  
beant ad...  
tu minus...  
ta hanc...

eorum concupiscentia, sed mutuum auxilium et suaves ipsorum Societati consolationes?

Cum his omnibus prerogativis et commodis nihilominus fateamur, quod quamvis matrimonium jam à prima mundi aetate institutum fuerit, à solo tamen Jesu Christo speciales gratias illas accepit, quas huic novae legis Sacramento assignavit. Ipse illius est author, paranymphus, consecrator, inquit SS. Patres; et quemadmodum Sanctificationis speciem reliquit aquis Jordanis, in quo baptizatus fuit, variis transitibus sui locis, ubi innumera prodigia patravit, somibus, ad quas divertit, et in quibus cibatus fuit, tarra, in qua sepultus fuit: Sic etiam honorare et Sanctificare voluit nuptias, ad quas invitatus fuit, et ubi primum suorum miraculorum suorum operatus est.

Nimis parum dico: Ipse Jesus Christus novum excellentiae gradum matrimonio dedit, illud ad dignitatem Sacramenti elevando, quod propterea S. Paulus magnum in Jesu Christo et Ecclesia nuncupat. Sacramentum, quod in carnali conjunctione est anima canalis et fons gratiarum, et in Sanctam unionem transire facit, quod non nisi obligatio civilis erat: Sacramentum ad Statum felicitatem, Societatis suavitatem, vitae moralis et christianae beatitudinem confert, non solum fecunditate, cujus liberi sunt fructus, aut castitate conjugali, cujus fidelitas est vinculum: sed in super singularibus gratiis, quae ei sunt obligatae, et quas ii ac accipiunt, qui se indignos non efficiunt. Non tantum fecunditas, cujus fructus in prole est; nec tantum pudicitia cujus vinculum est fides, sed etiam nuptiarum Sacramentum. Sunt verba S. Augustini\*.

\* Lib. de nupt.  
et consupt.  
c. 10.

5.

Fortè ipsius materia quidpiam de sua excellentia divini-  
mest: sed an non è contra illius pretium in aliquo sensu  
extollet? Materia Baptismi est aqua, materia Ordinis  
est traditio hostiae super patenam, aqua et vini in calice:  
sed materia Sacramenti matrimonii est materia anima-  
ta et sensitiva, namque corpus viri et mulieris, qui se con-  
sensu et acceptatione mutuâ obligant. Mulier velut  
altaram se ipsam intuetur virum, qui ipsi extraneus  
erat; et vir accipiens in uxorem eam, quae nihil ipsum at-  
tingebat, illi in corpus suum potestatem tradit, quam non  
haberat nec licitè habere possat, nisi mutuo se ipsos sibi  
ipsis traderant.

6.

Quid modo dicam de effectibus matrimonii, quando  
conjugati cum, quem oportet, animi affectum ad illud affe-

rent? Horum effectuum primus est augmentum gratiae  
~~actus~~ Sanctificantis et habituum Supernaturalium,  
 qui jam sunt in anima sive à prima in Baptismo infusione;  
 si innocentiam conservarunt, sive à reparatione amissa  
 hujus gratiae, et per Sacramentum poenitentiae recupera-  
 ta.

Secundus est infusio certarum gratiarum actualium  
 vita, quam conjugati ad se in suo statu Sanctificandum Inve-  
 re debent, accommodatarum. In Baptismo sunt gratiae ac-  
 tuales et operantes, quae baptizato fidei et salutis abre-  
 nunciationis Spiritum tribuunt. In Confirmatione sunt  
 nova gratia, quae Sacramentum istud suscipientibus Spi-  
 ritum magnanimitatis tribuunt ad dimicandum contra  
 fidei sua hostes. In Extrema Unctione, sunt aliae gra-  
 tia, quae morientibus tribuunt, unde mortis terroribus et  
 ultimis Daemonis conatibus resistant: et in Matrimonio  
 sunt gratia specialis, quae viro et mulieri Spiritum unis-  
 nis et concordiae ad se mutuo amandum; patientiae et man-  
 suetudinis ad tranquille tolerandos defectus et mora-  
 lam indolem suam; castitatis; ad manendum intra sui  
 officii limites; sollicitudinis et providentiae, ut familiae  
 suae necessitatibus invigilent; religionis et pietatis, ad  
 se in suo statu Sanctificandum prolesque suas in timore  
 Dei educandum tribuit; sunt denique gratiae, quae, pro-  
 ut loquuntur Patres Concilii Tridentini, purificant,  
 perficiunt et consummant, amorem naturalem, qui  
 extra Sacramentum non esset, nisi amor libidinosis et  
 impurus.

Ex his omnibus circumstantiis concludere potestis, quod 7.  
 finis hujus Sacramenti sit ut conjugati in vita conjugali  
 quam amplexi sunt, se Sanctificent, ut nobili ~~conjugio~~  
 et amulatione Deum diligere etque servire studeant,  
 se una eademque mentis et cordis unione incitent ad  
 proximam virtutum statui suo convenientium, ut salutis  
 negotium intuantur velut commune, cui utroque con-  
 jugatus operam navare tentent; uxores se maritis suis  
 subiiciendo velut Christo Domino, et quemadmodum Eccle-  
 sia se sibi subiecit; viri diligendo uxores suas, sicut  
 Christus Ecclesiam dilexit. multum dico; sed sufficit \*Ephes. 5.  
 mihi id vobis significare.

8

Mulieres Christianae, quae in matrimonio vos sanctificare cupitis, esse ad id medium. Subdita estote viris vestris, non sicut Servi sunt Subditi Dominis suis; haec enim est Servilis Submissio, quae plerumque non nisi propter emolumentum praebatur; vestra non est huius characteris: non sicut Subditi Principibus suis sunt Subditi, nam mariti vestri huiusmodi auctoritatem respectu vestri non habent, haecque Subditiis saepe non est nisi externa et coacta. Ipsis Subdita sitis sicut Domino nostro, nihil in hac Submissio-  
ne nisi pro vobis gloriarum invenitur, sed etiam nihil est, quod illius necessitatem vobis non significat.

Ne dicatis, Daum pariter viro et mulieri dixisse: Domini namini piscibus maris, et volatilibus caeli: ut sic in vestris familiis tantam auctoritatem, quantum vir in iis habere potest, vobis arrogare valeatis. Id enim vobis in statu innocentiae profuisset, sed postquam illam amisistis, recordemini, quod Deus, qui videbatur vos in ejusdem potestatis Societatem adduxisse, vobis in particulari dicit: Sub viri potestate eris, et ipse Dominabitur tui.

Sub potestate ipsius eris. Non dicit, quod Subjectionem illam, quam vestris maritis debetis, ipsis per domesticos vestros exhibere possitis et in rebus, quae vobis indifferentes videbuntur. Non dicit, quod Dominarum auctoritas, quam in domibus vestris tenetis, ingentes facultates, et nobilitates, quas attulistis, vos hac Subjectione eximant. Etsi nobilissima essetis, etsi pulcherrima latifundia atque maximas redditus possideretis; tamen sunt mariti vestri, oportet, ut ipsis subdita sitis sicut Domino, sicut Eularia Christo. Con-

\* Ephes. 5.

sequanter subdita cum amore sine coactione, cum prope-  
sione sine hypocrisis, cum patientia sine murmuratione.

9.

Haec conditiones durae sunt, ait: sed his vult Deus vos salvas fieri. Sunt durae; sed quibus? nampe vobis mulieribus imperiosis, arrogantibus, morosis, iracundis, quae in familiis vestris omnia turbatis. Sunt durae, sed quare? quia ferre non potestis, ut vel in minimo vobis contradicatur, nec in fatuis sumptibus vestris, nec in vestris luxibus et ornamentibus, nec in Societatibus, quas contrahitis, nec in mandatis vestris, nec in molli et otiosa vita illa, quae gravissima munera vos negligere facit. Sunt durae, inquit: sed si serviis ut parpenderitis, haec Subditiis vobis est honorifica,

enimvero quibus estis subditi? maritis, quibus Apostolus mandat, non ut vos sicut mancipia habeant, atque morosam indolem suam vos devorare faciant, sed ut vos diligant sicut Christus ipsemet Ecclesiam dilexit.

Viri mentem vestram applicate ad dismissionem tam gravis vanitatis. Diligite uxores vestras, non prociis vel quia natalibus clarae sunt, hoc enim esset vanitas; vel quia formosa, id voluptas foret, vel quia divites, id enim pecuniam aviditatem redoleret: Diligite illas, quatenus nec novum avaritatem redoleret: Diligite illas, quatenus nec divites essent. Ecclesia his prerogativis non carebat, et tamen Christus illam dilexit, Christus se pro ipsa tradidit, et mortuus est.

Viri diligite uxores vestras, non ex habitu et levitate, sed ex animi affectione et officio. Ne in quibusdam occasionibus magnam obsequentiam et admirationem ipsis significatis, in aliis vero magnam indifferentiam aut contemptum. Ne sitis erga eas affecti secundum varios vitae eventus: hodie quia consilia, quae ceperatis ad vota huc spectant; cras quia robur vestris perturbatis abata est; hodie quia civilis et honestus ipsarum agendi modus vos demulset; cras quia fastidiosa et superba ipsarum indoles, vel duriusculum verbum vos offendit. Diligite ipsas ex ratione et tali, quae semper sit eadem, quin prosperitas et gloria vos offerant, vel adversitas et afflictio vos deiciant.

Viri diligite uxores vestras; et quia vobis tam excellens proponitur exemplar scilicet amor Jesu Christi erga Ecclesiam, diligite illas amore commiserationis et tenacitatis. Curate infirmitates et defectus ipsarum, opitulamini illis in suis existatibus, consolemini illas in suis afflictionibus, partiamini cum ipsis bonam et malam fortunam.

Diligite illas amore generoso et à propriis commodis alieno, ubi agrotaverint omnia possibilia beneficia ipsis praestate; malis obsequiis et sincera affectionis testificationibus ipsis palam facite, quod ipsas, non ipsarum bona, estimetis, quod ex reverentia erga Sacramentum, quo ipsis obstricti estis, et non curvationibus politiciis vel mercenaria amicitia illas diligatis. O, si haec subditio ex una parte, et ex altera amor in familiis reperirentur, quam felices essent secundum mundum, quam honorabiles et sanctae in oculis Dei! Sed non sine dolore magno id affari possumus, quantum sanctitatis, dignitatis, excellentiae habet matrimonium, quando tam sanctis legibus se conjugati subiciunt, tantum indignitatis et ignorantiae perfert, quando ipsas violant. Hoc ultima partis meae argumentum est, attendite animum.

Part 2<sup>a</sup>.  
ii.

In omnibus duntaxat fructibus vermas accuntur, in agro  
scilicet, in pater familias bonum semon seminavit, <sup>in quo</sup> inimicus  
homo superseminavit zizania sua, in medio suavissimarum  
societatum, et quae probabiliter deberent esse tranquillissima  
et felicissima, Daemon et passiones terribiles excitant pro-  
cellas, atque insolentia ponunt saluti obstacula.

Ubique audiuntur querimoniae de turbis quae in plerisque  
conjugiis excitantur, de contradictionibus et poenis, quas conjuga-  
ti tolerant, de discordiis, jurgiis, antipathiis, divortii, talis  
domesticiis, aut aliis adventitius infortunis, quae illorum quietem  
perturbant. Saepa audiuntur viri et mulieres conqueri, quod in  
eo statu quo res eorum sunt, ipsis penè impossibile sit Christia-  
ni muneribus satisfacere et salutem consequi; sed an hujus mali  
causas norunt, valius remedium afferre conantur?

12.

Si ea examinemus, quae S. Scriptura et SS. Patres desuper lo-  
quuntur, inveniemus, quod magna horum infortuniorum cau-  
sa sit indignitas quae istud adeò sanctum et adeò gratius forem-  
dum matrimonii Sacramentum tractatur: Indignitas in eo,  
quod illud praesedit; illud ingredimur, quin Deum invocemus,  
atque ab illo quaedam voluntatis suae signa postulemus: indigni-  
tas in eo, quod illud comitatur; in illo vivitur, cum continua  
legum divinarum praevaricatione castarumque regularum, à  
quarum observatione vita tranquillitas et oeconomia salu-  
tis pendet.

13.

Si verum est, quod qualemunque statum Christianus acci-  
piat, primum illius munus sit Dei voluntatem consulere,  
certum est, quod ex rationibus omnino specialibus haec obliga-  
tio absolute necessaria evadat iis qui matrimonium cogitant.  
Pericula errandi sunt in illo frequentiora; ergo sapientiori-  
bus praecautioibus sunt praevenienda. Lapsus qui in eo fiunt,  
majoris sunt momenti; conandum ergo ut devitentur. Onera  
in eo sunt graviora; ergo vires metiri oportet, num illis feren-  
dis parati sint.

Quomodo igitur eos, qui matrimonium cogitant, negotium  
istud aggredi oportet? an propensionem suam sequentur? sed  
haec nimis iniquus dux est. An bonam intentionem quam  
habere videntur? sed saepe se alios esse putant, quam re ipsa  
sunt. An parentes suos consulent? haec est via minis errori  
obnoxia; sed si bona dare possunt, non tamen <sup>semper</sup> possunt dare  
uxorem prudentem et probam. An ab amicis consilium expe-  
tent? sed saepe sunt coeci qui coecis ducatum praestant, et om-  
nes confusi in praecipitium cadunt.

Deus Abraham, Isaac, et Jacob, tu consulendus es. A te  
sa sapientia documenta accipere debent, sine quibus sem-  
per erunt infelices. Tuum est indicare viam, per quam

ambulent: quævis alia à tuâ Separata non nisi ad perditionem et mortem ducit. Ad eundem terminum omnes homines tendunt; sed non eadem semita ad eum ducunt.

Dantur gratia virginitatis et fecunditatis, dantur pro iis qui austeram servant continentiam, et dantur pro iis quibus matrimonium innocentem libertatem tribuit. At verò hæc gratia non sunt indiscriminatim pro quibuslibet; non conceduntur nisi ex voluntatis Divinae arbitrio, et secundum ordinem, quem ipsius providentia constituit, inquit S. Cyrillus.

An in electione, qua vobis facienda est, illum consulitis? an ipsum ad vestrum matrimonium vocatis? an illum rogatis, ut in via tam difficili, in qua tot mille alii perierunt pereant, dux vester esse dignetur? Si ita, tum sperare potestis, quod vos sub sua tutela assumpturus sit, quod vobis designaturus sit eam, quam vobis destinavit, atque ad vestras nuptias invitatus, cum adesse non designaturus sit. Sed si mentis vestrae et cordis aberrationibus vos permisistis, vel duntaxat contenti ab ipso generatim signum aliquod voluntatis suæ expectare, vestram facere, necnon passioni vestrae vos temerè tradere statueritis, tum vos deserat, et gratia illa, quas accepistis, si in ordine et debita subiectione permansistis, vobis denegabuntur.

Non audivit populus meus vocem meam, ait Deus, et \* Psal. 80.  
Israël non intendit michi. Et dimisi eos secundum desideria  
cordis eorum. Cogitationum suarum aberrationes secuti sunt, ipsumque electum ab ipsis locum occupaverunt, modo se in eo teneantur. Illas quas maluerunt, amplexi sunt partes; modo sibi sollicitatem et quietem quas quaerunt, conciliant.

Hæc fatua fuit Samsonis agendi ratio, et causa sui infortunii. A patre suo Dalilam in uxorem petiit: sed ut? forte quia pudica erat et liberaliter educata? forte quia eundem ac ipse, Deum colebat, necnon se cum ipsa sanctificare poterat? Non, sed quia plauerat oculis ipsius, inquit sacer Tentus\*, idololatra nomine, alienigena nomine, perfidiane, plauerat ipsi, id sufficiebat. Quia ipsam vult, habebit eam, sed ipsum prodet, ipsum inimicis suis tradet, ipsum perdet: oculis illius plauerat, et ipsa ei suos effodi curabit. Tot superaverant in sua gente et tribu alia filia, cum eorum aliquam non eligebat? Non ignorabat se omnino tunc huius occasione, exemplo sanctorum Patriarcharum illorum, qui ipsum prosequerant, ad Deum confugere; sed passio

\* Quia plauit oculis meis. Judic. 14.

patris ipsius cum oboccurerat, sed sua inobedientia severas dabit poenas.

15.

Verum solus non est, qui ita se gerit. Aliqui non in bona quaerunt, alii honorem, fere omnes voluptatem. Hinc etiam quia parum sunt solliciti Deum consulere, ab ipso nec gratias internas, nec hanc consolationes externas et sensibiles, quas acciperent, si illum adirent ad eligendum vitae genus, quod ipsis conveniat, recipiunt.

Quella haec pulchritudine, festivitate, et obsequentia sua demulset: Sed an pro solo marito suo pulchra, festiva, et obsequens erit? An non novimus maritos quibus solis pulchritudo uxorum suarum caro venit, qua gratis fruuntur illi, quos ipsae deperiunt. An non cor ipsarum magis adhuc fuerat quam vultus, maritis interdum novas sollicitudines et mentis rationes praebet? an non in illis Salulas et domesticos hostes reperimus?

O, si illi et illae qui matrimonium cogitant exemplum Isaac et Rebecca imitarentur, quam felices forent! Nec bonorum amor, nec voluptatis illecebra, nec illustri cognationis illicium Isaac induxerunt, patris sui voluntatem duntaxat secutus fuit, et pater ipsius non aliam nisi dei voluntatem habebat, in quo modestam hanc fiduciam semper collocaverat, quod filius suo eam daturus esset, quam ipse destinaverat.

Locutus est mihi, et juravit mihi dicens: Seminitus dabo terram hanc: quae mittet angelum tuum coram te. Gen. 28.

Egredius fuerat ad meditandum in agro inclinata jam die. Genes. 28.

Ad adorandum in agro. Versio chaldaica

Conspicit Isaac descendit de camelo... Dixit ei: ipse est Dominus meus; et illa tollens cito palium operuit se. Ibid.

Ipsa S. Scriptura memorat, et peritus quidam Interpret ait, Isaac tam firmiter credidisse, se de manu Domini uxorem suam accepturum, ut sub vesperam tabernaculo suo occupatus fuerit, Deumque oraverit, cum à longè vidit patris sui procuratorem, qui ipsi sponsam adducebat.

Præclarum exemplum, quod sequi deberent ii et ea qui ad matrimonium aspirant. Sed ah! quam pauci dantur Isaac! quam pauci Rebecca! Sponsus meditabatur et orabat; sponsa ducem suum sincerè sequebatur, et quamprimum Eliezer ipsi dixisset, hic est Dominus meus, de camelo quo ferebatur descendit, atque priusquam ad illam propius accederet, faciam suam operuit. Quam pauci dantur Isaac; quam pauci Rebecca! Quanta indignitate, qui matrimonium inire volunt se ad illud accingunt!

Indignitas quae matrimonium postquam contractum est, tractatur, aequè magna est ac conjugatis funesta. Quid super hac secunda consideratione vobis dicam? Quam ampla peccatorum et malorum materia se menti meae offert!

Aliquibus sunt metus et dira inquietudines ac minimas libertates, quas mulier fortè casta sibi tribuit, et quas Zelotypus maritus ferre non potest. Tristis anxietas quam saepe manifestare non audeat, ipsum excruciat et devorat. Sive in lectum eat, sive à lecto surgat, sive ambulat, sive quiescat; Zelotypia sua ipsum ubique insecatur. Est febris haec, quae altas in animam ipsius radices agens, illius temperationem perturbat, et gaudium exhaurit. Cum hac Zelotypia somnium se confert, et vix modicam quietem cepit, et statim ab illa expargitur. Optimis amicis suis diffidit, suavissima oblectationes ipsum fatigant, gratissima contubernia ipsi sunt oneri; Infelix varietate suppliciorum, quibus se tradit; fons et origo miseriarum mulierum illi, quae cum suspicionum ipsius objectum sit, tristitia ipsius poenam, ut ut innocens sit, portat.

Aliis sunt indecentes libertates, familiaritates suspectae, commercia castitate conjugali indigna: Fortè ad extrema non deveniunt, at quam mutui congressus illi et diversi sexus permixtio sunt timendi!

Bonum est, inquit Apostolus, virum mulierem non tangere; id est, prout explicat S. Hieronymus\*, quòd attactus alienae mulieris ipsi prohibita sit, atque velut mitis vulni speciosus sit, si flagitiosus non sit. Quòd mithra et Erictonius de terra solo libidinis actu generati fuerint, haec una è Poëtarum fabulis est; sed quòd sexus alterius diversitatem sentiens, concitatur et inflammatur, haec nimisquam realis veritas est, et nimisquam funestis exemplis confirmata.

17.  
\* advocatus Jo-  
vinianum

An pro nihilo habendas putant malas cogitationes, aspectus turpes, et desideria inhonesta? et an ignorant Christum dixisse, quòd, qui viderit mulierem ad concupiscendam eam, jam in corde suo moechatus sit eam? Cur alienam venustam mulierem diligitis? inquit S. Joannes Chrysostomus, cur tanta curiositate examinatis vultum, qui ad vos non pertinet? Ea quam vobis Deus dedit, sitis

\* 1. Cor. 7.

contenti, et gratias illi agite, \* quod ad evitandam fornicationem, voluerit, ut unusquisque vir uxorem suam habeat, et unaquaeque mulier suum virum.

18.

Per vos mihi liceat silere de aliis indignitatibus, quibus Sanctitas Sacramenti profanatur. Dixite solum idque non nisi cum tremore cogitate, quod Daemon velut perquisitum habeat in eos, qui matrimonium ineunt ex rationibus ita ad voluptatam comparatis, ut à sua mente Deum removeant, atque non nisi libidini suae satisfacere studeant. \* Qui conjugium ita suscipiunt, ut Deum à se et mente sua excludant, et libidini suae vacent, habet potestatem Daemonium super eos.

\* Job. 5.

\* Sulpitius  
Saverius de B.  
Martino.

Memento te quid olim Sanctus quidam vir \* Dixit, quod si matrimonium institutum sit propter spem propagationem, et in gratiam illorum, qui se continere non possunt, itaque horribilia supplicia sibi accersant, qui coris concupiscentia sua furori se permittunt; gloria corona is sit promissa, qui se in suo statu sanctificaverint, et qui totius Sanctitatis Deum usque in corpora sua detulerint. Hanc coronam vobis exopto.

### Matrimonium.

Sanctitas et dignitas matrimonii. Educatio liberorum.

### Sermo Secundus.

Ego sum Pastor bonus. Joan. 10.

pro Dom. 2. post  
Pascha.

19.

Cum Jesus Christus unicus Patris aeterni filius de coelo in terram descendisset, non solum ut homines salvaret, sed etiam ut in variis, quos amplectuntur statibus Sanctitatis regulas pararet; mirum videri non debet, quod in Evangelio omnia nomina et omnes qualitates huius magno consilio proprias sumserit.

Homines erant agroti, et illos sanare venit; erant mancipia, et ipsos à servitute liberavit; persecutionem patiebantur, et fuit ipsorum asyllum et fortitudo. Si in errore, deviatione, morte vivebant; se veritatem, viam, vitam nuncupavit. Si sub gravibus oneribus et operosis laboribus gamebant, ipsis dixit ut ad eum venissent, seque illos exoneraturum. Si à recta via remoti velut errantes oves hostium suorum furori exponerentur, factus est ipsorum Dux, Defensor, Pastor: Ego sum Pastor bonus.

Et profecto qualis Pastor! Pastor ob Personam suam dignitatem et officii sui excellentiam meriti infiniti: Pastor ob curam quam gerit suorum ovium quas cognoscit, et quae ipsum cognoscunt, quas vocat, et quae ipsum sequuntur, in fracta vigilantia: Pastor Specialis omnino bonitatis et tenacitudo ob generositatem quae animam suam ponit pro ipsis, multum differens ab illis mercenariis Pastoribus, qui unice rebus suis occupati, in necessitate oves suas deserunt, et ignaviter fugiunt.

Si Sacris Ministris quibus animarum Salus est concredita, dicere mus, ipsos exemplum huius boni et Summi Pastoris sequi oportere, id consilium foret, quod vires nostras excedere videtur.

Verum, quando parentibus, quos Deus tanquam familiarum suarum pastores constituit, dicimus, quod ab illo regulas bene regendis familiis suis absolute necessarias sumere debeant, Moralibus argumentum suscipimus, ex quo innumerari magnos fructus colligere valebunt.

Memineatis igitur vos, qui matrimonii obstricti estis, quod si providentia vobis liberos dedit, id ideo factum sit, ut respectu ipsorum boni pastores sitis, atque omnia munera obtatis, quae patris qualitas vobis injungit.

Proprie loquendo, non nisi unicum patrem omnes habemus, unus est pater vester, et ab hoc unico patre, a quo provenit omnis paternitas in coelo et in terra, exemplum sumere debetis, si in vestro statu sancti esse volitis; ex quo omnis paternitas in coelis et in terra nominatur; haec Ius verba, coelum et terra satis naturaliter me ad propositum meum ducunt. Inimvero si iuxta Apostoli verba Deus est principium et caput totius magna familia huius, quae in coelis est et super terram, inde concludo, quidpiam coeleste, et quidpiam terrenum parentibus pro liberis suis esse curandum. Ipsos pietate informare et pro coelo educare, in coelis, an primum illorum munus. Fortunam ipsorum temporalem curare, et in eos quantum ad terrana omnia possibilis officia conferre, in terra; an secundum illorum munus, totumque huius Sermonis argumentum.

Habere liberos, et ipsorum educationem negligere, suscipere patris qualitatem, nec in timore Domini illos et illas educare velle, quorum et quarum gubernatio ipsi incumbit; servidare caput familiae, et arbitrari, quod inventus sibi ipsi relicta sine aliena vigilantia eam viam instituta sit, quam

20.

Divisio

pars i<sup>ma</sup>.

21.

tenere debet, ut in viis salutis ambulet: idem est ac dicere, quod navis possit in medio Scopulorum et procellae felicem navigationis cursum tenere sine navarcho, qui eam regat, quod terra sentibus et spinis plena optimum frumentum producere valeat, quin aretur et conseratur; quod homo in incognita regione, et inter profunda noctis tenebras ad terminum quem sibi proposuit pervenire possit sine duce, qui illum praecedat rectamque viam ipsi monstrat.

Nullus est Status, qui magis gubernatione ac auxilio indigeat ac juventus. Sive defectus experientiae, sive furor sanguinis et impetus passionum, sive inconstantia animi et difficultas eligendi quid agendum sit, sive proclivitas ad sequendum mala exempla potius quam ad imitandum bona; omnia conferunt ad ipsam à recto tramite abducendam et perdendam. Quid non audebit haec indoctilis juventus, et quamnam insistet viam? tam parum scitur, ut ipsemet sapiens ingenue fateatur, id esse mysterium quod comprehendere non possit.

\* Prov. 30.

22.

Tria sunt mihi difficilia, ac quartum penitus ignoro. viam aquiliae in caelo, viam colubri super terram, viam navis in medio mari, et viam viri in adolescentia.

Tria mihi videntur difficilia, aiebat vir alius adeo eruditus et perspicax: via quam tenuit aquila, quando aërem fidit; via colubri inter compressos lapides; via, quam navis in medio maris posita post se relinquit: haec sunt pro me tot aenigmata, ea, qui potest, mihi explicat. Sed quartum mihi adhuc difficilius videtur, fateorque me illud absolute ignorare: scilicet quamnam viam teneat homo in adolescentia sua: quid de illo dici, quid cogitari potest in hoc statu? Quartum penitus ignoro, viam viri in adolescentia sua.

\* lib. 3. common-tar.

Haec omnia sermo perpendite, inquit S. Hieronymus\*. Juvenis in vehementia passionum suarum habet omnem aquila rapiditatem et impetum; in varietate desideriorum, et in inconstantia propensionum suarum habet omnes serpentis sinus et plicaturas; in variis, quae ipsum dividunt, cogitationibus, et obsectorum in quae fertur, multiplicitate omnem habet motum navis à ventis et tempestate agitata. In tam molesto statu positus, quomodo seipsum reget sine magistris et ducebus, qui huius aquila volatum dirigant, qui huic serpenti viam, quam in sistere debet, ostendant, qui hanc navem inter procellas et Scopulos feliciter ducant?

23

Vos Parentes, vestrum est haec ipsis officia praestare, vestrum est ipsos prima Religionis suae elementa docere,

et in timore Dei educare; vestrum est ipsorum moribus invigilare, atque ad munera sua ipsos instaurare; vestrum est ab ipsis ea omnia removere, quae ipsos corrumpere et perdere possunt, in ipsorum animabus pietatis et virtutis semina spargere, quorum fructus ad beatam aeternitatem maturascant. Quis enim haec omnia munera in se suscipiet, nisi vos qui primi illorum magistri et tutelares angeli estis? nisi vos, qui, prout loquitur S. Augustinus, estis pastores exigui gregis, et illius Eulæriae, quam S. Paulus domesticam vocat\*.

\* 1. Cor. 16.  
Salutat vos  
Aquila et Priscilla cum Domestica Eulæria sua.

24.

2

Tres graves rationes ad id vos obligant: vestra electio à Deo facta ad sandam liberis vestris christianam et sanctam educationem; haec est prima. Consolationes et auxilia, quae merito expectare potestis ex sollicitudine quam in iis educandis adhibueritis; haec est secunda. Commodum publicum et bonum generale tam Eulæriae, quam Status, cuius pars estis; haec est tertia.

Primo Reges regnant et legum conditores, iuxta docemur, p.

Dico electionem vestram, quam Deus facit. Omnis potestas et omnis paternitas ab ipso provenit. Si Reges regnant, tunc per ipsum; si Principes imperant, et leges sanciunt, ab ipso hanc potestatem accipiunt; si Judices justitiam administrant, tunc id sub ipsius mandato faciunt; si parentes, herique sunt capita familiae sua, tunc ipsi auctoritatem suam debent. Omnis potestas à Deo est.

Sed cur et ad quem finem haec distinctionis et potestatis signa dedit? an ut superbiam ipsorum demulceret, aut in molli inertia eos relinqueret? an ut palam fieret, ipsos liberos procreasse, atque sufficere, quod ipsis vitam dederint. Videtis, Auditores, hoc non modo religioni, sed etiam rectae rationi repugnare. Ipsos constituit tanquam vicarios suos et legatos, inquit S. Joannes Chrysostomus, velut personas publicas, apud quos proponit quidquid charius habet, animas nempe et salutem liberorum, velut tutores et custodes eorum, quos Christus Dominus filius suus redemit et salvavit.

Protector Salvationum Christi sui.

Gloriosum officium à Deo saligi et substitui loco primi omnium parentum et Dominorum, facere quod faciebat Divinus ille Salvator, cui volupe erat esse cum parvulis, qui ipsos proponebat tanquam exempla humi-

litatis et simplicitatis christiana, qui dicebat melius fore suspensa ad coelum molâ afinariâ in mare demergi, quam ipsis prava dare exempla, qui illos tenerè diligebat, nec ferre poterat, ut ad se venire prohiberentur: Sinite parvulos venire ad me.

Sed officium grave, et quod molestissima munera imponit iis omnibus, qui familiam gubernandam habent. Non sufficit liberos procreare, sed valè maximè refert, illos probos efficere et ad coelum educare. Non sufficit ipsis dare existentiam, sed valè maximè interest ipsis bonam existentiam dare, inquit S. Augustinus; ipsos proinde docere Deum timere, ipsiusque sancta praecepta servare, cum justa Sapientiam\*, in hoc totus homo consistat: hoc est omnis homo.

\* Culi 12.

Libris vestris bona coacervare, ipsos aptos reddere ad sustinendam cum honore professionem, quam amplectentur, ipsos liberalium disciplinarum cognitione perpolire, ipsos docere rationes in foro vel magnorum negotiorum administratione excellendi, hoc equidem aliquid hominis est, sed in eo non consistit omnis homo: Haec quidem secundum mundum sunt proclarae qualitates, sed verum Christianum praevisè non constituent; talisque non est, nisi cum Deum timet, ei servit, illum amat, ipsiusque mandata cum summa fidelitate servat. Deum time et mandata eius observa: hoc est animus omnis homo.

25:

At verò ut Deum timeamus, amemus, ipsique serviamus; oportet ut eum cognosciamus, ut verò eum cognosciamus, oportet ut de eo loqui audeverimus, ut bene de eo loquamur, oportet ut manifestantur ipsius voluntates et mysteria: et quia nemo in arte aliqua peritus fieri non potest sine ope magistri qui illius principia ipsi ostendat, atque regulas ampliat, ita minus adhuc quis peritus erit in omnium artium praecipua, qualis est esse perfectus Christianus, nisi in via tam difficili, in qua nos vestigia falli saepe contingit, lucem habeat vigilantem, peritum, fidèlem.

Vos parentes, an ex his comprehenditis obligationem educandi liberos vestros in timore Dei, ipsos per vosmet ipsos vel aliorum ministerio docendi veritates ad salutem ipsorum necessarias? Vanitas filii mei, compellere

ad eum Sapiente debetis, venite, audite me, timorem Do-  
mini docebo vos, vobis ostendam quid facere vos oporteat, ut ipsius oculis grati sitis: Vanitas filii mei charissimi, dum adhuc estis tenera aetatis, venite ex ore nostro colligite, quod Deus ad vestram institutionem nobis inspiravit.

Quot ~~patres~~ patres qui solo nomine sunt Christiani, docent liberos suos funestam artem litasendi, at se evahendi cum dispendio conscientiae suae: Quot matres, quarum mores sunt omnino depravati, filias suas ad vanitatem, ad affectationem amatoriam, ad molitiam informant: Illorum et istarum Instauratur agendirationem, et nos ipsos velut homicidas reputaremus, si eos imitari vellemus. Venite filii audite, vos docebimus veras rationes Deum timendi et ipsi servandi; timorem Domini docebo vos: vobis inspirabimus magnam reverentiam erga Religio- nis veritates et Lulacia definitiones, in cuius sinu vos misericordia ipsius nasci facit. Dicemus vobis quod malemus vos mortuos videre, quam ferre ut vel unicum mortale peccatum committatis, quod unicum vestrum negotium sit salutem vestram operari, omneque aliud ab isto separatum non sit nisi vanitas et mendacium.

En parentes, id quod liberis vestris dicere debetis: Et hoc etiamnum est, quod bene notetis velim, hoc est quod vult Deus, ut ipsis dicatis et eos doceatis pro propria vestra consolatione, quatenus, cum fideliter omnibus vestris muneribus defuncti fueritis, vobis et illis bona sit; ut bona sit tibi, et filiis tuis post te.

Deum nunquam impune offendimus; nunquam etiam sine aliqua mercede ipsi servimus aut serviri curamus. Si quis in sua familia veram quietam invanire, filios obediens et dociles, filiasque modestas et pudicas habere cupiat, magnum arcantum in eo consistit, ut eos mature ad pietatem informet, saepe de Deo ipsis loquatur, ipsis ad pietatem informet, saepe de Deo ipsis loquatur, ipsis ad pietatem inspirat omnium earum rarum, quae ei displicere possunt: Secus foris non count nisi poena et confusions, intus autem perturbationes, inquietudines, moerores, bera.

Parentes immani vultis ut liberi vestri vobis obediant; et ipsos ab obedientia quam Deo debent, avertitis. Vultis ipsos in obrevantia continere, et patimini, ut Deo eam bene-

gent. Frater quod teneantur vos revereri ut ut vitiosi esse possitis; Sed licet, quod Deus scire permittat, ut vos eo modo accipiant, quo vos eum accipitis. Ipsum obliviscimini, et ipsi vos obliviscuntur; ipsum contemnitis, et ipsi vos contemnunt; ipsum auctoritate, quam in vos et liberos vestros habet, spoliatis: vobis illam aufert, quam ab ipsis expectatis, et sic ex una parte vobis debetur, eam ex alia perdetis: Me explicio ope proclari principii quod Richardus à S. Victore mihi subministrat.

27.

Homo subiectus et conjunctus Deo una cum ipso unam eandemque auctoritatem constituit: Sed homo Deo inobediens et rebellis, cum erga ipsum hanc subjectionem non amplius habeat, et ab hac conjunctione se separet, maratur, ut Deus ad se revocet auctoritatem quam ipsi concesserat. Ipsi- us domus debet esse schola virtutis, et est schola vitii: arit domus divisionis et turbationum. Salus liberorum suorum ipsi est demandata, et ad illorum reprobationem operam suam confert: ipsi liberi infelicitatem et confusionem ipsius personalem efficiunt. Tota ipsius cura esse debet illorum nascentes passiones cohibere, sed ipsos modo victimas, modo instrumenta, fere semper testes propriarum suarum passionum reddidit: et Deus ipsum adhuc in hoc mundo punit, permittendo, ut summum contemptum aut indifferentiam erga illum habeant.

Nunc patres dissoluti, blasphemii, ebrii, conqueramini de rebellionem filiorum vestrorum, de damno, quod vobis ad fovendas libidines suas inferunt, de labore quem impenditis ad ipsos in suo officio continendos.

Nunc matres luxu, otio, amatoris blanditiis dedita, gemitis coram Deo, et petitae ab ipso justitiam de immo-destia, inobedientia, confusione, in quam vos conjicit licentiosa et scandalosa filiarum vestrarum vita. Exponite ipsi, quod non obstantibus reprehensionibus et precautionibus vestris, familiam vestram ignominia afficiant, et nihili hominibus se indignam nequitiam jungant: cur minus mala vobis eveniret, quam vos ipsi mereri agatis? respondebit vobis. Ina fronte justitiam implorare audetis, vos quae tam crebro eam mihi denegastis? Quare adeo magnam submissionem ab iis, quae sub vestra sunt potestate, exigentes, vobis licentiam sumisistis nullam erga eum habendi qui omnem vestram potestatem vobis dedit.

Vestra qualitate velut frons utimini ad cohibendam liberorum vestrorum licentiam: consulite legem meam,

adigite illos ad portandum iugum ipsius. Vultis ut nomina patris et matris ipsius profundam inspirant observantiam: dicitis ipsis, quod sim primus illorum pater, et res salutaria, et ~~etiam~~ ~~liberis~~ ~~caris~~, quae Eulera illorum mater ipsis dat monita contemnant. Auctoritate mea muniti, pro iuribus meis stete, et ego vestra tuebor. Volentate mea imbuti, ipsis eam frequenter exponite: et ego dicam eis, ut vos auctulent, diligant, honorent, et se mandatis vestris, quia mea sunt, subiciant. Educate eos pro coelo, et rore coeli persuadeamini: informate eos ad pietatem et virtutem; et inde vobis bene erit aquae ac ipsis: ut bene sit tibi et filiis tuis post te.

Quae modo de particulari familiarum bono, ubi liberi in timore Dei educantur, ablutus sum, haec etiam de bono publico dicere debeo, ad quod etiam patres et matres pro sua parte operam conferunt, quando munera sua fideliter obant.

Matrimonia, inquit itaem S. Joannes Chrysostomus\*, non idè praesè sunt felicia, quia ex eis nascuntur liberi: infinite magis felicia sunt, quando hi liberi Eulera et Statui sunt utiles, quando suavem et sanctam Societatem formant, ex qua Religio et patria quaedam accipiunt comoda.

Hanc ob rem distinguenda nobis cum ipso sunt tres Species providentiae vel consiliorum Dei circa Familias christianas: providentia naturalis nempe, Supernaturalis, et politica. Prima consilium est multiplicatio individuum, et conservatio speciei. Secunda consilium est augmentum numeri electorum, propagatio fidei, honor Religionis, sanctitas familiarum. Denique tertia consilium est, dare principibus subditos, fideles et submissos, urbibus cives, qui in Spiritu unionis et pacis vivant, homines Statui idoneos ad eum fulciendum, illiusque gloriam sustinendam.

Haec tres providentiae Species, quas secundum nostrum conipiendi modum in simplicitate essentiae divina distinguimus magnam inter se habent relationem. Providentia naturalis et politica respiciunt Supernaturalem, et haec consilia aliarum duarum felicia efficit. Vel si vultis, ut me aliter explicem, bona educatio, quam liberis vestris tribuitis, simul ad ipsorum et ad vestram Societatisque civilis felicitatem confert.

Formati ad vitam christianam, sunt bona grana, quae alia produunt, parva scintilla, ex quibus magnus exhibit ignis, pretiosa unguenta, quae bonum Christi iam odorem servant, catena virtutum, quam ordiemini, quae longè admo-

28.

\* Tom. 5. serm. 46.

S. Chrysost.  
Hom. 99. in  
Matth.  
29.

rum propagari, innumerasque animas Deo obstringere potest. Filiae illae, quas secundum regulas modestiae, mansuetudinis, suavitatis, charitatis, humilitatis, pudoris christiani educabitis, alios liberos iuxta eandem regulam educabunt; mariti ipsarum inde sument pietatis exemplum; pax in illarum familia regnabit; Celsaria et Statius sua commoda invenient, propter egregios viros quos accipient, et qui cum honore amplissimis fungi muneribus valebunt.

30.

Quod si omnino contraria agendi ratione ipsorum institutionem negligatis, vel si malis exemplis ipsos à coelo removeatis, cum potius ad illud ducere eos debere, in quantum infelicitatis, confusionis, et turbarum abyssum vos ipsos conjiciatis, qui, ut verbis Prophetae utar, eritis ignominia Domus Domini.

\* Jeri. 22.

Eratis in vestris familiis Adami illi et Eva, quorum perniciosiora exempla erunt sicut tot peccata originalia et hereditaria idonea ad depravandam remotissimam posteritatem; facietis quod Balaam consuluit Balac: Elige, inquit, ad illum, juvenes puellas decoras facie, et praecipue ut ante castra Israëlitarum obambulant, eisque ex urbanitate aras offerant, quae idolis immolatae fuerint: haeratioe statim illos ad fornicationem et idololatricam induces.

\* Num. 25.  
Joseph. lib. 6.  
antiquit. c. 8.

Facietis id, quod fecerunt Jezebel, Achab, Athalia, Roboam; relinquatis post vos liberos, qui statui erunt dadori, qui vagis libidinibus se dedit, qui forte miser peribunt; liberos, qui vos pro moerore tabescere facient, qui vos ad inicitas radigant, et sine intermissione novis pavoribus afficiant; liberos, qui erunt familia vestrae opprobrium, et aeternam maledictionem in vos induant.

31.

Magis piam et magis rationi consentaneam agendi rationem invite, Auditores, Liberi vestri merentur utique ut eorum tantam saltem curam geratis, quantum servorum vestrorum et hereditatum habetis, imò, ut cum S. Joanne Chrysostomo loquar, equorum vestrorum. ubi servorum conducitis, cavetis ut nec ebriosus, nec fur, nec otiosus sit; eadem praecautioe date liberis vestris magistros sapientes et timentes Deum.

Si hereditatum vestrarum pretium augere vultis, eligitis conductores prudentes, sollicitos, fideles, qui artem suam calleant, atque accuratam administrationis suae submissam rationem vobis reddant; Liberi vestri sunt hereditas

adhuc pretiosiores; si ergo totam educationis curam in vos suscipere non potestis, eis data magistros, quorum pietas probique moras vobis noti sint.

Si juvenas equos habetis, vultis ut mature domentur, freno et calceis affuefiant, atque ad singula momenta sint parati: eisdem precautionibus circa liberos vestros utamini, nec unquam patiamini, ut sine freno, sine lege, sine disciplina sint, atque curant quò passionum suarum violentia ipsos abducat, modò ad lusuum academias, modò ad camponas vel loca suspecta.

Eue jam quidem multa, sed nondum omnia cloutus sum; et si id, quod mox additurus sum, minori consideratione dignum visum fuerit, illud tamen negligere non debetis, intelligo huc temporalem liberorum vestrorum fortunam, quibus omnia possibilis officia secundum mundum prestabit.

Animadverto in sacris libris, quòd Deus hominibus utatur ad diversos fines, ac propterea variis nominibus vocentur. Sunt viri potentia et dextera sue: Tales sunt Reges et principes terra, quos auctoritate et fortitudine sua munivit. Sunt alii, qui sunt viri justitia et consilii sui\*. Tales sunt Judices et Magistratus propositi ad cuique jus suum tribuendum. Sunt qui vocantur viri misericordiae\*: et sub preclaro hoc nomine vobis ob oculos ponite benignos homines illos, qui, quemadmodum Deus, super steriles et aridas indigentium terras bona effundunt, quorum depositarios ipsos constituit.

Denique inveniuntur, qui vocantur viri providentiae et voluntatis sue\*: tales sunt patres et matres, qui in suis familiis bonum<sup>Dei</sup> tenentes liberorum suorum non modò spiritualibus sed etiam temporalibus necessitatibus invigilare debent, ipsos alere, ipsos collocare, illorum temporale bonum promoveri, quantum ipsorum conditio, auctoritas, facultates, aequa et honesta industria permittare possunt.

Omnes leges ad hoc munus ipsos impollunt. Lex naturalis. Liberi sunt pars substantia ipsorum, qui eos genuerunt, sunt alii ipsimet: igitur cum nemo propriam suam carnem odio habeat vel despiciat, liberos suos odio persequi, ipsosque

Part 2. Ja.  
37.

Virum dexterae  
viri balatoras  
Jer. 39. et 41.

\* Jer. 17

\* Euli 44.

\* Isaia 46.

33.

desere, sicut in ordine nature quedam monstri alijus species.

Leges civiles. Juxta jus Romanum, pater aliquis velut tigris habebatur et velut indignus, qui honorificas dignitates in Republica possiderat, quando abjecta omni taneritudine liberis suis possibilis auxilia denegabat. Filias tuas nec nuptiis tradere nec dotare vis? Praetor te ex officio ad id adiget\*: et si ex actis viginti quinque annis ex tua negligentia vel avaritia nondum collocatas se prostituerint, nec eas punire nec exheredare valebis.

\* J. de ritu nuptiarum lib. 19.

Nemo tamen arbitretur, me huc excusare velle licentiam et dissolutionem liberorum, absit à me talis error: sed id duntaxat asserere, quod divites parentum, qui illos collocare solent, quando id commode facere possunt, ipsos indignos faciat qualitatis quam gerant, et parte auctoritatis, quam principes ipsis conservarant, si ea probe utantur, privat; et hoc verum est sanctionum ipsorum sensus,

Anthant. Salsi

Novella 118. c. 3.

\* An. 880. c. 9.

\* c. 7.

Lex divina, aequa ac Canonica et Ecclesiastica non minus de hac obligatione loquuntur. Legimus in Concilio Papiensi\* sanctum severam poenitentiam esse injungendam parentibus illis, quorum filia, quia ipsis prospectum non fuerit, tradiderint et prostituerint id, quod ipsis charissimum et pretiosissimum habere debebant.

\* Trade filiam tuam matrimonio, inquit Author libri Ecclesiastici, et grande opus faceris. Trade illam in tempore, ne virginitatem ipsius magnis exponas periculis, ne mutandi statum impatientis mentem tuam, et illius qui illam duxerit, perturbet.

\* Solinus c. 45.

Natura indagatores notant, Dactylos esse cogendos paulò antequàm maturescant, quòd ante maturitatem suam sumti sitim sedant, atque cum voluptate comedantur; sed quando nimis maturi sunt, balbutire et titubare faciunt comedentes, quasi essent ebrii. \* Sitim sedat, si priusquam matruerit, decerpatur; si autem matura sumitur, sensum intercipit, gustum praepedit, linguam retardat, obfusque officii mentis et corporis imitantur ebrietatem. Vos ipsi hujus figura applicationem facite ad avaritatem, quam frequentes experientiae nimis sensibilem efficiunt.

34.

Verum si temporali fortuna liberorum providere oportet, si ex his principis matres illa nimis delicate, et

que non nisi suavem et otiosam vitam diligunt, vel patres illi, qui eos luxu suo, avaritia, incontinentia sua sacrificant, coram oculis Dei sunt flagitiosissimi: an propterea eorum amorem excusabimus plurimum aliorum? ita tam immodicam sollicitudinem quam habent suos liberos quibusunque vis sive iustis sive injustis sursum eveheri, auctoritatem illam et summum imperium, quod in ipsorum mentes sibi arrogant eorundem vocationem deficiendo, et eos adigendo ad electionem, quam nunquam facerent, si pure ab ipsorum voluntate penderet?

Nihil minus quam hoc, Auditores, - Nam si amoris et vigilantiae defectus aliquos reos efficit, anceps amoris et sollicitudinis nunquam a peccato alios excusabit. Illi velut vorax Stentor, quae ova sua super arenam urentem relinquit, liberos suos deserunt, et erga eos invidiantur, quasi ad ipsos non pertinerent; isti velut Stolidissima, quae parvulos suos suffocat eos amplectendo et nimium stringendo, suis inconsultis blanditiis ipsis magis nocent, quam si prudentibus et iustis precautionibus uterentur ad ipsos collocandos.

Huiusmodi parentibus adnumerare illos patres et matres, qui prolatione sollicitudinis et tenentudinis, liberos aliquos quo negligunt et aversantur, coeco et teneo amoris aliorum devotent. Illos amare quidpiam dulce est; aliquos cum majori distinctione amare, est quidpiam in speciem dulcius: verum saepe haec externa tenentudinis testificationes magis nocent quam prosint iis qui illarum sunt objecta, inquit S. Ambrosius\*, praesertim si alii videant se derelinqui et accubi accipi a parentibus, dum aliis adulantur et adblantur, in eo illorum defectus excusant et tolerant.

An ergo parentibus auferenda est libertas certam quandam sequendi propensionem, qua impelluntur ad amandum unum liberum magis quam alterum, sive quia ab eo majora et plura accipiunt obsequia, sive quia donum habet se magis gratum reddendi, sive quia sentiunt in seipso non esse quid suavius et tenerius respectu ipsius. Non, respondet S. Ambrosius; Rebecca magis diligebat Jacob quam Esau, et ipsemet Jacob majori tenentudine ferebatur in Joseph et Benjamin quam in ceteris suis filiis.

Sequitur propensionem vestram in hoc vos patres et matres, sed cavete, inquit, ut moderata sit, et nunquam iustitiae limites transgrediatur. Cavete ne haec amicitiae testificationes eos irritant, quibus eandem denegatis, et inconsultus amor vester sit sternum divisionum, litium, inimiciorum.

Concedatis quasi Stentor in deserto duratur.

\* Lib. de Joseph

tiarum in familiis vestri fomentum. Cavete ne aliquorum conditionem meliorem faciatis in ceterorum præjudicium et ruinam. Si id feceritis vestri Jacob invenient Esau qui illos persequentur, et se vindicare dum vivitis non audentes, mortem vestram expectabunt, tuncque omnia turbabunt.

Si id feceritis, Joseph vestri fiant tristes victimæ indignationis fratrum suorum, qui barbarum ipsos perdendi consilium inibunt. Quis in causa erit? Vos, à quibus se neglectos fuisse, ut omnia aliis traderentur censebunt; vos, qui filias vestras sacrificaveritis, ut ipsarum fratrem promoveretis; vos, qui ut natu majori divitias pararetis, indirectè ea commoda in illum contuleritis, quibus ipsius natu minores ad inicitas redacti fuerunt.

36.

Quid dicam de alia adhuc pravitate, in quam labuntur patres illi et matres illæ, quos inordinatus liberorum amor persequi ad duas graves injustitias impellit? Prima injustitia in inhumanitate, quam habent erga pauperes, quibus necessaria auxilia denegant, sub prætextu, quòd si stipem largirentur, familiam suam ad egestatem redigerent, atque iis, quos genuerunt, facultatem abimerent commode subistandi.

Frater equidem, quòd natura et ratio ipsos impelat ad prospiciendum vitæ et conditioni ipsorum necessariis: verum quousque extendi debent hæc necessaria; et in bonis que cooperantur, an non agemus etiam partem habere debet? Non hæc ipsis dico, quòd nesciant ad quem aliquando pertinebunt divitiæ illæ, pro quarum adeptione tantum opera suscipiunt, et num ipsorum liberi intra exiguum temporis spatium ludis et libidini fatali plurimum annorum, sudorum et vigiliarum suarum fructum non consumunt.

\* Rom. 21.

Vobis patres et matres dixisse sufficiat cum S. Basilio: Quando matrimonium iniistis, atque à Deo liberos postulastis, an ipsi dixistis: Oro te Domine, ut mihi liberos dare velis, ut ipsorum collocatio et fortuna prætextus loci esse possit avaritiæ meæ, atque inhumanitatis meæ causa litæ probationis meæ? An ipsi dixistis: Da mihi liberos, ut sine scrupulo sanctam legem tuam violam in statu, in <sup>quo</sup> si familiam non haberem, opem ferendo iis, quos in miseria carerem, me ad eam servandam obstrictum arbitrarer? An hæc Deum compellastis, quærit S. Basilius, et an non vidatis, quòd præsertim in urgentibus necessitatibus fortuna familia vestra merito vos munere vestro eximere non possit?

Secunda injustitia adhuc magis enormis est quàm prima.

Ita denegant egenis superfluum, quod ad ipsos pertinet; ista vero bona occupant, quae ad ipsos non pertinent. Ita pro suis liberis ea retinent, ex quibus membra Christi auxili-  
tium aliquod accipere debent: ista autem iis, quos spoliant, vel hereditatibus suis expollunt, subsistendi media auferunt.

Aliquid! exclamat hic Salviannus\*, an ergo nemo potest esse pater, quin simul injustus efficiatur; et an liberorum amor inseparabilis est à desiderio augendi bona sua latrocin-  
niis et iniquis exactionibus? Quid ergo! furtum habebitur va-  
let anima et medulla affectus parentum, et hinc parit, nisi avaritia et injustitia ipsum animent? Amor funestus parentibus, qui liberos suos evahunt divitiis injuste partis amor fatalis liberis, qui execranda suavesione peccatorum aequè ac fortunæ, interdum efficiuntur heredes et imitatores insatiabilis illorum cupiditatis, antequam patrimonii, quod ipsis reservant, possessionem adipiscantur!

Diligite liberos vestros, vos qui illos genuistis: Sed illos diligite in Deo, diligite illos propter Deum, diligite illos sicut Deus vult, ut illos diligatis, diligite illos secundum consilium quod circa vos et illos habet. An in Sacra Scriptura, ubi suas voluntates declarat, vobis dicit, ut magnas pec-  
cuniarum summas ipsis coaccervetis graviores etiamnum per flagitia, quae ad eas adipiscendas contulerant, quam proprio pondere?

An vobis dicit ut ipsis magnifica palatia extruatis, quae sua altitudine nubes tangere ac urbibus dominari vi-  
deantur? An vobis dicit, ut ipsis fundos illos relinquantis, qui fermè sine limitibus sunt, quorum redditus et jura alicujus Provincia bona absorbent, fundos illos, quorum possesores vicinos pati non valentes, velut inimicos suos habent illos, qui pro suo infortunio ipsis vicinis sunt vicini.

Leges Dei, addit Salviannus, nunquam pro objeto ha-  
buerunt vos tam viles et saluti adeò perniciosas. Vult equidem ut divitias pro liberis vestris coaccervetis: verum nostisne quoniam divitiae prima curarum vestrarum ob-  
jecta esse debeant? consistunt, inquit infide, aequitate, justitia, modestia, sanctitate, exercitio bonorum operum. Hi sunt thesauri, quos pro vobis et ipsis congerere vos oportet. Ipsos complectamini probam ipsis tribuendo educatio-  
nem, et eos Deum timere docendo. Vos vosmetipsos ditabitis laborando non pro bonis caducis, sed aeternis. Felices quod

\* Ad Ecclesiam  
Catholicam  
lib. 1.

hoc magis Inobtus prosequis muneribus, fungi possitis, illo-  
nampe quod naturalis teneritudo vobis inspirat, et illo  
quod pietas et salutis vestrae desiderium vobis injungit.

Inspirando liberis vestris amorem virtutis, ipsis immor-  
talitatem conciliabitis, et sustinendo per bona opera ves-  
tra laborem, quem ad ipsos collocandos impeditis in bona  
aeterna mutabitis ea, quae fragilia dumtaxat erant et ca-  
ruca. An melius fortuna ipsorum prospicere potestis, quam  
si ipsis bona conciliaveritis, quae nec temporum vicissitudo,  
nec ullius extraneae potentiae violentia ipsis auferre potest  
possunt? et an non verè divites erunt, cum suis virtutibus  
Dei ipsius thesaurus efficiantur? Ita dilecte filii mi, in-  
quiebat olim Tobias ad filium suum, multa bona habebimus  
si timerimus Deum. Filii Sanctorum sumus, et ex-  
pectamus beatam vitam illam, quam promisit iis, qui  
illum diligunt.

### Documenta Moralia.

Sensa Patrum et Theologorum, Authorum vete-  
rum et recentiorum circa Matrimonium:  
vera media se in eo sanctificandi, suavitates,  
et molestias quae in eo inveniuntur: liberorum  
educationem, p. 1.

38.

I.

Matrimonium habet suas difficultates et oneratus;  
sed habet etiam suas consolationes et suavitates: multi  
in eo magna ad salutem obstacula offendunt, et quia ea  
vivere negligunt, se in eo damnant; sed alii in eo ac-  
cipiunt gratias ad se ipsos sanctificandum idoneas, et per  
suam, quam ad illas afferunt fidelitatem in eo se sal-  
vant. Ita aliqui in matrimonio vivunt, ut utilius ipsis  
tam pro sua temporali quiete, quam aeterna salute foret,  
si conjugati non essent: ita verò alii in eo se gerunt, ut  
nullum incommodum sentiant, quin potius omnia sua  
officia fideliter obeuntes praesenti suae quieti et futu-  
rae sollicitati operam navant. Operae pretium erit, ut  
cum fructu tam gravis materia tractetur, illorum et  
horum examinare characterem.

39.

II.

Si dixerimus Matrimonium innumeris utriusque se-  
xus personis esse continuum inquietudinum, laborem,

molestiarum fontem, nihil affirmamus, de quo apud omnes non conveniat. Nimis frequens experientia satis palam facit, in quantum infortuniorum abyssum se praecipitent. Non sunt molestiae occultae, sed patentes et publicae; non sunt aliquot dierum molestiae; non finiunt nisi morte conjugatorum. Non sunt molestiae extraneae, sed sunt supplicia et cruce domestica. Vix ad medium protractae sunt epulae, et jam vinum deficit, et sine miraculo brevi gaudium cessat. Consolationis vinum jam primis plerumque nuptiarum diebus deficit: conjugati non nisi frigidam et amaram aquam bibunt, nec unquam voluptatem at quietem optatam reperiunt, nisi Deus misericordiae suae prodigio opem ferat.

## III.

Qui dicit Matrimonium, dicit vinculum; Julia vel molestum, quo conjugati ligantur. Qui dicit Matrimonium, dicit Servitutem, felicem vel infelicem, fortuito illo se obstringunt conjugati, pro semper se illo obstringunt, se illo obstringunt quin ferè sciant cui. Si uxor est in iram praecipua, superba, desideriosa, amatoris blandimentis dedita, maritus primum postquam eam duxit, illius vitia cognoscit, ad discrimen multarum aliarum rerum, quas prius probamus, et pro quibus pignora nobis dari volumus, ut si fortè decepti fuerimus, eas mutare vel reddere possumus. At quamprimum uxorem ducimus, tum sive bonis sive malis dotibus praedita sit, facta aelectio-  
ne standum est.

Si maritus ipsi totius domus administrationem committit, tum servus illius efficitur. Si tantum partem ei committit, tum ipsa sibi imaginatur quod illi non fidat. Sunt contradictiones perpetuae, quae interdum solo divortio vel morte finiuntur. Si consentit ut in vestes ludos su-  
pervacillam, monilia, magnos sumtus faciat, periculum est ne ad inuitas radigatur: Si haec ei denegetur, odium illius et opprobria sibi accersit. Eas alicui, inquit, quae longe, aliam in mundo agunt personam, quam ego; ipsae aestimantur, et ego despicior.

Si formosa est, difficile est sibi soli conservare id, quod alii amant. Si deformis, molestum est ac triste selectum facisse, qui innumeris aliis displicuisse. Si

maritus ipsius actionibus invigilat, tum illius diffidentiam conqueritur: si casta est, ipsi fit injuria; si non est, inquietudines et suspiciones mariti nihil prosunt; haec inspectio est custos inutilis, et sola illa casta nuncupari potest, cui liberum fuit peccare. Si voluisset, et tamen fidem conjugalem servavit.

Si maritus aegrotat, ipsi interdum magis oneri est, quam solatium et quietem praebet; cum ipsum sinceris amicitiae testificationibus consolari et curare debeat, malum ipsius exacerbat et eum in desperationem agit. Si ipsam decumbit, ei maritus placere non potest, nisi longis et molestis assiduitatibus: et tamen valde incertum est, si ita ipsi gratus sit.

## IV.

41.

An ex alia parte puella minus timere debet tristes et molestas sequelas conditionis quam amplecti vult? Statim in ea, qui illam pensat, suavem et honestam agendi rationem invenit, specialem solitudinem ipsius cognoscendi indolem, ipsius servandi commodis, propensionem ipsius sequendi, illos et illos sibi devinciendi, qui apud illam aliquid possunt, ipsi in nullo contradicendi, ipsius contentus et opprobria tranquille ferendi, artesque callendi quae leniantur; haec ipsam demulcent. Sed <sup>an</sup> panitus veram mentis et cordis sui affectionem novit? an non tam serenos dies aliquando sequetur tempestas nebulosa et frigida? et an non mare, quod adeo tranquillum videtur, horribiles tempestates ipsi preparat?

## V.

42.

Procul dubio durum est mulieri civili et strenuae virum habere sordidum et squalidum; illi, quae sobria est, et quae fatuos humus devitat, habere dilapidatorem et ebriosum; alii, quae casta est et fidelis, habere impudicum, qui sine pudore, sine honore, sine freno vadit quo passionis suae furor illum abripit.

Procul dubio durum est mulieri mansueta et pacifica centum occasionibus perferre impetus et imprecationes furibundi mariti: mulieri diviti quae amplam dotem attulit, videre quod bona ipsius in dies deteriora fiant ludo, litibus, gravibus incommodis, quae vir sibi accessit, qui minus, importunitate, mala tractatione illam adigit, ut se obliget in debitis, quae ipsa contrahit: mulieri vigilantem et

Solerti, cuius sollicitudo et oeconomia bonam familiam officiant, si maritus operam suam adiungeret, habere virum. Invidiosum et indolentem, qui commercium suum negligit, qui quieti suae et voluptati id, quod ipsi charissimum esse deberet, consecrat.

## VI.

43.

Non omnes viri et mulieres sunt huius characteris, inquit; id concesserim: Sed an non dantur alia molestia, et, prout loquitur S. Paulus, alia tribulationes carnis, quae à Matrimonio sunt inseparabiles, et à quibus hic Apostolus multos exemptos esse cuperet?

Voco tribulationes carnis fastidia illa, insomnias, appetitus morositates in incommoda gravitate, partus dolores, pericula, quibus mulier se exponit donando vitam infanti propria jactura, infirmitates et diutinos morbos, quos molesta puerperia post se trahunt.

Voco tribulationes carnis, non modo assiduitates illas apud infantem, quem in somnum inducere, inducere, alere, ad incrementum instituire, et usque ad certam quamdam aetatem ducere, sed alias sollicitudines in ipsius educatione, et ampla familia sustentatione, in molestis praecautioibus, quas maritus habere debet, si bona sua conservare, se à sortis et foenaris obmuniacionibus et aliis fraudibus tutum praestare velit, in cura et incommodo rei domesticae, quae uxori incumbit, in inquietudinibus, quos ambo patientur, quando morbo, gravi jactura, lite, vel alio infortunio premuntur; tribulationem carnis habebunt huiusmodi.

## VII.

Plura adhuc omitto, quam dicam: Sed quod seriè attendendum, est summa difficultas in Matrimonio Christiani munus debite fungendi atque se salvandi. Qui sine uxore est, sollicitus est, quae Domini sunt, quomodo placeat Deo, inquit S. Paulus, qui autem cum uxore est, sollicitus est quae sunt mundi, quomodo placeat uxori et velut divinus est inter Deum et ipsam. Et mulier innumpta et virgo cogitat quae Domini sunt, et iis, quae ipsam respiciunt incumbit, ut sit sancta corpore et spiritu, quae autem nupta est, cogitat quae sunt mundi, quomodo placeat viro.

Quantum inter utrosque discrimen? Discrimen admodum simile illi, quod inter coelestia et terrena intercedit; inter ea quae mediocriter bona sunt, et ea quae majorem bonitatis gradum habent; inter ea quae agitationem et perturbationem creant, et ea, quae dulcem quietem conciliant; inter

ea, quorum opo, in sancta collectione vivitur, et ea, quae mi-  
la distractionum saepe etiam non voluntariam causam sunt;  
inter ea, quae in innocentibus voluptatibus animam de gra-  
du suo dejiciunt, et vult carnalem efficiunt, et ea, quae  
in carne fragili sam spirituales efficiunt, atque ad Ange-  
lorum conditionem evehunt; inter ea, quae hanc animam  
disceperunt et dividunt, et ea, quae illam ad verum suum  
statum revocant, et summo bono conjungunt.

## VIII.

c. 14.

Quodnam adhuc discrimen? Ex celebri parabola,  
quam refert S. Lucas\*, de judicatio. Homo quidam fecit  
» coenam magnam, ad quam multos vocavit: et misit seruum  
» suum hora coena dicere invitatis ut veniant, quia jam  
» parata sunt omnia. Sed coeperunt omnes vult ex condito  
» se excusare. Primus dixit ei: Villam ami, et necesse habeo  
» exire, et videre illam; rogo te habere me excusatum. Et alter  
» dixit: juga boum ami, et eo probare illa; rogo te habere me  
» excusatum. Et tertius dixit: uxorem duxi, et ideo non  
» possum venire.

Magnum admodum discrimen inter hos invitatos!  
Quamvis primorum duorum excusationes non essent admit-  
tenda, tamen fuerunt minus inurbanae, quam responsio  
tertii, qui non sicut illi, dixit rogo te habere excusatum, sed  
asperè respondit, se non posse venire.

## IX.

45.

Ex hoc concludere, quod quis quia uxorem duxit, non possit  
venire ad nuptias Agni, vel interesse magnificae coena ibi,  
quae in caelo celebratur, esset perniciosus error: sed ex hoc in-  
ferre, quod in Matrimonio magna occurrant vincenda diffi-  
cultates, ut quis Christiani numeribus debite fungatur et  
consiliis patrisfamilias respondeat: Ex hoc inferre, quod ex  
obsequentiâ, quam quis habet erga creaturam, non possit,  
aut ut melius dicam, non valit agere quod eum agere oportet  
ad obediendum Creatoris legibus, quod aliae anima  
male suavitatum carnalium nimis implicata vim non  
habeant se evehendi usque ad sanctos montes illos, ubi  
virtus fundamenta sua jecit, est convere ex hac parabola  
et responsione consentionem satis justam.

Quot ex his rationibus conuntur Matrimonia secundum  
Duum mundum et secundum Deum infelicia per  
inquietudines, difficultates et molestias quas conjugate pa-  
tiuntur, per varias passiones quibus se tradunt, per vitam

voluptuosam quam ducunt, per contentum ~~hominum~~ pro-  
cipueorum suorum munerum, quae sine scrupulo violant,  
et quorum adimpletio tamen innocentissimam hujusvi-  
tae dulcedinem et aequissimam alterius felicitatis expec-  
tationem constituit.

Si hoc ita est, volo dicere, si Matrimonium tot moles-  
tias et inquietudines secum trahit, si saluti et perfec-  
tioni Christiani tot ponit obstacula, ergo consultum non  
est nubere, dicitis: non proculdubio hoc pro tuo consultum  
non est; sed non omnes homines sunt hujus caractaris,  
et quantum contradictionum et molestiarum patiuntur  
ei, de quibus locuti sumus, tantum consolationum et  
gratiarum in suo statu inveniunt illi, qui in Domino nubunt.

## X

Si Virgines, Sacerdotes, Religiosi, et ii qui perpetuam  
servant continentiam sola vita tranquilla et christiana  
archetypa essent; quò deveniant viri illi et mulieres, qui  
Matrimonio obstricti cum moderatione fruuntur vo-  
luptatibus quas Deus ipsis permittit? Equidem personis  
à commercio carnis separatis honores quos merentur tri-  
buendi sunt, et absit à nobis, ut Statum Statui compa-  
rantes, arbitramur, quod Status Matrimonii quantum ad  
meritum et dignitatem sit aequalis Statui virginum, vi-  
duarum, et eorum qui in coelibatu vivunt. Scimus, inquit  
S. Hieronymus scribens adversus Jovinianum, <sup>quam</sup> Epicurum  
christianum nuncupat, quòd nuptiae honorem merean-  
tur: sed eas in gradu collocamus inferiore virginitati il-  
lorum et illarum, qui ex conjugatis nascuntur. Hi sunt  
fructus, qui praefari debent arbori quae eos fert; est triti-  
cum quod plus valet quam spica ex qua oritur.

Inter eos qui Ecclesiae corpus constituunt, si eorum me-  
rita ex aequo ponderemus, virginitatem intuebimur va-  
lut aurum, coelibatum velut argentum, Matrimonium  
velut cuprum, inquit alius S. Pater. Virginitas nobis vi-  
debitur velut electio vitae ditissimae; coelibatus velut Sta-  
tus mediocris, et Matrimonium velut conditio pauperrimi-  
ma: virginitas sicut corona, coelibatus tanquam redem-  
tio, Matrimonium velut captivitas.

47.  
Num unam tantum  
benedictionem  
habet pater mit?

Verum an Isaac unam tantum benedictionem habet?  
Christus Dominus benedixerat et consecraverat virginitatem  
volens nasci ex virgine, viduitatem benignè suscipiens  
laudes et preces Anna Prophetissæ; Sed quando primum suum  
miraculum patravit in nuptiis Canæ, ubi aquam in vinum  
convertit, voluit in Matrimonium suas benedictiones et  
gratias effundere.

Sine ipso non esset nisi aqua insipida, fortè nisi aqua  
Zelotypia: Sed quando conjugati ipsum invitant ad suas nup-  
tias, et cum fidelitate Sanctam ipsius legem servant, tum  
est vinum, quod latificat cor viri et mulieris. Sine ipso  
viverent sicut ethnici, qui verum Deum ignorantes, sapi-  
entiam suam furori se permittunt; cum ipso honorant su-  
premum Dominum, ei servant, eum amant. Sine ipso non  
esset nisi amor quidam naturalis viri et mulieris; Sed cum  
ipso gratia illius hunc amorem perficit et consummat  
hanc unionem, inquit Patres Concilii Tridentini.

## XII.

Atqui inde quanta quies! quanta consolatio! Est, in-  
quit Tertullianus, Matrimonium quod Ecclesia conciliat,  
mutua cordium Donatio confirmat, Pater æternus vati-  
habet. Est Matrimonium, addit S. Leo Papa, in quo Chris-  
tus, Deus qui ei presidet præparat gratias regenerationis  
liberis, qui ex eo nascentur, parentibus gratias man-  
suetudinis et pacis concedit, et sua præsentia tristitiam  
priscarum nuptiarum depellet; priscarum nuptiarum  
nocturnam suam præsentiam depellet.

Tunc maritus et uxor cum moderatione in prosperi-  
tate habitant, et in adversitate tantò suaviores consola-  
tiones inveniunt, quòd nec suspecta nec extranea sint,  
sed sincera et domestica. Nullus ibi nullus furor et  
despicere; nulla aspera et minacia verba, nulli pro ira  
sintillantes oculi; Si quandoque ipsis quaedam tristi-  
tiae signa exiunt, statim ad primum suum statum re-  
deunt; serenitatemque et tranquillitatem suam re-  
assumunt, et quamvis tempestates mutantur, tamen dici  
potest, quòd ferè semper ver vigeat. Tunc contenti et  
feliciter vivunt, etiam secundum mundum, inquit Regius

Propheta; felix vir in sponsa quam habet, et quam in-  
tuetur sicut vineam fecundam in domo sua; felix in  
suis liberis, qui sunt tanquam novellae plantae oliva-  
rum in circuitu mensae suae; felices ambo benedictio-  
nibus, quibus Deus cumulat eos, qui ipsum timent, bo-  
nis Jerusalem, et pace in Israël, quam ipsis preparat.

\* Gal. 12.

Dicant nunc veteres illi Ethnica Philosophia Ma- 48  
gistri quantum voluerint, quod viro sapienti indignum  
sit nubere, quod sibi catenam ultro fabricat, qua stultia  
se implicat, quod Studium Sapientiae et rei familiaris  
cura sint insociabilia.

## XIII.

Dicant nunc modo veteres illi Ethnica Philo- 48  
sophiae Magistri quantum voluerint, quod viro sapienti  
indignum sit nubere, quod sibi catenam ultro fabricat  
qua stultia se implicat, quod Studium Sapientiae et rei fa-  
miliaris cura sint insociabilia: publica continentia pro-  
cepta dabant, quae sacro diffidebantur; erant homines  
sicut alii, et affectabant videri insensibiles quemadmodum  
statuae, quae illorum duntaxat figuram referunt: flam-  
mam impuram qua urebantur occultabant, sibique vir-  
tutem et sapientiam imaginariam honori dicebant: Spa-  
rentatione frigidi, propensione ardentes, interdum sentie-  
bant carnem suam adversus spiritum insurgere, sed oport-  
tebat cum honore personam quam agebant tueri, atque  
mulieres tractare, sicut tractabant gloriam, quam dispi-  
ciabant et amabant.

Dicant modo Senes illi adhuc calidos, quod mulieres mi-  
nime curant. Optime equidem si tam casti et tam modesti  
sunt ac esse debent: verum quandoque, et ahi nimis frequen-  
ter! effrenata licentia nomen innocuae libertati tribuitur.  
Si Matrimonium ipsis displicet, ad quid ergo illae, quae illud  
amplexatae sunt, ipsis placent? cur illae familiaritates, obsc-  
quentia, tenera illa et vana cum altero sexu occupatio-  
nes? Eadem capiunt oblectamenta, eidem mensae aspidant?  
O quam melius pro ipsis esset nubere quam uri!

## XIV.

Sed an quis nubendo Christiani muneribus fungi et salu-  
tam suam operari potest? Ad solos Manichaeos pertinet di-  
cere, quod qui baptizati fuerint, Matrimonio uti amplius  
non possunt. Ad solos Gnosticos et Encratitas pertinet illud  
intuere tanquam opus et laqueum Sathanae.

\* S. Hieron. lib. 8.

ep. 8.

49.

S. Aug. libro de  
monibus Mani-  
chaeorum.

Equidem verum est, quod S. Paulus respiciat virgin-  
tatem et calibatum velut status magis idoneos ad col-  
lectionem, orationem, intimam cum Deo conjunctionem,  
cui placere pia sollicitudine et ex officio student qui  
statum illum colunt: At an non etiam thorum nup-  
tiales intuetur velut thorum sine macula, an non  
praecipit, ut nuptias non frigida duntaxat aestimatio-  
ne sed quadam venerationis specie prosequamur tanquam  
per Sacramentum erectas et consecratas.

## XV.

Valde deplorandi essent conjugati, si inter tot pericu-  
la, quibus circumdantur, inter tot curas, quae ipsos divi-  
dunt, inter tot scopulos, qui undique se ipsis offerunt,  
sibi benignitas sanctimoniarum ipsorum rationibus et mediis  
non prospexisset, portumque salutis aperuisset, in quo se à  
naufragio tutos praestare possent. In domo Patris coelestis  
mansiones multae sunt, et diversae viae quae ad eam ducunt:  
et quia non omnes eadem agilitate in montem Domini  
ascendere valent, sunt tamen, qui quamvis debili et titu-  
bante gressu nihilominus illum conscendunt sicut pius Ja-  
cob.

\* 1. Cor. 7.

Si iuxta mantam Apostoli vir infidelis sanctificatus per  
mulierem fidem, et mulier infidelis per virum fidem:  
Quid erit, quando ambo sunt fideles, quando hoc serviant ipsum  
timant et amant? Quale commercium et qualis mutua trans-  
fusio virtutum? quales impressiones et quales effusiones sancti-  
moniae per bona exempla quae praebent et accipiunt, per sua-  
ves invitationes ad se sustinendum, per patientiam adversus  
vitae calamitates, ad portandum ex amore vincula captivi-  
tatis suae et non ad ea invite trahenda, ad educandum in  
timore Domini liberos suos, ad se defendendum in diebus  
malis adversus aggressiones et laqueos Sathanae?

\* lib. 2. ad uxo-  
ram c. 9.

O quam Domini Christi oculis et gaudiis dignum spectaculum  
est, videre virum et mulierem simul orantes, ex condito  
jejunantes, mutuo se ad bene vivendum cohortantes! inquit  
Tertullianus\*. Procul ut sibi invicem sua bona opera ocul-  
tent, et diffident, atque se ipsos molestant, ne impietatis  
christiana exercitiis videantur, simul agrotos invisunt, Eula-  
rias frequentant, pauperibus ea, quibus indigent, auxilia  
praebant. Non est nisi una caro, non est nisi unus Spiritus,  
Idem jugum portant; sed cum à majori consolatione

illud portant, quod sit ejusdem fidei, ejusdem obligationis, ejusdem professionis, ejusdem spai jagum. Simul eandem psalmos et Hymnos recitant, saepe invicem provocant, quis illos cum affectu, qui Deo magis gratus sit, recitabit.

\*XVI.  
Abraham et Sara, Isaac et Rebecca, Jacob et Rachel, Elcana et Anna, Zacharias et Elisabeth in suo Matrimonio se sanctificarunt, et in Domino Dei reliquerunt virtutum odorem, quo illa tota fuit repleta. Numerus tot aliorum maritorum et uxorum, quorum sanctitatem reveratur Ecclesia, adeo magnus est, ut facile appareat tantum abesse, quod Matrimonium insuperabilia ponat impedimenta perfectioni eorum, qui illud contrahunt, ut potius meritum illius extollat, et horum virtutibus novum addat splendorem. An Theresia illustris Paulini uxor ejus perfectioni aliquod obstaculum posuit? an non potius ad pium illius consiliorum executionem eidem opitulata est? En quod ad eum scribit S. Augustinus: Suavem habes, inquit, consortem, quae non tantum te ad molliam et voluptatem hunc incitat, sed potius veluti sanctam quamdam possidet anima durtiam, quae per illam costa, e qua prima mulier formata fuit, figuratur. Unum cor vestris, et eo artius estis conjuncti, quae castiora sunt vincula vos ad invicem ligantia. Conimus in te atque in illa dignitates mundi dejectas sicut cedros Libani, ut impendantur ad sturcturam incorruptibilis Arcae, quae vehementissimis resistat tempestatibus. Videmus virum et foeminam contemnere gloriam fluxam, ut sic acquirant aeternam: renunciare terra bonis ut solidiora obtineant, et alii dare ad petram libanos Babylonis, honores et saevi delicias. Tam parum ergo obest esse conjugatum, ut si quis sua adimpleat munera, in magnum evadere possit sanctum, et tantum pro sua futura felicitate, quantum pro sua quiete et consolatione praesenti laborare.

## XVII.

Differentia indolis, inaequalitas conditionis, discrepancia aetatis sunt tot funesta causa infelicitatis plerorumque matrimoniorum. Samson nimis sineas et infelix cum Dalila suata, quae ipsum prodidit. Humilis David perferit cavillationes et despectus superbae Michol, ubi ipsum coram Rea saltantem videt. Abigail prudens et generosa. habet indolentem videt. Abigail prudens et generosa. habet indolentem videt. Job patiens tam omnino contrariam bruto et sordido Nabal. Job patiens et rectus voluntati Dei subiectus suffert insignia opprobria et reos, vana, intolerabilis impia uxoris sua. Adhuc tu permanes in simplicitate tua, inquit illi, quid hucusque lucratus es? modo vides, quomodo Deus remunerat elemosynas tuas

50.

et bona opera tua. Impotens hic jurgiosa mulieris istius motus ita Diabolicus visus est S. Chrysostomo, ut dubitaverit, num non Diabolus ipsius formam sumisset. Nihil tamen nos cogit ad acceptandum hujus S. Patris Dubium; alia dicere oporteret, quod passim Diabolus in plerisque hominibus latratum se praebeat.

## XVIII.

51.

\* c. 14. v. 9.

Matrimonia, in quibus ingens conditionis inequality reperitur, sunt etiam plerumque infelicissima. Videtur quod Spiritus Sanctus id nobis indicare voluerit mysticâ parabola, quam libro quarto Regum legimus. Carduus Libani misit ad cedrum, quae est in Libano dicens: Da filiam tuam filio meo uxorem; Transieruntque bestiae Saltus, quae sunt in Libano, et concubaverunt cedrum. Haec fabula ex se ipsa satis loquitur, quin opus sit ut illius applicatio fiat, Sufficit Saltum ea quae sequuntur addidisse: Contantus esto gloria tua, et sede in domo tua, et ne consilia tua ultra familiam tuam protendas, quare quæris ruinam tuam?

Si non nisi Carduus es, filii te conjunge, et relinque liberos cedri liberis palmae. Matrimonia quoad conditionem male conciliata raro ad vota succedunt. Tu plebeja ampla bona dabis puella nobili, cui sunt exigua facultates, et sua conjunctione et connubio tibi honores dabit, quibus carere. Sed quid accidit? Te intusbitur velut honestum civem, et tu carere velut nobilem mendicam respicias. Tu, si volueris, affemas ipsius nomen, vestiarum Esferam, insignia, et ut ut sic lepida personatus fueris, nihil tamen oboritur, quin centum ab hinc annis adhuc sciatur quis fueris. Ecclesiarum et Coemeteriorum Epitaphia, antiquorum librorum tituli, locutiones et contractus apud Notarios, computorum insignia reviviscere facient tui memoriam, et genealogiarum indagatores docebunt, quod quamvis cedrus videaris, te ipsa tamen non nisi Carduus sis, idque hi alii propalabunt.

## XIX.

52.

Discrepantia aetatis non magis felix et fortunata est in Matrimonio. Enimvero quid cogitari potest de matrimonio Senum cum juvenibus? Quid cogitari potest de matrimoniis illis, ubi juvenis puella amittit suam libertatem una cum omnibus vitae leavitatibus, et ubi

Senex aliquis curam gerere tenetur juvenis cordis et juvenis  
cujusdam capitis? De matrimonio illis, ubi Sanctus  
se ipsam ignominiam afficit per publicam confes-  
sionem difficultatis, quam habet se continendi, et juven-  
tus se tradit neopritati votum castitatis formam emittam-  
di?

Mundus videt hae matrimonia, aaque ludos facit,  
Eulasia ipsa acceptat, et gemit considerans, quod ex dua-  
bus prolibus suis una nondum libera sit per poeniten-  
tiam et pietatem a carnis tribulationibus, altera vero  
tam mature se iis tradat, quin claustrorum devotionem  
habeat ad se in iis tuendam.

Vetula, vel Senex inde gaudet uno aut duobus diebus,  
ut per vita sua reliquum pra moerore lacrymatur. Ju-  
venis maritus, et juvenis mulier, cum molestia et volut  
mancipium suffert quod ametur, et cum impatientia li-  
am inventarii, et libertatem amandi quem voluerit, presto-  
latur.

XX.

53.

Nonne vides, inquit Deus apud Jeremiam? Nonne vides  
quid faciat populus meus in civitatibus? Filii colligunt  
ligna, et patres succendunt ignem, et mulieres consper-  
gunt aspidem, ut faciant placentas Reginae caeli, et li-  
bant Diis alienis. Hae citate hujus prophetae faciebant  
Judaei ingrati et idololatrae, qui cum in gravibus suis ne-  
gotiis consulere Dominum, eique sincerum et purum  
cultum exhibere debuissent, se omnibus iniquarum  
cogitationum suarum aberrationibus permittabant, alie-  
nisque divinitatibus libabant. Sed et hoc ipsum pleri-  
que Christiani faciunt, praesertim ubi agitur de nego-  
tio omnium gravissimo, quale est matrimonium.

\* c. 7.

Non Deum adent, sed Reginam caeli, id est, prout  
exponunt Interpretes, Lunam verum levitatis et in-  
constantia Symbolum. Non patunt in suis precibus  
a Deo signum aliquod voluntatis sua: Sed alienae divi-  
nitates, et, prout vocat Apostolus, hujus saeculi Dei ip-  
sos ad electionem, quam faciunt, inducunt, et exco-  
cant. Quae plerumque non nisi vanitatem suam;  
adolentes vero voluptatem, et parentes commodum  
et utilitatem consulunt. Aliqui colligunt ligna, alii suc-

giosa muliere  
sostoms ubi  
humsipat. H  
I. Patris d  
obus in p  
conditioni  
kiefina. V  
voluerit  
imus. Card  
Ecos: De  
bestia lalt  
am. Hae fe  
Hus applic  
dipe: Cont  
a conlia tu  
ins nimon  
age, et reli  
vad condit  
u plebeje  
faullates, et  
bit, quibus  
onestum i  
ias. Tu, h  
ram, in sign  
il tamen  
quis fuerit  
antiquom  
ed Notari  
memoria  
quod quami  
andrus d  
is falie et  
d cogitar  
? Quod cog  
p quada  
a haurit

caedunt ignem, castari cum non nisi commoda sua baten-  
tur, adipem farina miscant.

## XXI.

54.  
q. inquit

Puella quae fortuna vel natura praerogativam ali-  
quam possidet non multum in bonas qualitates illius quae  
illam praesat, vel quam ipsamet expetit, sufficit quod emi-  
nentem gradum vel ingentes redditus ei offerat. Pro ho-  
mine qui dives est, et praecleara dignitate eminet, quibus-  
cumque demum vitis sit inquinatus, centum puella: et  
pro centum adolescentibus, qui praeclearis dotibus fuerint pra-  
editi vix una respicitur puella, quando ipsis sunt exiguae faul-  
tates vel mediocra munera seu officia; nampe vanitatem  
ad suum consilium vocant puella. O quam metuendum ne  
fumus hic gloria, qui in ipsorum crebro ascendit, illos  
aliquando dolore afficiat, atque ab eorum oculis lacrymas  
eliciat! lignum collegerunt, ex quo fumus iste agreditur;  
fili colligunt ligna: sibi ipsis infortunium suum imputant.

## XXII.

55.

Adolescens sapia non nisi voluptatem sibi proponit:  
puella formosa at festiva ipsum demulcet. Cum matri-  
monium intusuri deberet velut remedium incontinen-  
tiae suae, et velut medium, quod Deus ei offert ad operan-  
dam salutem suam cum casta et pia consorte, subito se-  
quitur, quo cum cupiditas sua trahit. Ignis accenditur in  
praesentia objecti, quod ipsi materiam illius suppeditat:  
vultus ardens, habitus liber, tenera omnis species sine sensu  
ipsum implicant, quemadmodum avis, quae tameris  
in sibi terra retia se conjicit.

## XXIII.

56.

Parentes ex sua parte ante omnia commodum et  
utilitatem ad suum consilium vocant. Suntne huius  
adolescenti facultates? an ad magnas opes perveniat?  
an ad amplam hereditatem aspirat? quantum pro dote  
huic puellae tribuitur? Estne unica, vel an fratres et so-  
roros ipsius claustralem vitam amplexi sunt? Sint haec  
circa liberorum vestrorum matrimonium vestra con-  
silia, id vobis lex non prohibet, inquit S. Ambrosius, sed  
prius Deum consulite; magis virtutem attendite quam bo-  
na, nec minus solliciti sitis ad eligendos ipsis consortes,

quam sitis in abiectione famulorum vestrorum, in qui-  
bus corporis et mentis dotas invenire cupitis, qua  
eos vobis utiles efficiant.

## XXIV.

59.

Plerique cui nubant vix noverunt. Si puella ali-  
qua est vana, ad iram proceps, licentiosa, si veheman-  
ter propendet ad rapienda omnia ea, quae sub manus illi-  
us cadunt, ut habeat, unde vanitati suae et ingluvisi  
satisfaciat; haec sunt arcana, quae prodesse imprimis ca-  
vent parentes. Tam iniqua suppellectili jam vellent esse  
expediti. Adipem miscent farinae, ut inde faciant plu-  
centam, quae adolescentis aliaque appetitum provocat. Mu-  
lieres conspergunt adipem, ut faciant placentas.

Si patres reperirentur adeo integra fidei ac Raquel,  
nemo in tam periculosos laqueos incidere: In qua S.  
Scriptura de eo commemorat simulque ea, quae S. Am-  
brosius hic annotat.

Raquel eximia pietatis et candoris vir Tobia juniori  
filiam suam sibi conjugem deponenti indicavit, quod  
cum successiva septem viris tradita fuisset, omnes mor-  
tui essent. Probus vir iste magis aliis quam sibi timen-  
bat, malebatque servare filiam innuptam quamvis jam  
grandioram, quam ut per ipsius matrimonium novos spon-  
sos periculo exponeret. O quam subito tot quaestiones,  
quas proponunt Philosophi Davida novit! Quae sunt quen-  
do ipsis de hominum venditione sermo est, num venditor  
teneatur manifestare illius defectus, vel ea diffimula-  
re possit. Eux Judaeus ejusdem Davi ac nos cultor, qui  
censuit, se non posse calare propria filia sua defectus:  
at quod magis notatu dignum est, non eam nuptui dare  
cupiebat, sed illa ab ipso expecebatur.

Haec sunt quae hic animadvertit S. Ambrosius; at cum  
parentes omnino contrariam agendi rationem ineant,  
imprimis interest, ut quam hoc in negotio facere volunt  
electionem, probe examinent. Divitiae dantur à pa-  
rentibus, à Domino autem propria uxor prudens; adeoque  
ipsa ad eundem est, ut ab ipsius manu accipiatur.

## XXV.

Cum haec vita Divisa sit in duo praecipua officia nego-  
tiorum scilicet publicorum, et domesticorum: hinc Deus  
etiam illonem curam Divisit inter maritum et uxorem,

\* Serm. 13. ex.  
divinis

inquit S. Joannes Chrysostomus\*, ita ut unus externis, altera vero internis negotiis incumbat. Et sane non est mulieris dicere sententiam in Senatu, sed in sua familia eam dicere potest, ubi sapè prudentem oconomiam melius intelligit quam ipsam et maritus. Ipsius non est Rempublicam regere, sed liberos suos Christianè educare, qui sunt velut bonum sibi proprium. Ipsius est continere familiam suam in officiis, marito suo providere necessaria; curam gerere annonæ domesticae, lanæ, operum, vestium, culinae, et plurium aliarum necessitatum, quarum curam suscipere nec facile est viro nec Deorum.

## XXVI.

In hoc admiranda est Dei providentia, quod ad has minutas res ineptum fecerit illum, qui ad majores est habitus, ut mulierum ministeria utiliora redderet, ne viri illas despicere, si soli his duobus officiis sufficere possent. Cuiusmodi si peritia mulierum ad majoris momenti negotia se extendere, nimis arrogantes fierent: hinc ad humiliandam ipsarum superbiam Deus ea ipsis concedere noluit, sicut nec hæc duo officia unice persone, ne alterutra ipsarum inutilis vel despecta redderetur. Ergo aequaliter has occupationes inter conjugatos divisit, ut ipsis omnem contentionis causam auferret, simulque decencia et concordia prospiceret. Ex diversis his functionibus habet honorabiliorem et graviolem: uxor vero viliolem et communiolem: et hæc admirabili divisione utriusque officium suum docentur, maritus ut castimet et diligit uxorem suam; uxor observantiam et submissionem erga maritum suum habeat.

## XXVII.

Virtus et boni mores sunt vera bona illa quæ in uxore à marito quæri debent, inquit idem S. Chrysostomus, si in matrimonio fidelitatem, unionem, amicitiam, quæ sunt illius delicia et decor, invenire velit. Si uxorem suat, quia dives est, tunc sibi dat potius dominam quam sponsam. Cui enim ex sua natura jam satis imperiosa sint et arrogantes, si divitice se superbia ipsarum adjungant, maritis suis intolerabiles evadunt. E contra si bonis præfert virtutem illius, quam præsentat, tunc ipsa consors est et adiutrix, quam ipse sibi procurat, è qua pro sua salute, et temporali felicitate magna capit obsequia. Tunc verè diligit maritum suum ipsi deservit et omnia facit, ut ipsi placeat.

4 maritus

89.

In tam grata unione, nec contentiones audiuntur nec pro-  
bra: pax, fiducia, amor, concordia in eo regnant. Mari-  
tus in sua sponsa invenit portum securum, in quem tem-  
pore procella se recipiat; amicam vigilantem, quam  
molestias suas et curas partiatur; consolationem semper  
presentem, cuius colloquium suavitatem in suis maximis  
seris occupationibus recreatur.

## XXVIII.

\* Sed ut his commodis fruamur, implorare debemus Dei  
gratiam, ut dignetur conatus nostros et consilia adjuvare.  
Si hanc precautionem adhibuerimus, tunc in nostris ma-  
trimoniis nec divorcium, nec suspicio adulterii, nec occa-  
sio Zelotypia, nec materia contentions invenitur; quod  
magnorum bonorum unum est, quae in hac vita desiderari  
possit.

## XXIX.

Quando uxor animo et voluntate à marito desidet, tunc  
in domo omnia confunduntur, quamvis alias res optime  
procedere viderentur: Sed quando pax et unio inter eos  
vigent: quamvis calamitatibus aliunde provenientes  
affligantur, nihil tamen ipsis intolerabile videbitur.

Præsidium Domini, quod petiverint, et fidelitas, quæ  
sibi mutuo ministrant, varias ipsis benedictiones accersent,  
ipsum liberi educabuntur in pietate mutuo curarum et  
informationum, quibus ipsos excolent, conentem. Ipsorum  
domestici imitabuntur ad fungendum Christiani muneribus  
per bona, quae cernunt, exempla. Denique prosperitas et  
gaudium regnabunt in domo, ut herus et hera vitam religio-  
sam duentes familiam suam in ordine et virtute continebunt.

## XXX.

\* Si vobis sunt liberi, credite illos, et affuefacite illos iugo  
à pueritia illorum. Affuefacite illos jam à tenerissimis suis  
annis ad faciendum signum crucis, inquit S. Chrysostomus\*, ut  
sacrum hoc signum ipsos protegat, atque maturè celestas  
benedictiones ipsis conciliat. Affuefacite illos, ut tempesti-  
vè linguas suas Deo consecrent, iacite in ipsorum docilia ad-  
huc corda pietatis semina, ut sensim germinantia factus in  
abundantia producant.

Ipsis insigilate, velut Job suis invigilabat, ne Perum  
offenderent, sive publicis, sive condis et cogitationis peccatis.  
Sanctus hic Patriarcha non dicebat prout plerique patres di-  
cunt: relinquam filiis meis magnas divitias, ipsos in mundo

60.

\* S. Chrysost.  
ibid.

61

62.

\* Psal. 7.  
v. 28.\* Hom. 12. in  
1. ad Cor.

potentes efficiam, ipsis ampla latifundia amam; sed in id praes omnibus incumberebat, ut ipsis relinqueret Dei timorem et vitam religiosam; et quamvis nihil neglexit, quo impediret, ne miseriam promerentur, tamen magis sollicitus erat, ut ab ipsis longe majorem miseriam averteret, peccatum nempe et Dei oblivionem.

## XXXI.

63.

Nihil unquam coram filiis vestris dicite aut facite, quod ipsis ad licentiam inducere, vitiumque ipsis gratum reddere possit. Saus enim, quantamunquam ipsorum educationis curam geratis, nunquam ex sententia cadat eventus. Ex una parte destruetis, quod ex altera edificare conabimini, vestra verba vel vestrae actiones omnem fructum perdent, quem ex vestra vigilantia expectare poteritis.

\* Hom. i. de Anna

Præcipue nunquam facatis, adhibet S. Chrysostomus, ut perveras societates frequentent et ne impudica mulieres mentem ipsorum depravent, et cor corrumpant suis familiaritatibus, leporibus et facilitate ad satisfaciendum ipsorum cupiditatibus; ipsos à tam periculosis objectis removere, et mature commibus jungite. Sic ipsorum pudicitiam conservabitis, qua est omnium bonorum protopisimum, et ex parte causa eritis, quod virgineum cor sponsa virgini allaturi sint. Sic uxores, quas ducant, tanto amabiliores ipsis efficiatis, quod, cum nullas frequentarint, quæ ipsos ad libidinem induxerint, amor ipsorum in illas convertatur; at è contra, si amatoris blandimentis addictos et ad placendum ipsis nimis faciles cognoverint, brevi uxores suas fastidient. Sic virtutem velut hereditariam in vestra familia efficiatis: et sicut curam gesseritis bene educandi filium vestrum, ita ipse eos, quos ipsi Dominus dederit, aduecabit. Sic in vestris posteris fabricabitur velut catena bona educationis et proborum morum, cujus primos annulos confeceritis: bonum à vobis initium sumserit, et reliquum erit felix documentorum et exemplorum vestrorum fructus.

\* S. Chrysost.  
Serm. 20 de  
diversis.

## XXXII.

64.

Si parentes christianè suos liberos educarent, nec iudicis, nec supplicis ad puniendos secundum legum severitatem fainerosos indigeremus, sed quia eorum curam, quam habere deberent, negligunt, innumeros infortunios eos expo-

ment, et interdum, ut cum S. Chrysostomo\* loquamur, carni-  
cum manibus tradunt.

Quanta cordis duritia, quod id, quod ipsis pretiosissi-  
mum est, et de quo severam rationem Deo reddent, negli-  
gant. Permittunt ut liberi sui Spectacula adiant, et ip-  
sos ad Ecclesiam mittere non cogitant. Si parentes bene-  
agerent, ipsimet eos ad loca sacra ducerent, atque quod im-  
is didicissent et audivissent repetere facerent. Hac  
esset vera ratio, inquit S. Chrysostomus, ipsos brevi virtu-  
tum præceptionibus imbuendi. Docerentur in Ecclesia  
sa, qua si se ac facere tenentur, et si his Salutaribus  
præceptis doctrina domestica jungerentur, omnes hæc  
pietatis sementes sensim producerent amplam messem  
fructuum spiritualium, qui ad beatam aternitatem matu-  
rescerent.

## XXXIII.

Patre infideli et matre fideli nata es, inquit S. Hierony-  
mus ad nobilem quandam matronam\*; et tamen debiti vi-  
tam illustri et pie Paula. Quis credidisset, quod ethnicus  
Pontifex fieri posset avus puella, que adhuc balbutiendo  
coram illo laudes Domini decantaret, hincque Senex in fa-  
milia sua Jesu Christi sponsam aduisset? Bonus Sanctorum  
et fidelium procul dubio sanctificat matrem infidelam.  
quam corona fidelium liberorum circumdat, jam est in-  
fide tyro. Arbitror etiamnum, quod Jupiter tandem Je-  
sum Christum adorasset, si similem habuisset familiam.

Hæc ad te eloquor, ne desperes de salute patris tui,  
utque, <sup>cum</sup> hauris fide illa, que te tali filia, qualis tua est,  
dignam efficit. Destinata ut sit templum Salvatoris,  
nihil audire aut loqui liceat nisi quod timorem Domi-  
ni respicit. Obscena verba nunquam coram ipsa profe-  
rantur, nec audiat cantare lascivas cantiones. .... Grime  
impressiones, quas juvenilis anima recipit difficilè delan-  
tur; raro lana samel tincta natus color redditur, et una  
semper servat odorem primi liquoris, quo imbibita  
fuit. Naturaliter malos personam alius imitamus habi-  
tus, et facile in vitia labimur illius, cuius virtutes adi-  
pisci non possumus.

\* Serm. 20 de  
diversis

\* Ad Latam  
Ep. 14. 269.

## XXXIV.

Mulier Salvabitur per filios quos generabit, inquit S. Paulus, per curam, quam gerat ipsos vita religiosa asse-  
fauendi. Si parentibus imputantur culpa, quas in gran-  
diori aetate admittunt filii, cur non etiam infantia cul-  
pa ipsis imputarentur? Causas ne serpens filiam tuam mor-  
deat, et non impedis, ne in laqueos Daemonis cadat, ne in  
auroo Babylonis paulo bibat, et ne cum Bina egrediatur ex  
curiositate videndi extranea regionis puellas? Communiter  
venenum in melle offertur, et externa virtutis species  
facile nos in vitium trahit.

Sis ei magistra et exemplar, et impietatis ne quidquam  
sive in patre suo sive in te animadvertat, quod sine peccato  
imitari non possit. Uterque emuliat illam potius  
exemplis quam sermonibus. Exigua re habetatur floris  
pulchritudo; unius adversi venti halitus lilia, violas, et ro-  
sas corrumpit. Ne sine te Ecclesias auceat nec Martyrum  
tumbas. Ne adolescentas crispatis et odoribus imbuti un-  
quam ipsi appropinquent, Solemnia festa semper te-  
cum celebret.

## XXXV.

\* Puella puellarum Societatem quarant, et parva ba-  
catula non ludat cum pueris quamvis essent infantes sicut  
illa. Nihil audiat, quod pudorem offendere possit, et si in  
familia aliquod verbum paulo liberum excidat, ne ipsi  
sensus illius aperiat. Ne apud ipsam patiaris adolescen-  
tes crispatos et odoribus imbutos, et ne suavia verba illa  
audiat, quae per aures animam cadunt.

Ab illa remova festivas et inconsultas puellas illas,  
quarum consuetudo tanto periculosior est, quod magis  
licita videatur quam adolescentum: puella tamen,  
quae sine pudore et modestia narrantes quae audiverunt  
et viderunt, volupe habent clam dare principia ad per-  
vertendam in sua turri inclusam Danaëem apta.

Sicut aqua sequitur super arenam digitum, qui ei  
viam sterit: sic tenera aetas, quae se, quo placet, sui  
permittit, magis propendet in effrenatam libertatem,  
quam in molestam modestiam.

Solent amasii aditum ad domos quarere urbanita-  
tibus et minusculis, quae nutribus vel amicis ubiun-

67.  
\* Ad Gaudent.  
De Puella.  
Catalina 288.  
Cacatula

lanibus dant: et ubi illum obtinuerunt, excitant ex scin-  
tilla incendium, et cum impudentia occasione utuntur,  
quin ullum ferè remedium affari possit. Rarè sanatur  
malum quod radices agere permiffum est. Prudat me id  
dicere, sed tacere haud valeo. Nobiles foeminae contem-  
tis conditionibus honorificis nihili hominibus, aut famu-  
lis adhaerant, et sub praetextu devotionis et continentiae  
Helena ista saepe sequuntur Parides relictis Menelais,  
quin horum iram reformident.

Haec pravitates nota sunt; multi de iis mormurant  
et conqueruntur, sed quia peccatorum numerus authori-  
tate sua vitium firmat, hinc malum hoc quodammodo  
videtur insanabile.

XXXVI.

68

Ut conjugati Christianè juribus matrimonii utan-  
tur, nihil agere debent contra regulas quas Decantia et  
castitas praescribunt. Honorabile sit connubium in omni-  
bus, et thorus immaculatus, inquit S. Paulus scribens ad He-  
braeos et ad Christianos Thessalonicenses\*. Institutum fuit, ut  
frenum adhiberetur violentis concupiscentia impetibus, ac  
impediretur, ne ad vitiosos excessus savatur, inquit S. Augus-  
tinus\*.

\* Heb. 13.  
1. Thesal. 4.

\* Lib. de bono  
conjug.

Si Patriarcha et Sancta mulieres, qui in veteri lege vive-  
bant, matrimonium inibant, tum ideo, ut ad Messia om-  
nium operam confarant, et non ex coeca voluptate. Filius Sarae  
torum sumus, dicebat Tobias Sarae, et non possumus ita con-  
jungi sicuti gentes, quae ignorant Deum. Grave documentum,  
ad cuius normam se componere tenentur qui matrimoni-  
um inveniunt. Oportet ut inter suum et ethnicorum connubi-  
um tantum discrimen ponant, quantum intercedit inter  
idololatram, qui pro fine non habet nisi expletionem cupi-  
ditatum suarum, et fidelem, qui suas in aquis limitibus  
continere novit, habetque Deum suarum actionum testem.

Grave documentum, quod primorum Christianorum mun-  
nera figebat, qui prout ut de vagis et prohibitis libidini-  
bus prostituerent, solas uxores, quas à Deo acceperant, di-  
ligebant, atque, prout refert Tertullianus\*, cum ea tempe-  
rantia et modestia vivebant, quam servant ii, qui sciunt se à  
Deo respici, atque semel ab ipso judicandos esse.

\* Lib. 2. ad uxor.

XXXVII.

69.

Nos pudorem non facis tantum, sed mente praestamus,  
inquit Vetus quidam primorum Christianorum Apologista\*,  
unius matrimonii vinculo libenter inhaeremus. Cupiditatem  
prosecrandi aut unam scimus aut nullam.... Casto saemone,

\* Minutius felix  
in Oct. de Socrate  
de manto matrimon.  
87.

- » corpore castiore, plerique inviolati corporis virginitate pape-  
 » tua fruuntur potius quam gloriantur. Tantum denique abest  
 » incesti cupido, ut nonnullis rubori sit etiam pudica conjunctio.  
 » Legimus in Catechismo Concilii Tridentini, monendos esse  
 » fideles, ut matrimonio utantur, non ut voluptati satisfiant,  
 » sed ad eos fines, quos Deus habuit illud instituendo.... ut memores  
 » esse debeant illius, quod ait Apostolus: ut qui habent uxores tan-  
 » quam non habentes sint; et illius, quod dicit S. Hieronymus,  
 » quod ratio et non cupiditas debeat esse regula amoris, qui ipsas  
 » prosequuntur, cum nihil turpius sit, quam illos tanta volupta-  
 » te et pravitate diligere, quanta diligeretur adultera.

## XXXVIII.

70.

Quae circa tam grave munus alocquitur S. Genevensis  
 Episcopus, sunt consideratu dignissima, et quia tanquam  
 summum illud suspiciebat, hinc etiam furissimè pluribus  
 suis ad vitam devotam capitibus de illis agit.

Statim ostendit, quod castitas sit omnium conditionum  
 seu statuum virtus. Est virtus conditionis seu status virgini-  
 tatis, quae magnam conscientiae teneritudinem requirit ad  
 removendas varias curiosas cogitationes, et ad resistendum  
 Sathanae suggestionibus, qui cum fere non possit, ut anima  
 aliqua voluptatem ignoret, conatur saltem illius Desideri-  
 um amoenis, quamvis falsis, idais, quas si de illa tribuit, exi-  
 tare.

Hac castitas est virtus conditionis seu status viduitatis,  
 quae magnas praecautiones requirit, non solum respectu praesentis  
 et futuri, sed etiam praeteriti, cujus idea semper pe-  
 riculosa imaginationem ferientes saepe pessimas improprie-  
 nes in anima relinquit.

## XXXIX.

Sed haec castitas, addit S. Franciscus Salesius, est  
 etiam in statu matrimonii absolute necessaria, non ut  
 conjugati priventur juribus fidei conjugalis, sed ut ea de-  
 finiantur, eorumque limites non excedantur. Equidem  
 verum est, inquit, quod status matrimonii per Christi gra-  
 tiam sanctificatus, is magnae utilitatis esse possit: sed ni-  
 misquam facile ab usu transitur ad abusum: et quemad-  
 modum videmus, quod multi divites injustè proximi bona  
 occupent, ita etiam multos conjugatos invenimus, qui cum  
 possint, et debeant corda sua ligere in objecto legitimo, in-  
 continentia, quae sine freno est, ad alienas voluptates ra-  
 piuntur.

Neque id sufficit. Si matrimonium quod institutum fuit partim ut esset remedium concupiscentiae, est aliquibus moderato um salutare, aliis hujusmodi non est, cum ad illud non afferunt moderationem et praecautiones quas sanctitas et honestas thori conjugalis exposcit. Unde magnus hic vir alibi dat monita conjugatis utilissima, atque hanc in rem comparatio utitur familiari, quae satis naturaliter mentem ipsius exprimit.

## XL.

71.

Cibus, inquit, est necessarius pro vita conservatione, et hac ratione cibi usus bonus est, imò etiam bonus est quamvis praecise hunc finem nobis non proponamus, sed duntaxat ut numeribus et officiis fungamur, ad quae Societas humana nos obligat. Quòd si horum munerum et officiorum gratia comedamus, id facere possumus cum suavi libertate, imò etiam cum quadam voluptatis specie. Equidem verum est, quòd talis finis ex se ipso non sit laudabilis et honestus, sed tamen est tolerabilis.

Comedere ultra appetitum est quidpiam magis vel minus malum, prout videlicet excipimus, qui consistit non solum in quantitate sed etiam in modo, est magis vel minus magnus. Denique est signum animae abjectae, rudis, et omninò animalis secum reputare cibos ante vel post refectionem, prout multi Stolidi faciunt, qui mentem semper habent in carnis, qui epularum voluptatem continuo praeveniunt vel revocant, et uno verbo quibus, quemadmodum ait Apostolus, Deus venter est: cum è contra, qui honesti sunt, de mensa non cogitant, nisi quando ei assident; et cum ab ea surgunt, manus lavant et os eluunt, ut nec saporem nec odorem ciborum amplius habeant.

## XLI.

Haec sunt proinde regulae juxta S. Franciscum Salesium, quae videntur communes temperantiae et honestatis thori conjugalis.

Certum est quòd usus jurium, quae Sacramentum tribuit, Societatis humanae propagationi necessarius, honestus sit et laudabilis. Neque etiam negari potest, quòd sit mutuum debitum cui sine mutuo consensu desisse non possunt.

Ne etiam cum molestia debitum istud sibi mutuo reddant, dignatus est Deus si quamdam voluptatem

alligare, sed simpliciter hanc voluptatem querere ex se ipso nec laudabile nec honestum est: multum est, si tolerabile esse dicatur.

Ut ut nihilominus cequus sit matrimonii iurium usus, in eo sunt salutis pericula, quae conjugati cum sapienti praecautione evitare debent, ne ullius peccati reos se faciant..... Honestas naturalis et christiana expetit, ne mentem suam commercio voluptario implicatam relinquunt, imò ut contentur quamprimum illam ab eo mundare, quatenus conservet libertatem necessariam ad occupationes honestiores et nobiliores.

Ad hoc hortatur S. Paulus Corinthios, quando ipse dicit: Sempus breve est; qui ergo habent uxores tanquam non habentes sint. Enimvero juxta mentem S. Gregorii, qui in matrimonio vivunt, ac si in eo non essent, hi conjungunt id, quod hic status naturalis habet cum spirituali christianismi. Qui utuntur hoc mundo sint quasi non utantur, addit idem Apostolus. Ergo omnes utantur hoc mundo, quilibet secundum suam vocationem, sed cum tanta alienatione, ut tantum libertatis et fervoris pro cultu Dei conservare possimus, ac si mundo non uteremur.

Et profecto hoc magnum est hominis malum, inquit S. Augustinus, quod fovi valit bonis, quibus sunt anati uti debet, et iis solummodo uti, quibus fovi debet: hoc intelligitur de iis omnibus qui relationem habent ad sensum et ~~rationem~~ <sup>rationem</sup> mentem. Ab eo qua ubi hunc ordinem inverlimus, atque iis fovimur quibus uti nos oportet, anima ut ut spiritualis sit tota animalis efficitur. Arbitror me ea omnia didicisse quae dicere volebam, imò quae dicere volebam, quin dicerem, intelligenda praebuisse.

### Supplementum.

Propter proclavas sententias et decisiones SS. Patrum et aliorum Auctorum, quas de matrimonio retulimus, posunt ea legi, quae de eo locutus est S.

\* Hom. 18. in  
72. Evangel.

Gregorius his inter alia verbis\*: Cum lasciviam et aliquam et lubricum videmus, admonendus est, ut conjugio frangere studeat iniquitatem suam, quatenus per hoc quod licet, discat superare, quod non licet. Cum conjugatum videmus, admonendus est, ut sic exerceat curam

saali, ne postponat amorem Dei: Sic placeat voluntati con-  
jugis, ut, <sup>non</sup> displiceat Conditori.

Idem Papa scribens ad quamdam nobilem matronam de  
multis casibus qui ipsi proposita fuerant, differens de ma-  
trimonio et modo quo in eo vivere oportet, haec eloquitur: Ani-  
mus christianorum conjugum et infirmus, et fidelis, qui et  
plena unita temporalia despicere non valet, ~~quos~~ et  
tamen aeternis se conjungere per desiderium valet, quam-  
vis in delectatione carnis interim jaceat. Superne spai re-  
fectione convalescat: et si habet, quae mundi sunt, in usu  
utinam, sperat quae Dei sunt in fructu preventionis, nec  
totum se ad hoc quod agit conferat, ne ab eo, quod robusta  
sperare debuit, funditus cadat; quod bene ac breviter Paulus  
exprimit, dicens: Qui habent uxores, tanquam non habentes  
sint; uxorem quippe quasi non habendo habet, qui sic per  
illam carnali consolatione utitur, ut tamen nunquam ad  
prava opera, a melioris intentionis rectitudine ejus amo-  
re fluctatur. uxorem quasi non habendo habet, qui transito-  
ria esse carnata conspiciens, curam carnis ex necessitate  
tolerat, sed aeterna gaudia spiritus ex desiderio expectat, et  
alias postmodum obligationes fusius adhuc expandit.

Ad Theotistam  
Patriciam de  
multis capitibus  
lib. 9. Epist. 39.

Admonendi sunt conjuges, ut suscipienda proles se-  
meminerint causa conjunctos, et cum immoderate ad-  
mixtioni servientes, propagationis articulum in usum trans-  
ferunt voluptatis, perpendant, quod licet extra non exe-  
ant, in ipso tamen conjugio conjugii jura transcendant.  
Unde necesse est, ut verbis exhortationibus moneantur,  
ut defleant, quod pulchram copulae speciem admixtis vo-  
luptatibus foedant.

Hinc est, quod peritus medicinae coelestis apostolus non  
tam sanos instituit, quam infirmis mandicamenta mons-  
travit, dicens: bonum est homini mulierem <sup>non</sup> tangere; prop-  
ter fornicationem autem unusquisque suam habeat ux-  
orem, et unaquaeque suum virum habeat. Qui anim for-  
nicationis metum ~~matrimonii~~ praemisit, profecto non stan-  
tibus praecipitum contulit, sed ne forte in terram ruerent, ce-  
lestium cadentibus ostendit: uxori vir debitum reddat, si-  
militer et uxor viro. Quibus dum in magna honesta-  
te conjugii aliquid de voluptate largiretur, paulo-

» post subdidit: Hoc autem dicit secundum indulgentiam,  
 » non secundum imperium. Culpa quippe esse inuitur,  
 » quod indulgeri prohibetur, ~~non~~ ~~proponit~~  
 » ~~proponit~~ Sed qua tanto citius relaxatur, quanto  
 » non per hanc illicitur quid agitur, sed hoc quod est licitum  
 » sub moderamine non tenetur. Mentem suam ex-  
 » ponit exemplo Job, et alia persequitur.

\* lib. i. in Job. c. 6.

Ubi ipsi sermo est de Job et Enoch\*, qui quamvis con-  
 jugati salutem consecuti et perfectissimi effecti sunt, ipsos  
 proponit valit exempla, qua imitari oportet per ma-  
 quam patientiam, per proxim bonorum operum, et con-  
 tinuam attentionem ad Dei presentiam.

S. Hieronymus scribens adversus Helvidium et Iovinianum,  
 solida et data de matrimonio difamit. Sanctus quoque  
 Augustinus in pluribus suis operibus hanc materiam  
 exhaustit.

Author libri, cui titulus Vita conjugatorum, plures  
 stabilit veritates, et eximia praebeat documenta post Pa-  
 tres et Concilia, qua in pluribus locis citat. Difamit de  
 eminentia et excellentia matrimonii, de fine, quem libi  
 proponere debent conjugati, de selectu personarum libi  
 conjugendarum, de obligatione, quam habent se mutuo  
 amandi amore sano et moderato, et de defectibus,  
 quos evitare eos oportet in amore quo se mutuo complac-  
 tuntur. Postea ostendit, quamnam educationem te-  
 neantur dare liberis suis, et quid agere debeant, ut chris-  
 tiana eos aducant atque in mundo collocant, servando  
 inter ipsos possibilem aequalitatem, nec ipsos in electione voca-  
 tionis, quam non diligunt, cogendo. Denique agit de obli-  
 gationibus maritorum erga uxores suas, et harum erga  
 maritos suos, de cura quam habere debent se mutuo in  
 suo statu sanctificandi, p.

Apud Patres Didacum Alvarez Ordinis S. Dominici me-  
 morabilia, et praestantes textus ex S. Scriptura  
 et aliis Aethoribus contra leguntur.

P. Busenus Iesuita Germanus lib. de Diversis hominum  
 Statibus, circa matrimonium ea refert, qua dici possunt de  
 ipsius dignitate et commodis, de tribus bonorum speciebus  
 qua in eo inveniuntur, ut sunt Sacramentum, fides et li-  
 beri; de ipsius proprietatibus, ut sunt consensus mariti et

inoris, indissolubilitas status ipsorum, benedictio eularia.  
Postmodum loquitur de impedimentis matrimonii, de  
gradibus consanguinitatis, et denique de incommodis et  
periculis matrimonii.

Apud P. Faber Jesuitam Germanum leguntur plures  
exhortationes nuptiales, ubi matrimonii Christianis adap-  
tat caeremonias quae apud veteres in usu erant. Consulaban-  
tur augures et falsa numina: ac inde ostendit verum Deum  
esse consulandum. Sponsi et sponsa sibi coronas impone-  
bant mutuosque honores exhibebant. Neompta coloris flam-  
mei velum gestabant. Tres amoris Deae invocabantur. Ex  
his et aliis pluribus caeremoniis praecelara informandis conju-  
gatorum moribus documenta promit, illarum superstitio-  
nes annotat, sed simul ostendit, quid illae figurae signifi-  
caverint, et ex iis praestantia, ut diximus, pro conjugatis do-  
cumenta eruit.

### Misericordia Dei,

Optimus agendi modus in conversione peccatorum,  
et in oeconomia nostrae salutis. Gratia quas  
ab ipso accipimus et ipsius circa nos consilia.  
Fiducia et timoris affectus, quos nobis inspirat.

#### Sermo Primus.

In novissimo die magno festivitatis stabat Jesus, et cla-  
mabat dicens: Si quis sitit veniat ad me et bibat. Joan. 7.

Hominiibus defessis et sub oneris sui pondere incurva-  
tis dicens: Venite ad me vos, qui laboratis et onerati estis,  
et ego reficiam vos: Egrotis, quibus diuturni morbi om-  
nem ferme sanationis spem ademerunt, dicens: Habete  
fiduciam in me, ambulata et tollite grabatum vestrum:  
Viatoribus, qui sub ardenti canicula pro siti languent, di-  
cere: Venite ad me et bibite. Hoc est, Auditores, quod nun-  
quam conipere possemus, nisi S. Scriptura sub his figura-  
tis verbis infinitam Dei misericordiam nobis exhiberet,  
qua nostri gratia suavissima nomina aspernit, et tenor-  
inis invitationibus nos hortatur, ut in variis necessita-  
tibus nostris ad eam confugiamus.

Si peccatorum nostrorum onus pondere illo luti et  
lateris sub quo filii Israel gemabant, longe gravius nos  
premit, Venite, dicitur nobis, et ab eo levabimini. Si  
mala consuetudo nos in luto inequitatum nostrarum  
nos detinet, nobis media suppeditantur ab illo surgendi,

73.

Pro feria secunda  
5. hebdomadae  
quadragesima.

et post diutinam paralyssim novas vias recipimus.

Olim dicebatur patribus nostris: coelum non ultra vobis dabit aquam, frustra eam in fluvio quæretis, hi enim omnes siccabuntur, fluvius siccabitur. Frustra ex defectu fluviorum ad mare curratis, illud quippe prorsus aridum invenietis, arescet mare. Frustra deficientibus fluvio et mari juncos manibus premetis ad trahendum ex eis succum, qui vos refrigeraret, nihil in eis invenietis, arescet juncus de mari.

Deo sint grates, hæc modesta tempora efflunare. Christus Jems studio ultimam diem, quæ apud Judæos magni alicujus festi solemnissima habebatur, eligit, ut copiosa multitudo sine eum circumstanti diceret: Si quis ex vobis sitit, ad me veniat et bibat. Invitatio admodum suavis et consolatoria, quæ hinc nobis exuperantiam divina erga nos misericordie significat, illinc verò sollicitudinem, quam habere debemus compendium faciendi ex gratiis quæ ipsa nobis offert; me exemplo, et est totum sermonis hujus argumentum.

74. Divisio

Misericordia divina nos vocat, nos invitat, nos urget, ut ad eam confugiamus: ergo vult conversionem nostram et salutem; prima propositio. Hæc misericordia prætenbit, ut siti nostræ justificationis proferri eam accedamus: oportet ergo ut nos ipsi conversionem nostram et salutem velimus, secunda propositio. Capitane modo quid significant mystica hæc verba: Si quis sitit veniat ad me, et bibat?

ut ut enormia sint peccata, quæ perpetrastis, misericordia Dei tam magna est, ut ea ultro vobis indulgere velit et salutem impertiri; en unde animus vester erigatur. Sed ut ut magna sit Dei erga vos misericordia, nunquam vobis peccatorum vestrorum veniam indulget, nisi eandem remissionem ab ea postuletis, atque re ipsa salutem vestram operam detis; ex quo circa munera vestra eundem diamini. Misericordia Dei, et fidelitas hominis, in his duabus tota prædestinationis et salutis oconomia consistit.

Parti ma  
75.

Ergone verum est, Fratres mei, quod Deus sinere salutem nostram velit, quod ut ut enormia sint peccata quæ commisimus, ipsius infinita misericordia nos invitat, ut ad eam confugiamus, quæ ea nobis indulgeat, et salutem impertiat?

Ut hæc de re rectè judicemus, nec impium Manentem consulamus, qui duo suprema principia statuit, unum boni, mali alterum; nec Severum Novatum, qui post re-

missa prima peccata nullam amplius remissionem agnos-  
cit; nec haereticam Calvinum, qui saepe ad duram pe-  
ravendi necessitatem damnat fatales victimas Superioris  
cujusdam et inexorabilis voluntatis, quae sine ulla alia  
quam arbitratus sui ratione ipsis pro lubitu mala infert.

Quantum esset nostrum infortunium, si nobis res inter-  
caderet cum partiali Divinitate, quae se totam aliquibus  
daret, aliis vero se totam reusaret; vel cum Divinitate in-  
flexibili, quae per primam nostram inobediantiam offensa  
pro nobis nullas amplius haberet gratias; vel cum Divinitate  
cavillatrice, quae ut ex nostra infirmitate caperet oblec-  
tamentum, certas leges nobis imponeret, quas nullatenus ser-  
vare possemus, et quae una manu nos ad se trahens, simul  
altera repelleret.

Silii hominum, quod fucati et dolosi in verbis vestris  
sitis, quod promittatis id quod facere non potestis, vel non  
vultis; quod sub blanda specie cor duplex et malignum  
occultatis, id ego non miror, nihil enim ita ambiguum,  
nihil minus sincerum ac verba vestra.

Multum promittere, et fave nihil agere, laboriosa ob-  
sequia cum severa auctoritate exigere, eos, qui illa vobis  
praestant, arroganter contemnere; jura vestra totis viri-  
bus tueri, aliena vero negligere; callidis amicitiae tes-  
tificationibus illos circumvenire, qui fidei vestrae cre-  
dunt; ipsos oblivisci et derelinquere in urgentibus suis  
necessitatibus: haec saepe vestra indoles est.

Sed Deo imputare quod homini, in cujus bona fide qui-  
escere possemus, adscribere non auderemus; credere quod  
ipsius misericordia nobis promissa salutis det, quibus ta-  
men stare nolit; quod nos invitet, ut ad ipsius ostium pul-  
semus, et tamen nunquam illud nobis aperire decreve-  
rit: Quanta impietas! Quanta blasphemia!

Quidquid in Deo est, veritas est, Desineret esse Deus, u  
nisi promissis suis fidelis esset. Quando igitur nobis dicit, u  
quod nolit mortem peccatoris, sed e contrario, ut converta- u  
tur et vivat: Quando invitat Jerusalem toties dilectam u  
et toties ingratis dicens: convertere ad me, et ego conver- u  
tar ad te: Quando exclamat: convertimini et salvi eritis. u  
Quando ad Ephraim dicit: non agam tecum sicut egi u

» cum Elviam et Adama, non prebabo aures furori et ira mea.  
 q. hinc Quando Dominus talisque aequè validis verbis, quibus Sain  
 libri abundant se explicat, qualem Deo ideam nobis effor-  
 mamus? Putatisne eum velle stare promissis suis? an verò  
 nos circumvenire?

Quòd nos circumvenire velit, quid hoc simile habet, et  
 quòdnam inde commodum acciperet? Quid timere posset,  
 et si nobis diceret, se de nobis, quòd ipsi plamarit, factu-  
 rum, nos data opera damnaturum; an tunc nostrae mu-  
 murationes ac imprecationes ipsius quietam turbarent?  
 an propterea minus felix, minus magnus, minus tran-  
 quillus esset? Domine quis tibi imputabit, inquit Sapi-  
 \* c. 12. v. 12 et 14. ens, Si perierint nationes, quas tu fecisti. Neque Rex, ne-  
que tyrannus in conspectu tuo inquirent de his quos  
pandidisti.

77.

Deus ergo, qui dicit, se conversionem et vitam nostram  
 velle, eam sincere vult, idque verbis adeò claris testatus  
 est, ut in dubium vocari haud possit, nisi quis hinc men-  
 tem suam ultrò obsecrare malit. Hinc nihilominus vult  
 hanc, atque hinc compellari mihi videor, quòd si vult  
 omnes homines salvos fieri, et si Jesus Christus pro ipsis  
 omnibus mortuus est, quid sentiamus de tot infanti-  
 bus sine Baptismo à vitâ migrantibus, totque infide-  
 libus, qui nec Deum, nec suum, quem in mundum misit, fi-  
 lium ~~deum~~ agnoscunt?

Quin referendis hac de re iis, quae SS. Patres et Docto-  
 res orthodoxi eloquuntur, immorer, illis ommissis, sufficit  
 à vobis discutari, quòdnam emolumentum ex hujusmo-  
 di questionibus capiatis? et num ab eo tempore quo cum  
 tanto ardore agitata fuerunt, homines probiores effecti  
 fuerint?

Grates Dei misericordiae, quae vobis per Baptismum  
 primam coeli januam aperuit, non estis in horum infan-  
 tium specie. Grates Domini misericordiae, quae in Ecclē-  
 sia Catholica sine vos nasci fecit, extra quam nulla  
 salus speranda est, ex horum infidelium numero non  
 estis: quid ergo circa aliorum reprobationem solliciti estis?

Quàm proclaram fuisset audire Jacob, quem Deus dili-  
 gebat, acriter disputantem de sorte Esaii, quem idem Deus  
 oderat. Tota demtaxat illius occupatio erat, ut Deo pia  
 obsequia sua exhiberet aequè tranquillè super lapidē

bus in medio vasti campi dormiens ac si in molli strato cubaret.

Quam proclarum fuisset audire quinque prudentes virgines amaris contentionibus quarerentes, cur quinque fatuae nuptiarum aulam unacum ipsis non intrassent: Sufficit ipsis lampadas suas ardentes habere, et tam parum de sociarum suarum infortunio fuerunt sollicitae, ut in tota parabola serie non videantur amplius de illis cogitasse.

An à tempore harum longarum contentionum super praedestinatione et reprobatione hominum, super gratiâ, p. charitas et pietas novos progressus apud nos fecerunt? Ut ut suspici mereantur magni viri idi, quorum docta lucubrationes adeo celebrata fuerunt, an non plebs, quae familiaris et admodum idoneâ institutione indiget, ipsis dicere possit: Nobis, qui sumus pauperes ovis, aures vestrae disputationes sunt inutiles. Maximo dumtaxt nos obstringetis beneficio, si ad pingua pasua ducatis, nobisque sine ulla ambiguitate post Christum Iesum supremum Pastorem nostrum dicatis: Si quis sitit veniat, et bibat, si nos exhortemini ad collocandam in misericordia Domini totam nostram fiduciam, qui ultro nos convertere ac salvare vult, cum sua gratia adjuvi nosmet inter illius brachia conijcimus.

profecto quò magis hujus divinae misericordiae in oeconomia salutis hominum agendi modum contemplantur, eò magis animadvertimus, quòd bona sua voluntatis signa ipsis tribuat. Ipsos ~~beneficia sollicitudinis praesertim;~~ cum longâ patientiâ expectat; primum signum. Ipsos beneficia sollicitudinis praesertim; secundum signum. De ipsorum reversione latatur, ipsosque in omnia jura sua restituit; tertium signum: Sufficit mihi paucis verbis vobis hominem relinquerem ipsam.

Peccator nimis diu jam in viis spatiosis, quae ducunt ad mortem errans, si in eis non peristi quemadmodum innumeri alii, tum idè, quia misericordia Domini te semper expectavit. Non obstantibus tuis ingratinibus, infidelitatibus, rebellionibus, Deus ista fatigatus sedit super crupibinem putei Jacob, cum tenera impatiantia donec eum accederes velut mulier Samaritana, atque ab ipso peteres aquam illam salientem usque ad vitam aeternam.

Non obstantibus tot peccatis infamibus et enormibus, quorum clamor, sicut Sodoma et Gomorha, ad coelum usque ascendit, patientissimus Deus ista dixit, Se descensurum et visurum; ferè sicut vir mitis et indulgens, qui ne proproperè perdat illos, qui ignem offenderunt, studet cohi-

tere et sedare passionem suam. Modò vix ea vidit, qua de  
suo inimico ipsi referuntur, modò clariorem desiderat noti-  
tiam, et ut majorem certitudinem habeat, ipsemet novam  
instituit disquisitionem; et tandem ubi comparit se ve-  
rà ab ipso injurià affectum fuisse, consulit amicos eiusque  
cor suum aperit, ut videat, num ei indulgendi locus non sit.

Dissimulas peccata  
hominum propter  
poenitentiam.  
Sapientia II.

Eos qui exarant  
corripis, et de quibus  
peccant, admones  
et alloqueris, ut re-  
vertant in Deum. Ibid.  
Tu autem Domina-  
tor virtutis, cum  
tranquillitate ju-  
dicas, p. Ibid.

quantum  
Jon. 4.

Talis est o peccator! Deum eo quod per accuratam com-  
parationem de Deo nunquam dici posset! Talis prope modum  
est ipsius misericordia erga te agendi ratio. Si opus est ut dissi-  
mulet, atque fingat se non videre ea, que videt, ut tibi spa-  
tium poenitentia tribuat, tunc dissimulat. Si opus est! achi-  
novam notitiam quaereret! ut te moneat, et alloquatur, quò  
à tuis aberrationibus revertus iniquam tuam vitam deseras, id  
agit. Si opus est ut, quamvis eo momento, quò illum offendisti,  
te punire posset, te expectet, et cum admiranda tranquillita-  
te judicat, id agit.

Quò Ninivita devenissent, nisi divina misericordia ipsis qua-  
draginta dierum prorogationem indulgisset? Immeritò id in-  
dignatur Jonas; Sic enim ei respondetur: Tu dolas super he-  
teram in qua non laborasti... qua sub una nocte orta est, et  
sub una nocte perit: et ego non parciam Ninive civitati magna  
in qua sunt plusquam triginti milia hominum, qui sunt opus  
manuum mearum? Ferrus est impatiens, inquit S. Thomas  
de Villa nova, et Dominus nihil praeproperè agit. Ferrus  
postulat, ut populus iste pereat, quia peccavit, et Dominus  
expectat, ut delictorum suorum agat poenitentiam, quò oc-  
casionem nanciscatur illi ea remittendi.

Quò devenisset Magdalena, si praematura mors ei occa-  
sionem praeripisset suavis illis in Jesum Christum amo-  
ris ~~ostentibus~~ artibus flagrandi, qui ei peccatorum suorum  
remissionem conciliarent? Immeritò Simon Phariseus,  
qui is offenditur, ait, quòd si propheta esset, non permette-  
ret se ab hac muliere peccatrice tangi: È contrario, quia  
propheta est, atque novit felix Magdalena conversionis  
momentum, ideo eam expectat, atque ad se accedere sinit.

79.

\* Epist. 2.

Hic misericordia Deus ulterius adhuc progreditur, or-  
dens desiderio gratias suas effundendi, obviam pergit pecca-  
toribus, qui non nisi odium et derelictionem ipsius merentur;  
mira agendi ratio, inquit S. Paulinus, et nova hominibus  
causa humilis in ipsius bonitate fiducia!

Quando Deus vult vindictam sumere de peccatoribus, tardus  
est ad eos puniendos, et quando vult illos convertere, festinat  
ad eos venire: Cum irascitur in eos, differt, ut puniat: cum  
misereatur, preparat, ut absolvat. Sex solummodo dies

impendit ad educandas ex nihilo creaturas; et septem vult habere, antequam unius solummodo civitatis muros destruat. Quanta caritas in exercitiis sua justitia! Quanta festinatio in communicatione suarum gratiarum!

Cernitine quam teneram impatientiam pius pater familias filio prodigo obviam currat, eumque amplectatur? Si id vobis admirabile videtur, en rationes, quos hoc de re SS. Doctores afferunt. Vult namque ipsius gratia id agere, quod filius iste nunquam posset nisi preveniretur, nempe festinatione sua obstacula illa removere, quae nascentia ipsius consilia et proposita inutilia reddere possent; vult excitare ipsius fiduciam et animum gratuitam et beneficam praesumptionem. Admiramini, quomodo brachia sua extendat, quomodo in ejus complexum insiliat, quomodo illi sinum suum ostendat, quomodo illi cor suum aperiat, ut hisce consolantibus tenera amicitia testificationibus ipsi palam faciat, quod verè sit ipsius pater.

Sub hac figura, ô mi Deus! te ipsum ultro adumbrare et exprimere voluisti, ut omnem diffidentiam et desperationis causam nobis adimeres; ut nobis palam faceres, quam magna sint abundantis misericordiae tuae in nos effusiones. Si à te recedimus, tunc ipsa nos vocat. Si ad te convertimur, ipsa nos prevenit et amplectitur. Si sumus desideriosi, ipsa nos excitat; si afflicti, ipsa nos consolatur; si ignorantes, ipsa nos erudit; si vacillantes, ipsa nos firmat. Si in virtutum praxi adversa nobis sustinenda sunt, ipsa nobis animum addit; si inimici debellandi, ipsa nobis fert opem, nos sustinet, ac sicut bonae voluntatis suae protegit.

Quam bona est divina voluntas! quam amabilis! quam suavis! Non solum expectat peccatorem, non solum ei obviam pergit, eumque invitatur ut ad eam veniat per omnia media de quibus proxime vobis locutus sum; sed etiamnum laetatur de ejus reditu, et quamprimum conversus est, eum in omnia sua jura restituit.

An non bonum Pastorem admiramini, qui recuperatam ovem suam, vult ut amici sui una secum de hoc laetentur? Mulierem, quae denario inventam drachinam suam, vicinas suas vocat, easque invitatur, ut laetitia sua participes fiant? Verum si harum parabolarum sensum

prospicitis, an non merito longe magis misericordiam di-  
vinam admirari debetis, quae sub his figuris se adumbrat  
et exprimit, ut omnino aperte nobis palam fauat, quan-  
to gaudio illam afficiat reditus et conversio maximorum  
peccatorum?

Christus Jesus non dicit, prout ingeniose advertit Doctor  
\* opusculo 63. Angelicus\*, Christus Jesus non dicit, sed hanc drachmam  
47. amisse, sed invenisse; non dicit se sanguinem suum  
et vitam dedisse, ut eam sibi compararet, sed loquitur  
ac si solo eam querendi <sup>labore</sup> ipsa illi statisset.

Christus Jesus non dicit, se se coelo descendisse, ut  
post ovam perditam curreret, quod defatigatus nec non  
consumptus fuerit, ut illam in suis aberrationibus quereret,  
sed ait duntaxat se illam invenisse, et quod domum re-  
dux factus gavisus sit amicos suos sibi de ipsius recupera-  
tione gratulatos fuisse.

Si haec drachma felicitatis suae sensum habere potuis-  
set, tunc ipsam gaudere debuisset, se inter scoparios et  
pulverem non amplius versari. Si haec ovis potuisset co-  
gnoscere commodum suum, quod ad causam reversa fue-  
rit, ipsa se felicem aestimare debuisset, quod tam op-  
portunum azilum nacta fuerit adversus temporum  
injurias et avidam carnivororum luporum furorem. Sed  
nos qui fide et ratione illustrati, quid nobis profici-  
um sit cognoscimus, laetitia et gratitudinis sensus ha-  
bere debemus, quod Deus, qui se iustitia sua duntaxat  
auros praebere voluisset, in sordibus et aberra-  
tionibus nostris nos reliquisset, nos inde per suam  
infinitam misericordiam extrahere ultro volue-  
rit.

Attamen, quis id crederet? ipsemet se reditu  
et salute nostra laetatur. Ipse Angelos suos vocat,  
ut ei de nostra recuperatione gratulentur, atque  
una cum ipso laentur ob gratias, quas nobis clar-  
gitur: ac si homo esset Dei Deus, ac si gloria et sa-  
lus Creatoris à creatura penderet, atque si <sup>non</sup> illa ipse  
felicis esse non posset. Quasi homo Dei Deus esset,

et sine ipso beatus esse non posset.

Ipse est, qui filium prodigum in prora sua jura restituit: cito, inquit, proferte stolam primam et induite illum, et date anulum in manu ejus, et calceamenta in pedes ejus, et adducite vitulum saginatum, et occidite, et manducemus et epulemur. Verba consolatione plena! et, prout ajunt SS. Patres, mira misericordia Dei erga peccatores agendi ratio!

Stola Baptismalis quam peccatis suis foederaverant, demum candorem suum sumit, quem aqua poenitentiae eis restituerunt, et haec est Stola illa, qua ut ipsis affaretur vult benignus Paterfamilias. Suis iniquitatibus coeleste foedus infamiam affecerant, et Sani reconciliationis ipsorum Ministri eis jussu Supremi Mediatoris anulum, qui novi sui foederis signum est, tribuunt. Pades ipsorum ad suam perniciem nimis leves, et ad suam salutem nimis graves à recta viâ deflexerant, et ipsis calceamenta dantur, ut progredi valeant, donec ad montem Domini pervenerint. Denique suis diutinis et enormibus sceleribus se indignos effecerant participationis Sacramentorum; et ubi revertuntur ad sacram mensam recipiuntur, in qua Salvator, qui omnes convivii sumtus facit, se ipsum eis in cibum dat.

Haec nobis plusquam nobis sufficere deberent, ut indueremur ad colloquendam omnem fiduciam nostram in Domino, qui nobis tot et tantas gratias impartitur: sed meminerimus nos eisdem respondere debere. Ipsius misericordia, qua nos expectat, qua nos prevenit, qua nos urget, vult nostram salutem, nobisque media ad eam subministrat: sed nostrum est, ut etiam illam valeamus, omnemque conatum adhibeamus, ne gratias, quas ipsa nobis offert, inutiles reddamus.

Quando legimus, quod David profusus desiderio salutis suae à Deo in favore precum suarum postulat, ut ipsius misereri velit juxta legem suam; De lege tuâ miserere mei: ex his verbis nihil aliud colligere possumus, quam quod ait S. Ambrosius, nampe quod in agendi ratione infinita misericordia sua certa quadam lex continetur, cui nos subicere debemus, si eam nobis propitiam reddere debemus cupimus.

Parz. da  
81.

Porro lex ista secundum hunc S. Doctorem est conjunctio voluntatis humanae cum divina. Vult nos salvare, id et nos velle debemus. Nos vocat, ei respondere nos oportet. Nobis Operi manus porrigit, ei nostram dare debemus. In recta via nos collocat, vult ut in ea ambulemus. Una harum voluntatum non sortitur suum effectum nisi conjunctim cum altera. Voluntas divina opus inchoat, dirigit, et perficit, humana vero huic primae causa subiecta et conjuncta debet operam suam conferre ad impletionem ipsius consiliorum et ad tam gravis negotii successum.

82.

Sed quamnam voluntatem exigit? an remissam et languidam; cor lentum, grave, tardum? Verum an sic ardentibus misericordiae ipsius desideriis responderetur? An exigit voluntatem fluctuantem et divisam, semicor quod se ex una parte donans, ex altera vero sibi quadam occulte observat? Sed an sic responderetur magnificentiae istius misericordiae et ipsius veniae plenitudini? Deus vult nobis secundum legem suam misericordiam impertiri, adeoque primum ac principium munus nostrum est ipsius desideriis per nostra respondere. Humilitate quid haec de re Christus Dominus in hoc dierno Evangelio dicat, Siquis sitit, veniat ad me, et bibat: fontes aquae vivae fluent de corde ejus.

Non, non, gratiae quas ipsius misericordia nobis largitur non sunt similes mortuis aquis illis, quae in suo alveo quiescunt atque immotae manent; amant diffundi et animam in qua sunt, agitare atque tribuere nobiles et generosos impetus, quibus usque ad vitam aeternam attolluntur. Haec gratia principii sui naturam participant, et quia usque ad nos per Jesum Christum veniunt, ipsius charitas inquit Apostolus, nos urget, ipsius Spiritus, addit idem Apostolus, nos impellit, ut sanctam hanc impulsivam sequi festinantes mereamur inter filios Dei reconseri; quibus spiritu Dei aguntur, hi sunt filii Dei.

S. Anselmus et S. Thomas ad haec S. Pauli verba ingenuitate animadvertunt, quod ipsi non sufficiat dicere, veros Dei filios ab ipsius Spiritu duci, illum eis rectam viam monstrare, atque in ea faciem praefere, eis consulere, eorum dubia solvere: equidem omnes hi effectus in eis operatur. Sed hoc ei nondum sufficit.

Naque eidem Apostolo satis est dicere, quod isto timore Spiritu, qui eis subita mortis pericula, et formidandam

Judicii severitatem ob oculos ponit, intra justos suorum mun-  
 rum limites contineantur: quamvis in eis salutare has  
 agitationes procreet, ultro tamen progreditur, ut ma-  
 gnum infinitae bonitatis suae opus dirigat et perficiat.  
 Hic enim Spiritus ipsos animat, excitat, impellit, abripit.  
 Sine illo in ignava inertia et frigida cordis suspensione  
 permanerent: sed illos movet, agit, illorum quietem  
 perturbat. Illorum indolentiam et teporam suscitatur. Non  
 solum illis bonum quod agere debent, ostendit, sed ad illud  
 agendum ipsos adigit. Non solum ipsis dicit: ecce quod bonum  
 est, et quod à vobis desidero: illos impellit, ut illud aggre-  
 dianter; Spiritu Dei aguntur.

Num per hoc voluntati nostrae vim aliquam infert? non  
 procul dubio. Illam impellit, sed ut agat, nec otiosabit,  
 inquit S. Augustinus, Illam impellit, sed ut animata et robo-  
 rata per gratiam hujus dominantis et fortis Spiritus impul-  
 sionem sequatur, qui eam non cogit ut viam, quam non dili-  
 git, eligat, sed facit duntaxat, ut in illa, quam ei proponit, am-  
 bulet.

Quanta jam nostra infidelitas et infortunium, quando  
 ita solertes et fervidi ad prosequenda inania commoda, tam  
 languidi sumus et frigidi in illo magno negotio, quod solum  
 nos occupare deberet! quando cum ardore consilia viri, qui  
 nos protegit, atque viam nobis ad divitias acquirendas star-  
 nit secundantes, cum tanta indifferentia et torrida res-  
 pondemus divina misericordia consiliis, qua nobis suos the-  
 sauros aperit, atque hortatur ut ex iis hauriamus.

Ergone non nisi debilia et languida erunt nostrae con-  
 versionis et sanctificationis desideria, dum tanta sollicitu-  
 dine et calore passionibus nostris satisfacimus, omnesque  
 effrenata cupiditatis motus sequimur? An unquam talis  
 cocitas fuit? Summus divites quia divites fieri vehementer  
 cupimus; et an ad hoc nobis simplicia sufficiunt consilia? an  
 non è contrario cum inquieta vigilantia inquirimus omnia,  
 qua ad accelerandam vel augendam fortunam nostram apta  
 judicamus? nil ita abjectum, quod non amplectamur, nulla  
 voluptas cui non renunciamus, nil ita indignum quod non  
 toleremus: accur? quia nobis ultrò persuasum habemus,  
 quod frustra divites esse desideravimus, nisi ex occasione  
 et bona certorum quorundam patronorum, qui nos prove-  
 hunt voluntate compendium facere studeremus.

\* Lib. de corrupt  
 et grat. c. 2.  
 et Jacm. 19.  
 Jacm. Apost.  
 c. 19.

83.

Equid ergo, an indignius tractaremus Dei gratias beneficii et potentis Protectoris huius qui nos invitat, ut ad eum in nostris necessitatibus confugiamus, sed qui simul nos monet, ut cum sollicita fidelitate sua erga nos misericordia consiliis respondeamus?

Si eis sincere respondere animus est, dicemus cum Davi-  
de: num coepi, Dentora Altissimi mutavit mentem et cor meum; ego etiam mutō opinionem et desideria mea. Nobis exprobrabimus menses et annos illos, quos transegimus ducentes vitam ethnicam, et Domino cui servimus, indignam servorum habentes, quod nihil ita cordi nobis esse debeat, quam ut opportunè salutis occasionibus, quas misericordia nobis offert, utamur, omnia ad sanctificationem nostram idonea media adhibeamus modò per mortificationes et austeritates voluntarias, modò per humilem resignationem ad coeces, quas Deus nobis immittit, modò per assiduas orationes et frequentem Sacramentorum usum.

\* lib. i. confess.  
c. 4. et 5.

Uno verbo, omnem impendemus operam, ut nobis utiles efficiamus gratias Domini, cum S. Augustino recens converso\* dicamus: Exita me Domine, impelle me, trahere me, ut curram post odorem unguentorum tuorum. Dic mihi sicut Zachas: festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere. Equidem verum est, quod angusta sit domus anime mea ut te recipiat, et quod in me mille res reperiantur, quibus offendi, et, si ita loqui fas est, deturari possis; sed nullus alius præter te illius ruinas reparare, illam ornare, nec non ad te capiendum aptam efficere valet.

En Christiani primum ac præcipuum munus vestrum, si misericordiae Dei ardori respondere studio vestro cupitis. Sed meminere etiam, quod cum hac misericordia se totam vobis tribuat, atque omnia peccata vestra vobis indulgeat, secunda vestra obligatio sit, ut sine ulla exceptione, sine ulla interruptione, sine ulla conditione vos totos ei donetis.

Non amplius estis filii ancilla, sed liberi. Estis de illo gente sancta, et Regali sacerdotio illo, quod sibi Deus elegit. Quidquid ipsemet est, quidquid habet, suam divinitatem et humanitatem, suam animam, carnem, et sanguinem. Hæc sunt inquit S. Augustinus\*, pretiosa pignora

\* In Gal. 148.

illa, quæ ultrò vobis reliquit; tales arbas accipitis. An-  
 go misericordie tam liberali, tam magnificæ, tam prodi-  
 gæ tribuetis non nisi cor divinum, voluntatem fluctuan-  
 tam inter bonum et malum, inter Creatorem et creatu-  
 ram, inter Decretas humanas et munera Religionis?

SemiChristianus non est verus Christianus, debet, ut  
 cum Apostolo\* loquar, esse integer, perfectus et in nullo de-  
ficiens. Talis debet esse in omnibus, in mente, in corde, \* 1. Thesol. 3.  
 in desideriis, in actionibus, in verbis, in colloquiis, in ves- v. 23.  
 tibus, et moribus suis, in domo sua, at in locis publicis, sive  
 quidpiam agat, sive quiescat, sive orat, sive ambulet, in ad-  
 versitate æquè ac in prosperitate, in tempore ariditatum  
 et languorum spiritualium æquè ac in suavis unitionum  
 et consolationum divinarum momentis; integri, perfecti,  
et in nullo deficientes\*.

\* Jacobi 1.  
v. 4.

Quando Sponsa fidelis in memoriam suam revocat li-  
 beralitates, blanditias, bonitatem, magnificentiam Spon-  
 si sui, intus et foris quatit, quod ipsi offerre possit, nec  
 non in suavissimis amoris sui impetibus exclamat, Dilac-  
tus meus mihi et ego illi: et Sponsus iste, qui intima  
 anima et secretissimas affectiones cordis ipsius novit,  
 eâ duntaxat ratione illam Sponsam, Sororem, columbam,  
unicam, dilectam suam vocat, quia ipsam totam pulchram  
 et sine macula invenit, quia non modò ipsius oculi et  
 vultus, sed etiam quod in ea latet illum demulcet,  
 absque eo quod intrinsecus latet.

Utinam Christiani, oculis Dei æquè grati esse  
 possimus, atque in nobis tam castam invenire unita-  
 tem! Utinam cum tam præclaris affectionibus respon-  
 dere valeremus consiliis quæ respectu nostri foret! Sed  
 quia sine ipso nihil possumus, adæamus cum humili  
fiducia thronum gratiæ ipsius, dicamusque ei cum  
 eximio quodam viro sancto\* Divine Jem, qui eos qui  
 perierunt, redimis, et salvas eos, quos redemisti: ad-  
 vande Salvator, qui es asyllum afflictorum in hac la-  
 crymarum valle gementium, fortitudo debili-  
 um in ca laborantium, consolatio poenitentium post te cur-  
 rentium, corona iustorum sub te et per<sup>to</sup> triumphantium,

\* Habr. 4.

\* S. Aug. libri,  
Confess. c. 4.

fons perennis gratiarum quas cuncti accipiunt: O quam bonus et suavis es is, qui se inter brachia tua conficiunt! Tu illos sustines in suis languoribus, eos sublevas in suis oppressionibus, ipsis obviam pergis in suis aberrationibus, eos redeuntes cum gaudio suscipis, eos in suis calamitatibus protegis, eos de novo creas et gratiarum tuarum abundantiam perficis.

\* S. Aug. medit.  
6. 10.

\* Equidem his gratis sumus indigni, sed tu amore et obsequio creaturarum quas redemisti indignus non es. Da nobis igitur Domine, unde tu dignus es, et tunc id, unde nos sumus indigni nostrum meritum efficiat. Fac ut casemus te offendere, prout cupis, ut non amplius te offendamus, ut omnibus nostris numeribus erga te defungentes, tibi serviamus, et te amemus. Sustine nos, conserva nos, rege nos usque ad ultimum vite nostrae momentum, ut somnum mortis nostrae excipiat dulcis requies, ut haec requies sit secura, immutabilis, aeterna.

### Misericordia Dei.

Ipsius agendi ratio in conversione peccatorum, et clemencia nostra salutis: gratia quas ab ea accipimus, et ipsius circa nos consilia: fiducia, et timoris affectus quos illa nobis inspirat.

### Sermo Secundus.

Multi ab oriente et occidente venient, et recumbent cum Abraham, Isaac, et Jacob, in regno caelorum: filii autem regni ejicientur in tenebras exteriores. Matth. 8.

Si consideremus varias ideas, quae omnibus saeculis de Deo formatae fuerunt: quis non dicat, Auditores, quod plerisque hominibus evenerit, quod pueris illis, qui extra domum paternam nutriti tam parum patrem suum noverunt, ut advenam cum esse arbitrentur?

Stoicus ut Dei providentiam destrueret, ejus loco immutabile fatum quoddam substituit; Peripatheticus eum Regem fecit fastidiosum et superbum, qui caelestibus rebus unice occupatus, eas, quae mundi hujus inferioris sunt, parum curat, aut de iis parum sollicitus est; et idololatra loco boni et unice supremi Domini sibi plures malos affinxit.

Si qui, in sinu verae Religionis nati, malius illum

867

Pro Dominica tertia post Epiphaniam, item pro feria sexta ante Dominicam; in manibus Quadragesima.

cognoscere deberent, sapia falsis, quas sibi de illo effingunt idem  
 is abduci, in deplorandos labuntur errores. Sunt, inquit S.  
 Bernardus, quos cogitatio solius divinae justitiae omni  
 misericordia et commiseratione spoliatae in desperatio-  
 nis abyssum conjicit: et sunt multi alii, quibus demulcens  
 idem, quam sibi effingunt de misericordia quadam justitiae  
 jura destituta, pravam ac perniciosam tribuit se-  
 veritatem.

Ne in ullum horum errorum labamur, audiamus quid  
 Jesus Christus nobis in Evangelio dicat.

Nobis declarat, quod plures venturi sint ab Oriente et Occi-  
dente, et locum suum habituri sint in Regno caelorum.

Laudamus in hoc et extollamus infinitam misericordiam suam con-  
 silia, et omnem fiduciam nostram in ea collocemus; pri-  
 mum documentum circa haec prima Evangelii verba. Filii  
Regni ejiciantur in tenebras exteriores. Adoramus cum tre-  
 more formidanda justitiae suae judicia, pavescamus et humi-  
 liemus nos sub ultrice manu sua; secundum documentum  
 circa haec alia Evangelii nostri verba.

Equidem haec ambo sermonis hujus argumentum consti-  
 tuerent, nisi jam in praecedenti examinasset vias et con-  
 silia misericordiae Dei circa salutem nostram oeconomicam.  
 Hinc ne quidquam amplius de iis loquamur, his ultimis  
 circumstantiis iustitiae immoremur, quae tanto insolenti-  
 ores sunt videntur, quod ipsimet filii Regni sint ibi, qui  
 ejiciantur in tenebras exteriores: filii, qui cum plures  
 gratias à misericordia Dei acceperint, tanto severius ab  
 ipsa punientur: filii, qui quò magis dilecti, eò magis in-  
 grati, severius etiam subibunt iudicium, quam ii, quibus  
 haec gratia data non fuerint: cupitne hujus nosse ratio-  
 nes? Ecce illa:

Quia ipsorum erga gratias divina misericordia infide-  
 litatem semper comitatur contemtus, et quod, quò major  
 est hic contemtus, eò majori ira et vindicta illos subji-  
 cit. Sunt magis rei; prima ratio: erunt magis infelices,  
 secunda ratio: Duae veritates, quarum enodatio iis omni-  
 bus terrorem incurrere debet, quibus adhuc aliquis est pie-  
 tatis et timoris Dei sensus.

Nihil in sacris libris frequentius reperitur, quam unita  
 societas misericordiae Dei cum ejus justitia, et justitia ipsi-  
 us cum ejus misericordia. Haec sunt velut Duae viae illae per  
quas graditur, inquit Regius propheta, velut Duae Sorores,  
quae ab eodem patre genitae, se mutuo amplectuntur, os-

Divisio.  
87.

Parajma  
88.

culantur, et inseparabiliter conjuncta permanent.

Deus adeo benignus est, ut in ira sua misericordiam quam facere vult, consideret: adeo severus est, ut quò majorem iræ suæ amplitudinem tribuat, misericordia, quam facit, reor- detur. Adeo benignus est, ut ex propriis suis beneficiis justitia coronam fidelibus servis suis nectat: adeo severus est, ut in suo judicio intervenire faciat propria sua beneficia, et quò majorem misericordiam iniquis suis servis impartitus est, eò magis eos et peccatis onustos illos inveniat.

89.

Qualis re ipsa est indoles et mens tot peccatorum, qui divina misericordia gratis abutuntur, eosque contemunt? Nempe hanc misericordiam contra se ipsam adhibent, creduntque quòd quia Deus bonus est, impune mali esse possint. Ipsum ali- gunt, ut serviat peccatis eorum; ipsius bonitatem velut peccatum et iniquorum desideriorum suorum servam efficiunt. Ipsi obedientiam denegant, sanctaque mandata ipsius vident, ac si certi essent, quòd quia mitis est et indulgens, facile veniam ipsorum rebellionis daturus sit. Ipsum offendunt cum proposito aliquando ipsum placandi, sermè sine scrupulo atrocissima crimina perpetrant cum proposito illa confitendi, et ab ipso veniam postulandi; denique presentes gratias suas rejiciunt cum spe efficaciores ab ipso recipiendi, ubi tunc illatas ipsi, injurias facere poterunt.

90.

At verò posita hæc damnanda mentis et cordis affectio- ne, que apud innumeros homines nimisquam realis est, fortè etiamnum apud quosdam illos, qui se religiosos et devotos esse arbitrantur: quam terribilis colluvies! quam horrendum peccatorum thesaurus! Peccatum ingrati- tudinis, peccatum presumptionis, peccatum malitiae.

Peccatum ingratitude: non solum obliviscuntur bene- ficia misericordie divine, ea insuper contra ipsam adhibent ad eam offendendam. Non solum eam, quam deberent, grati animi memoriam erga Deum non habent, quin potius ex ip- sius gratis nova ad pugnandum adversus ipsum arma confin- unt.

verbo

\* Isai. 51.

\* Psal. 54.

Unde querela illæ, quas tam reiterat in S. Scriptura: \* Nilius enutivi et exaltavi, ipsi autem spreverunt me. \* Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinissim utique. Et si is qui oderat me, super magna locutus fuisset: abscondissim me forsitan ab eo. Tu verò unanimis et notus meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos: Tu ingratus, illa es, qui mihi torquem vertis, tum perfida, ille, inquam, es qui propriis meis utaris donis, ut humis me afficias injuriis.

Inde verba illa exprobrationes, quas apud Jeremiam populo Judaico fecit: Quid invenerunt patres vestri in me? <sup>Jerem. 2.</sup> iniquitatis, quando à me recesserunt? Sibi dicere debe- bant, ubi est Dominus, qui exire non fecit de terra Aegypti, et traduxit nos per desertum in terram inhabitatam, ubi continua benignitatis, et omnipotentia sua indica- cia recepimus? Sed hæc ingrati illi non dixerunt.

Ego, addit Deus, ego sum, qui induxi vos in terram Car- meli delictis affluentem, ut comederetis fructum ejus et optima illius. Ego sum, qui ne cogere mini alimenta vos- tra quærere, manna vobis de coelo pluvie feci; ego sum, qui inimicos vestros crudeli bello vos persequentes dissipavi et destruxi, nihilominus contaminastis terram meam, et hæreditatem meam posuistis in abominationem.

Vos Christiani, quibus Deus longè majores gratias im- partivit, magis adhuc ingrati animi vestri vos pudeat. Ju- dei umbram Juxta futuorum bonorum habebant, vos autem illorum veritatem tenetis; erant Levi patris fa- miliæ, et vos illius filii estis. Manna corruptibili fuerant enutriti, et vobis datur incorruptibilis caro Dei vestri. A mor- fibus Serpentum sanati fuerant per aneum serpentem ligno in modum crucis erecto impositum: et Jesus Christus vo- luit crucem suam consendere et in ea mori, ut vos ab an- tiqui Serpentis tyrannide liberaret. Comparete nunc be- neficium cum beneficio, et ingrati animi vitium cum ingrati animi vitio.

Statemur, dicetis mihi, quod in hoc finis nocentissi- mi; Sed Deus avertat, ut semper in hoc statu permanea- mus: Postquam illum offendimus, veniet tempus, quo id nos facisse nos poenitebit; bonum quoddam peccavi omnia Sancti. Hoc est, Fratros mei, quod mihi respondetis, verum si res debetis, quod hæc ratione adhuc nocentiores sitis, quodque execranda hæc presuntio novis vos peccatis oneret.

Omiso animi hinc, quod immerito vobis polliceamini futuram conversionem, quæ forte nunquam veniet, quod, cum in tempore id agere renueritis, quod poteratis, cum voletis, id agendi facultatem habituri non sitis: omnino, inquam, his et pluribus aliis rationibus, quæ vobis patrum facient, presumptionem vestram esse malè fundatam, is libenter supersedeo, ut vestris verbis stem, vosque ex ore vestro judicam et condemnam.

Igitur Deum offendistis sub spe, quod cum aliquando pla- caturus sitis: Vos impudici, quia aliquando eritis casti.

\* vos usurarii, quia aliquando iniquis commercii vestris renun-  
ciabitis; vos maladii, quia de proximo vestro non am-  
plius malè loquemini; ergo vultis ultrò in statu in quo es-  
tis, sceleratam agere vitam, illicitis viis ditescere, vestra  
lingua omnem dare libertatem atrocibus maledictis  
proximum vestrum convincendi.

Ergo actualis iste peccati status vobis placet; et in-  
de quamnam insignem injuriam misericordia Dei facitis,  
dum adversus ipsam tempore, quod vobis concedit, et gratis,  
quas vobis tribuit, utimini sub specioso pretextu, vos ali-  
quando de malà, quam ducitis, vità poenitentiam acturos.

Quid sentiretis de viro, qui vobis alapam infligeret,  
et momento post veniam de illo à vobis peteret? Quid  
de illo sentiretis, si vestra bonitate uteretur ad vobis in-  
sultandum vosque despiciendum? Hoc tamen vos contra  
Deum facitis, sub falso obtentu futurum fore, ut aliquan-  
do ipsum offendisse vos poeniteat. O! possum hie cum  
Authore libri Ecclesiastici exclamare\*, O presumptio pessima  
unde creata es?

\* c. y.

Semper alias validissimà velut ratione hominem à  
mala actione impedituri dicimus ei: attende id quod  
facere vis, id facisse certò te poenitebit: et hie specie  
cujusdam favoris, qui satis comprehendi non potest, De-  
um datà operà offenditis, quia semels aliquando cum  
offendisse solebitis.

Agnosco, ait iste, quod peccem continuando commer-  
cium meum cum hac pusta. Sed aliquando de eo ve-  
niam à Deo precabor. Scio, inquit ille alius, me ma-  
lè agere immodicè bibendo et comedendo diebus eru-  
rialibus et jejunii; sed ubi tempus Paschale adveni-  
rit parvatum hoc confitebor. O presumptio pessima  
unde creata es? Cur vis cooperire terram tuà malitià?  
Cooperire terram aridam malitià.

92.

Ita, malitià tuà: et hie est adhuc novus caracter  
injuria, qua peccatores gratis Dei infideles ipsius  
infinitam misericordiam afficiunt. Non solum co-  
co quodam impetu, sed sapè datà operà illum offen-  
dunt. Non modò ex ignoratiòe et imprudentia illum  
offendunt, sed sapè comparationis specie Deum inter

et creaturam, inquit Tertulianus\*. Utrumque cognoscunt, bona gratia, et bilicia peccati, id ad quod agendum ipsos Evangelium hortatur, et id, ad quod cupiditates sua ipsos abripiunt.

Deus, ut cum S. Scriptura loquamur, reliquit eos in manu consiliorum suorum, apponit ipsis aquam et ignem, ut quocumque valent se vertent. Si vitam cupiunt, illam accipient, sin' verò mortem eligant, hæc ipsis dabitur. O quam Sapientes sunt et fideles, quando ad bonum et malum indifferentes cum sanâ libertate manum suam extendunt ad id, quod eligere tenentur! At quam coeci sunt, et rei, im cognoscentes quid ipsis lex præcipiat, aut prohibeat, iniquâ voluntate gratias coelestes, cum quibus eam adimplere possunt, rejiciunt, misericordiamque divinam tam graviter contemnunt, ut voluntariè se toti cordis sui malignitati tradant!

Hic animo intrinsecus quidpiam simile ei, quod in libro Judicum\* legimus. Michas, vir prædives Templum edificaverat, in quo ponerat Sacerdotem Hebræum, sique commodam domum, optimas vestes et magnam pecunia summam dederat.

Sacerdos iste ob has omnes rationes, sui beneficii partes omnino amplecti ac tueri debebat; Hinc etiam ubi milites Tribus Dan venissent, ut Templum hoc expilarent, fortiter ipsis restitit, et quamvis vitam amittendi periculum subiret, clamavit: Quid facitis? Nolite in vestras extendere manus vestras. Sed perfidus iste brevem mentem mutavit et agendi rationem, ubi milites isti ei dixerunt: Tace et pone digitum super os tuum, venique nobiscum, ut habeamus te patrem ac Sacerdotem. Quid tibi melius est, ut sis Sacerdos in domo unius viri, an in una Tribu et familia in Israël.

Ad hæc verba! quis illud crederet? indignus Minister iste non solum tacuit, atque his militibus ea quæ valent, agere permisit: Sed etiamnum primus fuit, qui altare diripuit, et mensam, et turbula, ac vas obsoletas, et idola abstulit, atque unacum eis affugit.

Siene, vir inique, mecum agis, poterat illi dicere Michas? An quia te adeo benignè suscipi? tibi id quod mihi

\* Comparationem videtur agisse, qui utrumque cognovit. Tertul. lib. De peccat.

93.

\* c. 18.

comparatio-  
nem videtur  
agisse, qui  
utrumque cog-  
novit. Tertul.  
lib. De peccat.  
volis placere  
ericonha dicitur  
bis conabitur  
cioro peccata  
i poenitentiam  
alapan inflig  
i vobis patenti  
e interetur  
Hæc tamen  
turum for, p  
o. possum h  
e, o p  
ratione bon  
ei: attendit  
abit: et h  
endi non p  
emel aliqu  
continuat  
aliquando  
ut ille alio  
medent h  
s parhala  
adventis p  
terram tui

charissimum erat, concedidi? ex humana mea tibi suppeditavi, unde vitam commodè agere posses, ad partes inimicorum meorum discedis, ipsorumque fortuna adjuvas?

Hac figura non nisi debilitatem, qui Dei bonis ditati, quam tot peccatorum malitiam, qui Dei bonis ditati, beneficiis ipsius cumulati, Sacramentis ipsius muniti, ad ipsius hereditatem vocati, primi ipsum deserunt, inimicorum ipsius partes amplectuntur, ipsorumque produnt. Similes huic Sacerdoti imò ipse peiores profanant hunc um corpus, quod est Templum Spiritus Sancti; unde auferunt quod in eo inveniunt, et quod Deus illis dedit, oculos suos, quos flagitiosis aspectibus coinquinant: linguam suam obtreccationibus et calumniis; aures suas huavi attentione ad vanos applausus; manus suas injusta et violenta usurpatione illius quod ad eos non pertinet.

Uterius progreditur S. Paulus, cum, postquam magnam illud discrimen ostendit gratiarum, quas Judaei in veteri lege habuerunt, et Christiani in nova habent, sic concludit\*: Si irritam quis faciens legem Moysi, sine ulla miseratione duobus vel tribus testibus moritur: quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium Dei conculcaverit, et sanguinem testamenti pollutum dixerit, in quo sanctificatus est, et Spiritui gratia communiam fecerit? Quanto majora beneficia in ipsum divina misericordia contulerit, tanto etiam cum majori severitate de ipso sumet vindictam: et quanto nocentior effectus fuerit, tanto etiam infelicius erit.

Bar 2. ca.  
94.

Duo in verbis Jesu Christi dicentis, quod filii Dei ejiciendi sint in tenebras exteriores, expressa sufficiunt, arbitror, ut vobis palam fiat inaudita illorum infelicitas, qui gratis à divina misericordia acceptis abusi sunt. Erant filii Regni, ad coelum magna jura habebant, et ea amittunt; filii Regni, primum illorum infelicitatis argumentum. Hi filii Regni magna supplicia devitare poterant, et sua infidelitate ac ingratitude ea sibi auerserunt; ejiciantur in tenebras exteriores; secundum illorum infelicitatis argumentum.

Agnoscatne, Auditores, in tota hac agendi ratione unionem justitiae Dei cum ipsius misericordia, et ut expressionibus Apostoli utar, ipsius bonitatem et severitatem? Ipsius bonitatem erga eos, quos inseruit in olivam bonam, ipsius severitatem adversus illos, qui cum

non permanserint in statu bonitatis et salutis, in <sup>quo</sup> eos colloca-  
vit, infelicitate ab eo excluduntur: Vide bonitatem et seve-  
ritatem Dei.

Ne dubitatis, Fratres mei, Deus justitiam suam secun-  
dum bonitatem suam, et severitatem suam secundum mi-  
sericordiam suam metitur. Ipsos vocaverat velut filios suos,  
ut possiderent Regnum suum, et hi sunt degeneres filii,  
quos rejiit. Ipsis magna in hereditatem coelestem jura de-  
derat, et quia hujus misericordiarum Patris gratias abusi  
sunt, illa amiserunt. Quantum infortunium! quanta  
jactura! quanta desperatio!

Quantus dolor Adams et Eve, cum in loco Paradiso ter-  
re vicini post suam inobedientiam positi, oculos in hunc  
deliciarum hortum, à quo primum pulsi fuerant, conjicerent!  
Poteramus in eo semper manere conservando originis nos-  
træ innocentiam, et esse ab eis pulsi sumus.

\* Quantus dolor infortunata Vasti, quando ei nomi- \* Ether. 1  
ne Refueri significatum fuit triste decretum illud, quo  
ei Regis conspectus omnino inhibebatur, quia mandatum  
ipsius despexerat! Poteram conservare amicitiam Prin-  
cipis mei et coronam meam; et ecce omnia mea jura  
perdita sunt.

Quantus dolor Esaii, cum ubi potuisset magnis commo-  
dis frui, quæ ipsi primogenitura prerogativa tribuebat,  
animadvertit se illa fratribus natu minori vendidisse! ho-  
nor et bona nobilis et opulenta familiae ad me pertine-  
bant, et ea cessi pro lentis adulis. Equidem verum est,  
quod sacra Scriptura memoret, cum ad hæc non statim  
attendisse, sed comedisse et bibisse, atque parvi pendisse,  
quod primogenita vendidisset.

Hujusmodi sunt nostra ætate innumeri Christiani,  
Magna jura habent ad Regnum coelorum, cujus sunt filii,  
filii Regni. Quoties ipsis dictum fuit, præcipuam illorum  
curam esse debere, cum inviolata fidelitate conservare  
gratias Dei, quarum bonus usus ipsis possessionem illius  
certam reddebat, sin' varò illas contempserent, in æter-  
num à Paradiso excludendos eos fore?

Quoties ipsis expositum fuit, ipsorum inobedientiam  
severius adhuc fore puniendam quam Vasti inobedientiam  
æterna exclusione à castro Regis Regum thoro? Quoties  
moniti fuere, in vanum ~~Abi~~ eos sibi vendicare qualita-  
tem filiorum, et primogenitorum Dei Isaac, nisi suâ tem-

parentia et passionum suarum mortificatione se illa dignos efficerent? Familii valut vanator Esaii, cui vehementes sauriones immoderatum appetitum tribuerant, nullatenus ad tanti momenti veritates animum attendunt: insatiabilis ipsorum cupiditas singulis momentis irritatur, oportet ut eam expleant.

Jus suum amittant, nihil refert; illud pro caduco bono, pro fragili honore, pro aliquot dierum voluptatibus, pro lentis edulis amittent, nihil refert: cum furore in id conne involant, quod sensibus suis occurrit; bibunt, edunt, at abeunt, nec sibi flagitiosam suam exprobrant intemperantiam pro cuius satietate primogenitura sua jura vendiderunt. Comedit, bibit, et abiit, parvi pendens quod primogenita vendidisset.

Sic infelices isti potiore vitam suam partem transigunt, ludunt, lascivunt, omnibus se tradunt voluptatibus, quarum degustandis suavitatibus toto animo incumbunt. Hic in collocanda familia sua totus occupatur; alter corivalem suum circumvenire totis viribus nititur; ille, quemadmodum filius prodigus, hereditariam portionem suam cum meretricibus dissipat; iste, valut insanus Evangelii dives omnem curam et sollicitudinem suam impendit in replendis granariis et cellariis suis, ut sibi possit dicere: Bibe anima mea, et comede; habes multa bona posita in annos plurimos? Sed an gratias divinis abutuntur? an ipsius misericordiam et longam patientiam contemunt? an veri Isaac bona dissipant, quae reserare vel augere debent? haec parvam curant; jus suum alienaverunt et vendiderunt, id non amplius recordantur, nec cogitant, parvi pendens, quod primogenita vendidisset.

96.

Veniet tamen dies, quo id cogitabunt. Veniet dies, quo sibi vobis Esaii cecitatem et insaniam suam exprobrabunt. Veniet dies, quo pudore suffusi, quod donis coelestibus, quorum ope Regnum patrisfamilias ingredi poterant, tam male usi fuerint, pro ira rugiant et clamabunt: Quid sgi? quod jurebus culpa mea me privavi? Irugit clamore magno.

Filii Regni, quam ergo infelices estis! Sed quod devotietis, post tot voluntaria divinarum gratiarum

Dispensatione amissas prerogativas? Auscultate quod sequitur, et si aliqua vobis superest fidei et rationis scintilla, contremisite, hi filii ejiciuntur in tenebras exteriores.

In caula boni Pastoris tuti erant ab insultationibus inimicorum suorum. Leo qui ad eos devorandos circumibat, nihil in eos poterat: Angeli custodiebant eos in omnibus vicissis, et manibus suis sustinebant, ne caderent, et lapsu diffingerentur: Sed patientiam boni Pastoris fatigaverunt, sua infidelitate et inobedientia, procul, quemadmodum ingratus Saül, abjecerunt. Sermo- nem Domini, et Dominus iratus ipsos, sicut illum, procul à se abiecit.

Equidem quamdam Religionis speciem adhuc conser-  
vabunt; rogabunt etiam Samuelem, ut portet peccata eo-  
rum; se etiam pedibus Savorum Ministrorum invol-  
vent, ut pro eis intercedant; ad Sacramenta accedant;  
Sed non nisi eorum externa habebunt signa, ferè velut  
Summitates pallii, quam Saül tulit: et quia sermonem  
Domini projecerunt, illos etiam Dominus projecit. Quia  
projecisti sermonem Domini, projecit et te Dominus.

Vil. 5. Greg.  
inc. 15. lib. 1.  
Reg.

Hi filii in domo Abraham nutritabantur, vestie-  
bantur, blanditiis diliciebantur, diligebantur: In tam  
dulci, Inmaël in pace vivebat aquè ac Agar. Sed ubi  
haec Domina sua insultavit, ille verò cum filio libere  
ludare coepit luxum, quem Apostolus speciem perseu-  
tionis nuncupat, ambo à domo ejiciuntur, et absunt sine  
duce errantes in solitudine.

Hi filii sub tutela et prasidio omnium Regum ma-  
ximi clamabant: Dominus protegit me; quem time-  
bo? Quamvis obsiderer à toto quodam exercitu, nec  
tamen inde magis pavescerem: quamvis exercitus  
ipse inieret in me ad pugnandum contra me, haec ipsa  
pugna spem meam auget. Sed quia ingrati hi fi-  
lii et subditi rebelles, se tutelâ, qua ipsos cohonestat,  
indignos efficiunt, ipsorum infortunium tanto ma-  
jus est, quò ipsorum crimina magis enormia fuerunt.

Joab olim in maxima apud Davidem et Salomo-  
nem gratiâ, postea per suam infidelitatem et ho-  
miciidia utriusque indignationem sibi auersivit,  
atque criminum suorum supplicium eorum respondet  
enormitati. Nullum asylum pro ipso etiam in colo-  
ro, in quo flagitiosi illud inveniunt. Fugit ad ta-

3. Reg. c. 2.

boonaculum Domini, et apprehendit cornu altaris, sed in hoc ipso loco jubente Rege Banaias ipsum trucidat: Quia interfecit duos viros justos meliores se, Dominus illum abjicit, et recidere facit sanguinem eorum super caput suum.

Peccatores, qui abusi estis misericordiam et longam patientiam Dei, sic agetur vobis. Jura vestra et amicitiam ipsius amittatis, vos expedit et procul a se ejiciet, filii Regni ejicientur: Sed quò ibitis? in tenebras exteriores, ubi non est nisi fletus et stridor dentium.

Fatalis igitur hic terminus erat, ubi ipsius justitia vos expectabat. Haecenus vos toleraverat, monuere, beneficiis suis ditaverat; sed tandem misericordia ejus pro vobis exsiccata est, et justitia illius locum occupavit. Ecce precipitati estis in horribiles et obscuros carceres, et abyssi ostium super vos clausum est. Ecce tanto infeliciores estis, quanto majora auxilia ad evitandam infelicitatem vestram accepistis, atque vana reprobatorum supplicia vobis erunt intolerabiliora: Ne exilis et finis.

98.

Ignis vindax et vermis devorans, sunt duo magna damnatorum supplicia: sed quò plures recuperint gratias, eò magis ignis iste aget in eos, et vermis iste eos conuabit. Est ignis inquisitor et sapiens, qui quò plus materia invenit, eò magis ipsius vis et violentia iritantur, ajunt SS. Patres. At vero quò quis plus materiae in se habet, eò magis ipsius vis et violentia iritantur, ajunt SS. Patres. At vero quò quis plus materiae in se habet, eò magis ipsius vis et violentia iritantur, ajunt SS. Patres. At vero quò quis plus materiae in se habet, eò magis ipsius vis et violentia iritantur, ajunt SS. Patres. At vero quò quis plus materiae in se habet, eò magis ipsius vis et violentia iritantur, ajunt SS. Patres.

Sed qualis est vermis hujus abuleus, acrimonia, vehementis, et intolerabilis morsus? Si damnatus Christianus praeteritum oblivisci posset, nec non conscientia sua stimulos suffocare; si posset non reminisci gratiarum, quas ipsi Dominus concessit, temporis, quod ipsi indulgit, variorum salutis medicorum, quae ipsi oblulit à primis vitae suae momentis usque ad ultimum; si sibi dicere posset: crudeliter torqueor, sed nihil egi, quod mihi horrenda quae perfaror, supplicia auferant: in his terribilibus et obrutis carceribus detineor, sed injustè et absque culpa mea: tum infernus, ut ut infernus sit, pro ipso non amplius esset infernus. Sed quando in memoriam revocat inspirationes divinas, quas reject, sacramenta, quae pro-

fanavit, gratias interiores et exteriores, quibus restitit, promissa quaerivit, et minas adversus quas se induxit: haec continua et inevitabilis consideratio ipsam infelicitatem suam tanto vehementius sentire facit, quod agnoscat hanc sibi justè et meritò accersivisse.

Non amplius necesse erit, ut Daemones ipsi insultent et dicant: Nos pro te mortui non sumus, sicut Deus ille, quem tu colebas, et tamen melius nobis servisti quam illi. Sanguinem nostrum pro salute tua in cruce non effudit, sicut Jesus Nazarenus, qui in ea mortuus est, et hic sanguis, quem proculcasti, vindictam clamat adversum te: abi ingratus, perfide, degener et barbarus fili, nondum tanta suffors quanta meraris.

Non erit necesse, ut insignes haec Sanna in aeni conjiciantur, sibi met ipsi haec omnia exprobrabit, et de medio exteriorum tenebrarum illarum, in quas ejicietur, exurgent mortiferi luminum radii, quos avertare non poterit, et qui ipsum abundantiam poenarum enormium delictorum suorum sentire facient: tradetur in possessionem ericii, qui auleis suis eum perforabit, et spina, quam nunquam evellere poterit, cor ipsius lacerabit.

Juste vivorum et mortuorum Judex, quis ex nobis potest cognoscere amplitudinem et fortitudinem irae tuae? et quando ad haec advertimus animum, quid cogitare et tibi dicere possumus? tanta beneficia, et tanta ingratitude, tanta bonitas, et tantus contemtus nos in inauditam consternationem conjiciunt, et si in peccatis nostris inopinatio mors nos occuparet, sine ullo perfugio periremus.

Sed ubi animo revolvimus, quòd sis infinite misericors, nec velis perdere quos redemisti: quando audimus te dicentem, cum exaltatus fuero à terra omnia ad me traham, pedibus tuae crucis advolvimus, cui misericordia tua te affixit, taque precamur, ne in irâ tuâ nos corripas, nec in furore tuo arguas nos.

Loqui de tuâ misericordiâ, O mi Deus, id nostram consolationem efficit; ipsam sentire, id nostrum gaudium efficit; ipsam secundum totam suam plenitudinem recipere, id nostram felicitatem efficit. Qui in te sperant, timeant te, qui timeant te, habent initium sapientiae, et ubi timor iste filialis est et sanctus, impellit

eos ad tibi servandum, obediendum, etque diligendum:  
idque nobis sufficit, ut in hoc et in altero mundo simus  
beati.

### Documenta Moralia

Sensa Patrum, et Theologorum, Coniunctorum  
ad, circa misericordiam Dei, p.

99.

I.  
Ut ut quis magnus sit peccator, nunquam de mi-  
sericordia Dei desperare debet: ut ut quis vir probus  
et pius sit, nunquam gloriari debet de gratiis, quas ab  
illa accipit.

II.  
Deus adeo justus est, ut nihil impossibile nobis praeci-  
piat, adeo bonus, ut nobis per suas gratias possibile fa-  
ciat id, quod ex nobis ipsis nec facere nec desiderare  
possemus; adeo divos in misericordia, ut exiguis, quae  
per ipsum et pro ipso facimus, nobis promittat aeternam  
mercedem.

III.  
Deus vult ut salvemur, et idonea ad salutem me-  
dia nobis offert, magnum in sua misericordia fiducia  
argumentum: Deus vult ut ad nos salvandum ope-  
ram nostram prestamus; magnum vigilantia inci-  
tamentum, ne ipsius misericordiae erga nos consilia inu-  
tiamur.

IV.  
Misericordia incipit, perficit, et coronat id,  
quod ab ipsa provenit; et quod nobis impossibile fo-  
ret, si natura nostra corruptioni permitteremur, au-  
xilio gratiae suae nobis fit facile.

\* S. Prosper in  
respons. ad r.  
vincant. objac-  
at in respons.  
ad objacit Gal-  
lorum sentant  
8.

Idem lib. 2.  
c. 16. de vocat.  
gant.

» Ille ergo qui dicit quod Deus volit, ut omnes homines  
» salvificent, sed solummodo certus quidam praedestina-  
» torum numerus, iustus quam oporteat, loquitur de  
» impenetrabili agendi modo gratiae Dei, qui vult ut  
» omnes salvi fiant, atque ad agnitionem veritatis  
» perveniant.

» Sive ea consideramus, quae ultimis saeculis evane-  
» runt, sive oculos conjiciamus in remotiora, sive nobis  
» proximiora, et quae velut in medio nostri sunt, obser-  
» vamus, merito et pie credendum est, quod Deus volit,

» ut omnes homines salvi fiant, idque semper ita voluavit.  
 » Et inde apparet, quot diversis modis ipsius misericordia  
 » ad se omnes homines invitat, ita ut ii, qui ad eam ve-  
 » niunt, ad eam Inveniuntur auxiliis, quae ipsa illis tri-  
 » buit, qui vero ad eam non accedunt, ei resistant per  
 » obstinationem male suae voluntatis.

## VI.

100.

» Cum Dominus noster mortuus sit pro omnibus im-  
 » piis, Judas potuisset apud ipsum invenire remedium  
 » et veniam peccati sui, nisi se laqueo suspendere fas-  
 » tinasset. Nam cum venerit ad dastandum pecca-  
 » tum, nullumque hominem eo exantem invenit,  
 » etiam venit, ut eos ab eo liberaret: inquit S. Leo papa.

» Deus non misit filium suum in mundum, ut mun-  
 » dus per eum damnaretur, sed ut mundus per ipsum  
 » salvetur. Adeoque ait hic S. Augustinus\*, coelestis  
 » Medius iste venit, ut sanaret aegrotum; et aegrotus is-  
 » ta se ipsum interfecit, facere veniens quod Medius iste  
 » ei praescribit. Enimvero ut vocatur Salvator mundi,  
 » nisi ut illum salvet; et non solum judicet? Sed tu  
 » peccator qui ipsi resistis? quid putas, eveniet? Si non  
 » vis ut te salvet, te judicabit et per temetipsum condem-  
 » nabit.

\* In Joan. Tract.

12.

## VII.

101.

Misericordia Dei tam magna est, ut ultro obli-  
 » vi velit quod ipsemet est, et quod nos sumus, quod nobis  
 » qualitates impartiat, quae sine illa nobis sunt pe-  
 » regrinae, atque respectu nostri nomina assumat,  
 » quae pariter nobis gloriosa sunt et utilia, inquit S.  
 » Chrysostomus. Tanquam creature sumus ipsius subdi-  
 » ti; tanquam peccatores sumus ipsius inimici: sed tan-  
 » ta est ipsius bonitas, ut nos amicos suos nuncupet, et  
 » nostri gratia ea omnia faciat, quae quivis alius  
 » amicus facere non potest vel vult.

Inter mundi amicos saepe non est nisi urbani-  
 » tatum et verborum commercium: fallitur, qui in  
 » eorum magnificis obsequiorum contestationibus  
 » fiduciam suam ponit. Loco formosae Rachel, quae  
 » promissa fuerat datur lipa lia. Pro Marob filia  
 » Saülis natu majore, David non nisi Michol natu  
 » minorem recipit. Nihil adeo frequentius inter sa-  
 » culi amicos, quam multa promittere et pauca dare:  
 » sunt nubes quae pluvias gravida videntur, et tamen  
 » non nisi aliquot guttas emittunt.

\* 4. Reg. 19.

Longè alia est Dei agendi ratio: ipsius misericordia et providentia omnia ea excedunt, quae quoque modo ab ipsis expectari possent. \* Promissum est Sennacherib exercitus non ingressurus esset Jerusalem, nec ad muros ejus propius accessurus, aut Sagittam in eam missurus. In hunc effectum Deus Sufficit principem istum à suscepto consilio avertere, vel permittere, ut in exercitu suo Seditio aliqua excitaretur, atque sui milites ei obedire renuerent: At illustriori facinore fidem suam liberare voluit. Exterminator Angelus jussu suo una nocte centum octoginta milia Assyriorum interfecit.

\* 4. Reg. c. 3.

\* Ad excitandam fiduciam Josaphat, Deus exercitui suo in summa necessitate aquam in abundantia ministravit: Sed haud contentus ipsi hoc auxilium prestasse, delevit etiam hostes ejus, de quibus Princeps iste completam victoriam reportavit.

Cananea non nisi micas, quae canibus dantur, patierat, et à Jesu Christo filia sua sanationem et propitiam suam conversionem impetravit. Sufficiebat Centurioni, si tantum unicum verbum proferret ad sanandum servum suum paralyticum: et dixit ipsi: vaniam ad te et curabo eum. Bonus latro solummodo rogaverat eum, ut illius meminisse velit cum venisset in Regnum suum, et ipsi respondit: Hodie mecum eris in paradiso.

## VIII.

102.

Sed hic nondum satis. Qui se amicos nostros profitentur, saepe tales sunt, non tam ut bona sua nobis elargiantur, quam ut ea quae possidemus, nobis eripiant vel nobiscum partiantur. Obsequia quae nobis praestant, assiduitates, et obsequentia quae exhibent, sunt semina, quae in terram bonam spargere satagunt, et non mura seu dona, quae perdere aut in discrimen adducere se arbitrantur.

Similes apibus, quae irruunt in flores, ut ex illis succum extrahant, quo mel suum conficiunt, quin eos attingere videantur, adeò subtiliter crumenas nostras exhauriunt, ut vix id advertamus. Similes hederae, quae vicinam arboram complexa omnem circumjacentis terra pinguedinem ad se trahit, sic mercenarii amici potentius fortunae nostrae adherent, ut provehantur, quam nobis ipsis.

S. Chrysostomus  
Rom. 50.

Deus solus ille amicus est, qui ultro quicquid ipse est et habet, nobis donat: Et qua conditione? Admiramini hic

amoris et infinita misericordiae ipsius abundantiam: eâ  
 conditione succiat, ut pauper efficiatur, quò ditana-  
 mus, ut se demittat, quò avahamur: ea conditione, ut no-  
 bis largiatur quidquid Divinitas sua magnificentum possi-  
 dat, atque à nobis recipiat quidquid vilius et obiectius ha-  
 bet nostra humanitas. Se sua fortitudine spoliat, ut nos  
 eâ induat. Insignes sustinet injurias, ut magnis honoribus  
 efficiamus. Nos efficit immortales, et à nobis suscipit corpus  
 passibile et mortale: ubi inveniemus amicum, qui his  
 conditionibus talis esse velit?

## IX.

103.

Sed quinam sunt illi, pro quibus Divina misericordia  
 gratiarum suarum adeò prodiga est? Imaginamini vobis  
 magnum Principem, qui, cum cui voluerit, benefacere  
 possit, atque in ea obiecta oculos conjicere, quae suo aspec-  
 tu digniora arbitrabitur, nec doctiores homines, nec ditio-  
 res, nec potentiores, et corporis habitu praestantiores quarit,  
 sed eos, qui ipsi videntur magis egere nec non natalium et  
 fortuna dotibus destituti: et cogitate, quòd in hos miseri-  
 cordia Dei oculos defigat, atque planis manibus suas benedi-  
 ctiones effundat. Ad quem respiciam nisi ad pauperulum? inquit  
 apud Isaiam.

In quo multum differt à pseudo amicis illis et simulatis  
 patronis, qui quamprimum nos oppressos vel dolentes  
 vident, nos à longè duntaxat et non nisi per transannam  
 intuentur, valut torrens, qui ablata agrorum, quos pertran-  
 sit, pinguedine tanta rapiditate dilabatur, ut cohiberi  
 non possit: Fratres mei praesertim me sicut torrens, qui  
 raptim transit in convallibus.

\* Haec locutus est Job tribus amicis illis qui venerant ut vi-  
 sitarent eum. Equidem verum est, quòd vicam ejus doluerint,  
 atque testificati sint, quantum ipsius afflictione moveren-  
 tur. Verum est, quòd viso hoc Spectaculo clamantes plorave-  
 rint, dissisque vestibus pulverem super capita sua & sparserint.  
 ipsorum ei tutelam et coveniam obtulit? Nunc venistis, ait  
 ad illos, et modò videntes plagam meam timetis. Sed quid  
 timebant? an metuebant, ne idem infortunium ipsis accide-  
 ret, atque quemadmodum ipse, ad incitas redigerentur, aut  
 ulceribus à planta pedis usque ad verticem perverterentur?  
 Si hoc timoris eorum aliqua causa fuit, non tamen praei-  
 mia erat; nempe timebant, ne ab ipsis exiguum quod-  
 dam subsidium peterat, prout optime notat doctus qui-  
 dam Interpretes. Job ipsemet id innuit eos ita alloquutus: Nun-  
 quid à vobis quidpiam postulavi? nunquid vos rogavi ut

in me liberalitatem exerceretis, pecuniam mihi commoda-  
retis, vel donaretis?

Tu Solus, o mi Deus, tu Solus es pro nobis dives in miseri-  
cordia. Si nos affligis, tunc ideo, ut ad te confugiamus; si  
permittis ut in peccatum labamur, quod omnium indigentia-  
rum maxima et lugenda est indigentia, tunc ideo, ut oc-  
casionem habeas nobis aperiendi thesauros tuarum gratia-  
rum, nosque ex eis haurire valeamus.

Curis post ovem errantem, lucernam accendis ad qua-  
rendam drachmam perditam, nobis dicis: Venite, amite abs-  
que argento et absque ulla commutatione vinum et lac qui-  
bus egetis. Nos praevenis, nos exhortaris, nos urges, ut ad te ve-  
niamus; imò saepe nobis nescientibus, vel non petentibus  
tua praestas beneficia; et copiosa misericordia tua non  
minus nos docet nobis liberalem manum, quae nobis elae-  
mosynam largitur, occultando, quam eam ostendendo.

## X.

\* S. Bernard  
Serm. 9. in  
Psal. 90.  
104.

» \* Domine, exclamat propheta, tu es tota spes mea. Quid-  
» quid aggrediar et agam, qualemunque calamitatem sus-  
» tineam, qualemunque bonum desiderem, tu tota spes mea  
» es. Tua infinita misericordia est magnum meae fiduciae  
» iumentum et solidum expectationis meae fundamentum.  
» Hi sibi propter merita sua venerationem debent autu-  
» ment, alii jactant se magnanimiter portare pondus dei et  
» aestus, multi allegent sua ieiunia, et gloriantur se non esse  
» sicut ceteri hominum: quod me spectat, totum meum bo-  
» num est adherere Deo, atque spem meam in infinita Do-  
» mini nostri Jesu Christi bonitate ponere. Sint, qui spem  
» suam in aliis auxiliis collocant, hic multam ponat in  
» sua scientia, aliter in sua nobilitate, hic in sua autho-  
» ritate et dignitatibus, ille in sua prosperitate et abun-  
» dantia; quod me spectat, has fragiles prerogativas ve-  
» lut stercus intueor, quia Domine, tu es unica spes mea.  
» Sine tua infinita misericordia mihi omnia mihi  
» timenda sunt; cum ea omnia speranda, dummodo me  
» ea indignum non efficiam meam ad tuas gratias infideli-  
» tate. Quodcumque bellum adversum me moveatur, cui-  
» unque Ieremum tentationi tradar, quantacumque pu-  
» gna vigeat inter desideria carnis meae et mentis meae,  
» me cum humili fiducia inter brachia tua conjiciam,  
» quia tu es unica spes mea.

Si tam aequè et justè sentimus, ait S. Bernardus, cur difamamus, et renunciamus consiliis, quæ nihil nisi vanum, fabax, et im- probum habent? cur differimus ex toto corde nostro et ex to- ta anima nostra adherere bono, cujus spes tam solida, tam perfecta, tam felix est?

XI.

105.

Quidquid Deus fecit admirabile est, et omnes laudes superat, inquit S. Hilarius\*. Sed in hæc magna et prodigiosa varietate quedam sunt, quæ nos magis percellunt, sive quia nos propius tangunt, sive quia perfectiones divinas quamvis juxta nostrum concipiendi modum diversas functiones obstant, tamen in eundem finem conjunguntur.

\* In Psal. 144.

Quod Deus creaverit cælum et terram, quod annos nostros variis sibi inimicis succedentibus tempestatibus distinxerit, quod in corpore organico animam viventem collocaverit, quod mari reciprocante illius aestu certos et constantes motus tribuerit; hæc omnia copiam ipsam laudandi et benedicendi nobis subministrant: Sed laudes nostras et admirationem magis mereri videtur intima unio misericordiae et justitiæ ipsius, et quod quamvis supremus Dominus noster sit, tamen tantam habeat bonitatem, ut peccata nostra dissimulet, atque se ea non videre simulet.

\* Si creaturas è nihilo eduxit, est ipsius omnipotentiae effectus; si tam scite omnia in mundo disposuit, est effectus Sapientiae ipsius: Sed si miseria nostra miseratur, est effectus infinitæ ipsius bonitatis, qui nos immediate tangit. Tantum abest, ut ad suum commodum prostrahat id quod suum est, utilitatem ex eo provenientem nobis tribuit. Ut ut justus sit, tamen misericors est; ut ut Rex sit, tamen non nisi bonum nostrum cogitat: et hanc summam mansuetudinem et generositatem, insensanter prædicare debemus.

\* S. Hilarius in Psal. 144.

XII.

106.

\* Vos qui clam contra leges meas murmuratis et dicitis, quod viæ meæ non sint rectæ, dicite potius, quod viæ vestrae sint iniquæ et non meæ. Quid enim æquius est, quam ignoscere impio, quando ad vias justitiæ revertitur, et punire justum, quando ab eis deflectit? Convertimini igitur, projicite à vobis omnes pravaricationes vestras: et quare moriamini domus Israël?

\* Ezechiel. st. 18.

Si Deus, qui venit vocare peccatores, mentem suam aperit: et expressiones quibus in S. Scriptura utitur, fa-

cilè nobis permaderent, quòd majorem extensionem misericordiae suae tribueret quam suae justitiae, ipse qui peccata parentum in filiis usque ad quartam generationem punnit, et qui benedictiones suas in saecula saeculorum super virtutes extendit. Cum dolore punit justum errantem, suscipit et cum gaudis absolvit peccatorem poenitentem: et gratis, quam ei impartitur, est simul justitiae et misericordiae suae opus.

\* Hebr. 6.

Contremisco cum audio S. Paulum dicentem\*, quòd impossibile sit eos, qui semel sunt illuminati, gustaverunt etiam donum coeleste, et participes facti sunt Spiritus sancti, et deinceps prolabuntur in sua priora delicta, rursus renovari ad poenitentiam. Verum ut ut terribile mihi videatur istud oraculum, consolationem tamen capio, cum audio Jesum Christum uni ex discipulis suis ab ipso quaerenti, num oporteret ignoscere fratri suo usque septies, dicentem, oportere ipsi ignoscere usque septuagies septies.

\* Psal. 41.

\* Anima mea, merito tristis es et turbaris intuitu tot peccatorum, quae commisisti: Sed spera in Domino, quoniam adhuc potes confiteri nomen suum, atque ad eum converti per tuam ad gratias, quas tibi ipsius misericordia tribuit, fidelitatem, nec non per te ipsum experiri, quòd sit tuus Salvator et Deus.

XIII.

107.  
\* S. Augustinus  
in Psal. 63.

\* Spera in misericordia Dei, ubi serio peccatum tuum degeris: sed reformida hanc misericordiam, ubi bonitate ipsius uteris ad perseverandum in delictis tuis. Pluvia quae cadit in agrum fertilem est suavis, quae in alium spinis refartum cadit, non minus suavis est: accusabis ne hanc pluviam quòd spinas has produxerit? Dicit ipsa in judicio Dei ostendendo idem agrum agrum planum bono tritico: Eandem suavitatem in utrumque cadit. Si frumentum refaras, Spera te in horreo patrisfamilias colandum: si non nisi spinas refaras, time ne in ignem projiciaris. Tempus istud, inquires, nondum advenit: Sed quæro à te, num non illud vivas, in quo vitam mutare potes? an non hodie id facere potes? an non statim id exequi potes? an propterea necesse est, ut emas et vendas? navam instruas? et vadas in Indiam? Hoc momento quo tecum loquor,

muta cor tuum, et tua fidelitate respondebis consiliis, quae et  
circa te habet Misericordia Dei.

XIV.

\* Christus Iesus te sanabit, sed oportet ut velis sanari. <sup>S. Aug. in Pfol. 101.</sup>  
tua sanitas ab ipso proveniat, sed tibi invito non reddatur. <sup>cc</sup>  
At vero quid aequius ac felicius tibi imaginari poteris, quam <sup>cc</sup>  
quod vita tua et sanitas à tuo pendeat arbitrio? <sup>cc</sup>

Faciunt ergo ingrati, et cessant murmurare contra <sup>cc</sup>  
Deum! forte causam aliquam invenirent conquerendi, <sup>cc</sup>  
si ipsis esset absolute impossibile vitam mutare, et si nullo <sup>cc</sup>  
modo homo à sua nocitate sanari, et passionibus suis domi- <sup>cc</sup>  
nari valeret. Sed res in eo statu haudent. Deus omnibus <sup>cc</sup>  
suis operibus praesens, et plenus bonitate erga creaturam, <sup>cc</sup>  
quam facit ad suam imaginem, eam in suo errore vocat, <sup>cc</sup>  
eam in sua fide erudit, et eam in sua spe consolatur. <sup>cc</sup>

\* Si ipsum diligit, eam hortatur ad perseverandum <sup>cc</sup> <sup>+ S. Aug. De</sup>  
in suo amore, si quosdam conatus adhibet, ei in sua de- <sup>cc</sup> <sup>naturali</sup>  
bilitate fert opem; si proceat ad eum, <sup>cc</sup> <sup>grati. c. 67.</sup>  
dit. Si quidquam invitus ignoras, non tibi imputatur in <sup>cc</sup>  
crimen; sed si adocari et ea scire negligis, quae tua salu- <sup>cc</sup>  
ti sunt essentia, haec indolentia et haec ignorantia tibi <sup>cc</sup>  
tibi imputatur.

XV.

Quod nobis est impossibile respectu naturae, per gra-  
tias et auxilia, quae à misericordia divina recipimus, <sup>cc</sup>  
nobis non modo possibile fit sed etiam facilia et suavia, ait <sup>cc</sup>  
S. Bernardus\*. Si quis spiritu prophetiae futura prospiciens <sup>cc</sup>  
dixisset Saulo, cum immoderato et iniquo zelo impetebatur <sup>cc</sup>  
ad exterminandos eos, qui bene de Jesu Nazareno loquebantur:  
Ipsius doctrinam amplexurus es, ipsius divinitatem et <sup>cc</sup>  
missionem in variis mundi partibus praedicabis, persecutio- <sup>cc</sup>  
nes, calumnias, mortem ipsam pro ipso tolerabis? Quis id <sup>cc</sup>  
credidisset, an ipsemet id credidisset? Id tamen ita venit, <sup>cc</sup>  
et quod dici potest de Saulo, Magdalena, Augustino com- <sup>cc</sup>  
platum fuit respectu innumerorum peccatorum secundum <sup>cc</sup>  
diversos, quos receperunt, gratia gradus. Brevis à Deo re- <sup>cc</sup>  
moti erant, sed ipse vestigiis eorum per suam misericor- <sup>cc</sup>  
diam instabat. Insanus fuisset habitus, qui praedicare au- <sup>cc</sup>  
sus fuisset mutationem, quae in ipsis facta est, et nihilominus <sup>cc</sup>  
illius illustria signa fuerunt edita.

\* Serm. 2. Pentec.

Grates rependamus illi, ad quem haec gloria pertinet.  
Deus sustinet eos, qui sunt fatigati et fessi, ipse fortitudine <sup>cc</sup>

\* c. 40.

» et robore replet eos, qui deliquimus passi fuerant, inquit  
 » Isaias propheta\*, Magnas patiebantur debilitates, sed vires  
 » proorsus novas invenerunt. Fatalis paralysis et maledictus  
 » torpor ipsos in coeno peccatorum suorum delinebat, sed opum-  
 » serunt pennas, et volant sicut aquila: currunt quin fati-  
 » gentur, et ambulant quin lassentur.

## XVI.

109.  
 \* In apolog.  
 David.

Juxta mentem S. Ambrosii\*, is, quos misericordia  
 prevenit, sustinet, roborat, postmodum virtute adeo faci-  
 lem reddit, ut ipsis quodammodo difficilius sit mala age-  
 re quam bono facere. Ab oratione abstinere ipsis interdum  
 molestius accidit, quam certas et constitutas habere ora-  
 tionis horas. Tempus in Spectaculis et profanis oblectamentis  
 perdere, voluptatibus et lautitiis saginari est respectu  
 ipsorum quidpiam minus tolerabile, quam in tranquilla  
 solitudine et recessu vivere, vel jejuniis et abstinentia  
 corpus affligere.

## XVII.

110.

Hæc misericordia gratia rara sunt, inquis, id ego  
 concesserim: sed quis tibi dixit, eas tibi absolute denegatum iri? an plura perpetrasti peccata, quam Thais,  
 Pelagia, Guithialmus Aquitanensis, Manasses? Jam  
 diu, ais, vitam duco flagitiosam, vicem tuam doleo,  
 te vitupero; sed propterea ne respondeas animum. Si  
 Deus qui à tot annis passus est, ut eum offenderis tuis  
 blasphemis in lusu, tuis irriverentiis in nostris Ecclesiis,  
 tuis lascivis sermonibus in tuis congressibus, tuâ intem-  
 perantia et crapulâ inter epulas: arbitraberis ne te om-  
 nam ipsius exhausisse patientiam, nullâque ipsi ampli-  
 us gratias esse reliquas, quas tibi tribuat?

Contremisce, sed ne desperes; recogita iniquos annos  
tuos in amaritudine anime tue; sed ne tibi persuadeas,  
te omninò esse derelictum. Deus jam à primo quod perpe-  
 trasti, peccato, te improvisâ morte ferire poterat, prout tot  
 alios ferit; sed expectavit conversionem tuam: omnes ipsius  
 vindictas miraberis, sed satis ipsi fuit acum suum tendere,  
 et noluit sagittis furoris sui te transfigurare. Ipsum enor-  
 mibus peccatis tuis irritasti; sed forte gaudabit palam  
 facere, quòd ubi peccatum abundat, ibi hyperabundat gra-  
 tia.

## XVIII.

111.

\* Lib. 8. Con-  
 fess. c. 2.

» Ita, ô mi Deus, exclamat S. Augustinus\*, magis gaudes he-  
 » per reditu et conversione unius peccatoris, qui bona fide ad

te revertitur, quam super perseverantia nonaginta novem,   
 qui non indigent poenitentia. Quod te spectat semper im-   
 mutabilis es; et eadem tranquillitate intueris ea, quae sunt   
 et quae non sunt: Sed si quid est, quod secundum nostrum   
 concipiendi modum, tibi quoddam laetitiae argumentum   
 afferre possit, tunc profecto est conversio magnorum peccato-   
 rum.

Quo magis est periculum, eo major est consolatio nostra illud   
 vitae. Quo magis pertimescendum naufragium, eo magis   
 laetamur nos in illud lapsos non fuisse: Quo morbus insanabilior   
 visus fuit, eo sanitas, quam recuperavimus, suavior et amoe-   
 nior videtur.

In hoc etiam Ecclesiae gaudium consistit, gaudium tanto   
 majus, quod multi simul gaudeamus; gaudium tanto aequius   
 et sanctius, quod excitati reditu eorum, à quibus tam idus-   
 trem conversionem non expectabamus, mutuo incendamur,   
 et animemur ad implenda omnia munera nostra. Tum alie-   
 no exemplo salutis stadium procius apertum videtur: et si emi-   
 nentioris Ordinis homines in eo deaurant, ipsorum auctoritas   
 vehementius desiderium eorum vestigiis insistendi inspirat eis,   
 qui ipsos non laudant et admirantur nisi ut imitentur.

### XIX.

Redue me ergo ad te o Domine, addit S. Augustinus\*, et   
 aufer velum quod ad me excrucandum oculis mentis mea ob-   
 duci. Haec enim sponte me ipsum non agnovi: Sed fac ut me   
 cognoscam, ut me totum difforme et ulceribus plenum vi-   
 dens exhorream. Equidem non ignoro deplorandum animae meae   
 statum: at quamvis mihi notus sit, tamen vehementem sen-   
 tis in me propensionem ad illum dissimulandum, obliviscan-   
 dum et ad claudendos oculos ne illum videam.

Id igitur à te postulo, ut nempe in anima mea motus   
 adeo pios, adeo sanctos, adeo sinceros effundas, qui penitus in-   
 ter brachia tua me coniciant, mihi ipsi renunciando, tempus   
 quod perdidit, lugendo, postquam mihi fecisti misericordiam   
 atque vehementem amoris sapientiae et summi boni deside-   
 rium inspirasti.

Enimvero fateri cogor, indeque ambasco et amarè co-   
 ram te gemo; saepe te rogabam ut me sanares, et adhuc di-   
 ligebam morbum meum; ut animam meam à mundi rebus   
 avocares, et timabam ne nimis citò exaudirer. Fac ergo o   
 mi Deus ut omnibus saeculi rebus renunciem, tibi que soli   
 adhaeream, excita animam timoris tui meam timoris tui sti-   
 mulis, et gratia tua fortitudine vehementes passionum mea-   
 rum impetus cohibe.

## XX.

Homines, ut fiduciam nostram sibi concilient, se nobis promissis juribus jurandis et pignoribus obligant, sed Deus, qui nihil nobis debet, tantam habet misericordiam et bonitatem, ut haec omnia adhiberet, ut fiduciam nostram in ipso collocare nos impelleret.

Nobis promittit, quod ubi ad eum ex toto corde nostro rever- suri essemus, omnia peccata nostra esset obliturus, quod quicumque spem suam in ipso esset collocaturus, eam frustra- dus minimè foret. An quid amplius requiritur, ne tristi et flagitiosa diffidentia nos tradamus?

Quando vir probus et ut talis agnitus nobis promittit, se nobis obsequia praestitutum, in ipsius generositate et bona fi- de requiescimus. Ergone soli Deo diffidemus? Deo, inquam, verbis suis et promissis infinitè fideli, et qui se ipsum abne- gare non potest: Deo, cujus promissum in scriptis tenemus et eidem libro insertum, secundum quem nos judicare debet, Evangeliorum librum intelligo: Deo, qui tanta severitate exigit vota, quae ipsi facimus, ut ut laboriosa sint ea, quae ei vivimus, et qui nihilominus recusaret datam nobis fidem liberare, cum tamen id possit sine ullo labore, tali, quo vult, loco et tempore? Chirographum ab ipso teneo, quo mihi ea, quae mihi promissit caventur, hoc sufficit mihi, inquit S. Joan- nes Chrysostomus.

## XXI.

Post hanc securitatem omnis alia praecautio esset inutilis: Sed quia iurjurandum est inter homines quidpiam sacrosan- tius quam simplices verborum obligationes, Dominus illud promissis suo ultrò adungere voluit, ut his duobus innixi, spem solidam firmamque conciperemus: Amen, amen dico vobis: si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis: petite et accipietis; pulsate et aperietur vobis.

Quam felices sumus, quod Deus se iurjurando nobis ob- stringere velit? Sed quam infelices, si post tam solemnes obligationes ipsi diffidimus inquit Tertullianus\*! Amen dico vobis, per me ipsum iuro vobis ego, qui sum vita et veritas aeterna, per me ipsum, qui fraudem obli et perjurium punio poenâ aeternâ; per me ipsum, qui desi- nerem esse quod sum si inveni et accipere possem.

## XXII.

Misericordia Dei ulterius progreditur, praeter haec promissa et iurjuranda, realia et officaria nobis tribuit

\* lib. de poe- nit. c. 4.

pignora fidei suae. Inotidia videntur homines, qui dataa  
fidem revocant, inveniuntur, qui chirographum suum in-  
ficiantur. Sed ubi ab ipsis egregia pignora tenemus, pe-  
nes nos habemus unde ipsorum infidelitatem et inconstan-  
tiam minime timeamus. Ergone oportuit, o mi Deus, ut  
eo obsequentia et generositatis misericordia tua proce-  
deret, ut nobis pignora tribueres fidei, quam nobis non da-  
bebas, et quam inficiari non vales? Ad tamen nostri gra-  
tia facere voluisti.

Oratio, quam Moyses ad Deum fundit, ut cum impalle-  
ret ad parcendum populo suo, fundatur in ratione,  
que iuncta nos probabiliter cum ab impertienda venia  
avertere debebat. Ad obtinendam hanc ab ipso gratiam,  
eas revocat, quam ingrata huic nationi fecit. Ipsi expo-  
nit plagas Aegypti à quibus eam liberavit, mirabilem  
transitum, quem ipsi in medio aquarum maris rubri ape-  
runt, et omnia prodigia, quae memorabilem diem eam  
comitata vel secuta fuere.

An non videtur, Moysen hic non recte rem aggressum  
fuisse? Quis enim arbitretur offensum horum leniri  
posse, cum ea quae in gratiam serui egit, eius ingrati-  
tudo ipsum ad iram concitat, ipsi representantur? Quis  
majora sunt beneficia eò enormius est huius ingra-  
ti crimen: Neque immo dum ipsi singillatim expo-  
nuntur omnia sua benignitatis signa, ipsius indigna-  
tio magis irritari quam sedari videtur.

Nihilominus contrarium evenit, et Deus permisit  
se velut exarmari, cum ipsi magna beneficia fuere ex-  
posita, quae in populum suum contulerat: Et cur hoc,  
quaerit Origenes? Quia pignora sua amittere noluit, nec  
novas gratias recurrere iis, quibus jam infiniti amoris  
sui magnis suis liberalitatibus signa dederat.

### XXIII.

Si ipsius bonitas adeo profusa est, ad mentem nostram  
generosa et specialia beneficia illa revocemus, quae ab  
ipso accepimus, et quin nos coeca cuidam praesumptioni  
permittamus, videamus, quid à gratuita ipsius misericordia  
expectandum habeamus. Quod jam nostri gratia egit,  
longè quidquid magnum cogitari potest. Parum fuit ipsi

honorum suorum participes nos facere, sed pro terea unicum  
filium suum nobis dedit. At verò pignus est tunc, si eo proba  
uti noverimus, multas alias nobis conciliabit gratias, et à no  
bis omnem auferet diffidentiam.

Rom. 8.

Pater aeternus proprio filio suo non peperit, sed pro nobis  
omnibus tradidit illum: Filius iste se ipsum obtulit et de  
vorit pro peccatis nostris, et quomodo non omnia secundum ipse  
nobis donavit, concludit hic magnus Gentium Apostolus?

## XXIV.

115.

Alia adhuc ratio, qua nos adigit ad corroborandam fiduciam  
nostram in providentia et misericordia Dei inde prove  
nit, quòd sic ei honorem et gloriam quam meretur, de  
mus. Invera me in die tribulationis; etiam te, et hono  
rificabis me, dicit nobis.

\* Psal. 49.

Dualis hic honor? honor quo Deus ut ut gloriosus nullique  
subjectus summè affici videtur; honor qui infinitas ejus per  
fectiones pervulgat ac debito cultu prosequitur.

Et profectò fiduciam nostram in Deo collocare non possumus,  
nisi cum in suis verbis varacissimum credamus, benignis  
simum ad nobis succurrendum, perspicacissimum ad inve  
niendas rationes nobis subveniendi, potentissimum ad  
exequendum in gratiam nostri id quod omnes creaturarum  
vires superat, sapientissimum ad id agendum viis suavibus  
et serenis, omni humana prudentia incongnitis, magnificen  
tissimum ad nobis concedendum id quod ab ipso postulamus,  
denique ad misericordiam pronissimum, ne continuis nostris  
infidelitatibus impediatur. Et verò cum ita de Deo senti  
mus, ipsum honore prosequimur, ipsique tributum debi  
tum pendimus, atque, prout loquitur Regius Propheta,  
victimam laudis et gratitudinis immolamus.

## XXV.

116.

Regius Propheta ubique nomen quaerit, quo Deum in  
sequat, nec invenit, quòd illum ad suaviores fiduciam im  
petat, quàm si cum misericordiam suam nuncupet. Deus

\* S. Augustinus in  
Psal. 98. et 99.

meus misericordia mea. \* Si dicam, omni Deus, quòd sis salus  
mea, inde intelligo, quòd à te veniat salus ista. Si dicam,  
quòd sis refugium meum, testificor, quòd ego ad te confu  
giam. Si dicam, quòd sis fortitudo mea, novi, quòd nullam  
habeam, nisi tu eam dederis: sed dum te vero misericordiam  
meam unico hoc nomine complector omne id quod hinc  
respectu tui, et quòd tu es respectu mei. Interioram, et  
tu fuisti salus mea; jam jam in manus inimicorum meorum

incasurus eram, et tu fuisti refugium meum; redactus eram ad infirmitatem et languorem mortifarum, et tu fuisti fortitudo mea: sed has omnes gratias à te recipi, quia tu es misericordia mea.

Et sanè an egi aliquid ut essem? et quis eram ut te in auxilium meum vocarem? si egi aliquid antequam essem, ergo aliquid eram antequam essem. Porro si nihil omnino eram, nihil à te promerui ut essem.

Voluisti ergo ut essem, et non facisses ut bonus essem?

Dedisses ut sim, et alius mihi bonitatem dedisset. Si tu dedisti mihi ut sim, et alius mihi dedit ut bonus sim, melior ille, qui dedit mihi ut bonus sim, quam ille, qui dedit mihi ut sim: sed utrumque à te provenit o Domine, et quia nemo in misericordia te largior est, tu mihi hanc duplicem gratiam fecisti, atque à te recipi ut essem, et ut bonus essem, unde merito exclamo: Deus meus misericordia mea.

### XXVI.

Omnia sunt allicientia et consolantia in agendi ratione, quam misericordia divina respectu hominum tenet. Ipsius bonitas illos quaerit, ipsius mansuetudo illos reducit, ipsius indulgentia illos devincit, ipsius liberalitas illos ditat, ipsius constantia illos conservat, ipsius generositas illorum fidelitati etiamnum ea adscribit, quae ab ipsius gratia proveniunt.

\*Erravi sicut ovis quae perivit; quare servum tuum, Di-<sup>\*</sup> Psal. 118.

cebat ad Deum Regius propheta. Ah quid! quaerit S. Augustinus, an ergo Domini est quaerere servum, qui illum dereliquit? an non à contrario servi huius est praevenerè Dominum suum, et ad pedes illius se projicere?

Sic naturaliter fieri oporteret, verum si peccatores ad id essent redacti, quidpiam impossibile ab ipsis exigeretur. Ex se ipsis ab arcta via recadunt, sed ex se ipsis eam domo ingredi non valent. oportet ut Deus eos quaerat, et ad eos vadat, secus enim nunquam venirent. Ipse post eos clamat, atque dicit, ut revertantur. Stimuli illi conscientiae, qui ipsos inter suavissimas voluptates suas conturbant, syndereses illae et objurgationes, quas ipsis internus hic iudex facit, an non sunt tot voces et invitationes Dei, qui ipsos ad officium revocat, qui modo ipsis de reconciliatione et pace, modo de poenis et mi-

Scitis loquitur, qui modo ipsos monet de bono, quod operari eos oportet, et modo ipsis supplicium minatur propter malum, quod perpetrant?

118.

## XXVII.

Has urgentes invitationes comitatur, et, prout loquitur S. Augustinus, condit amosna suavitas. Et sane nullum peccatorem in Evangelio invenimus, quem Jesus Christus blanditiis suis non pedexerit. Quamvis Pharisaei inde scandalizentur, tamen famosissimos peccatores sua praesentia cohonestare vult eoque, ut se ipsum invitet ad manendum apud ipsos et manducandum cum eis. Descende, inquit ad Zachaeum, oportet me hodie in domo tua manere. Habebatur ut homo, qui se curat moliter, atque amaretur, quod cum Publicanis amicitiam inerat: ipsius misericordia, quae illos vult salvare, huiusmodi iudicio non curat. Inde murruret Simon, cuiusque habeat ut hominem, qui nesciat quid geratur, permittit ut Magdalena ad eum veniat, atque lacrymis suis pedes eius iriget, et tantum abest, ut de ipsa sinistra loquatur, eam laudat.

Quis alius praeter ipsum, cernens mulierem in adultério deprehensam, saltem ei crimen suum graviter exprobrasset: Sed contentus ipsius peccatum in exiguo pulvere describere, cuius momento post non nisi confusa lincamenta apparissent, ei mansuetus dicit: Si nemo te condemnavit, nec ego te condemnabo, vade, et noli amplius peccare.

Quis alius praeter ipsum Apostolorum suorum Principi turpem illius negationem exprobrasset, vocando in illius memoriam gratias, quibus eum cohonestarat: Sed sufficit ipsi eum respicere et quidem amoris ac tenerritudinis intuitu, inquit S. Ambrosius.

Quis alius praeter ipsum dixisset Samaritanæ: notum est te esse mulierem peccatricam, tua impunitati adjungis impudentia mendacia: Sed suaviter ei dicit: quod si sciret Donum Dei, illud peteret; et si ab illa petit ut ei det bibere, tunc idem, ut ipse ei det aquam, quae sitim ejus extinguat: imò vult cum ipsa colloqui de materiis Religionis, atque ex magna peccatrice facit poenitentem, quae in sua civitate missio-

nam et divinitatem illius, qui eam convertit, annuntiat.

## XXVIII.

119.

Sed quanta est misericordia divina indulgentia, et quid non agit? Libertatem hominis, et gratia sua omnipotentiam inter se se conjungit, ita ut de sua creatura, quidquid voluerit, faciat, quin tamen ei vim aliquam inferat, eamque cogat; ut eam trahat et abripiat, quin tamen ipsius jura laedat, et indifferentia, quam ad bonum et malum habet, noceat. Haec misericordia divina indulgentia praecepta quae nobis imponit, ex statu nostro et viribus, quas ad ea servanda nobis largitur, matitur ac moderatur. Non permittit ut supra id quod possumus, tentamus. Si enim, ut inquit S. Ephrem\*, homines suis jumentis non plus oneris imponunt, quam ferre queant, multo minus plus tentationum imponit Deus hominibus, quam ferre possint. Si figulus vasa sua igne excoquit usque dum vitæ coquantur, nec rursus ulterius ea hinc igne, ne adurantur, fidantque inutilia; multo magis Deus idem facit, ne majoribus nos exponet periculis quam ferre valeamus.

Haec, inquam, divina misericordia indulgentia se quodammodo nostra propensione accommodat, atque passionum nostrarum objecta mutando, ad illud nos convertit, quod amplecti nostra interest. Si paucias diligimus, tunc nobis veras offert divitias, atque ultro vult, ut nobis pro zelo thesaurizemus. Si odis tenemur, illud non contra inimicos nostros sed contra nos ipsos vertit. Si amara flagramus, permittit ut amemus, sed vult ut illud durat amemus quod amabile est: nostrisque passionibus et cupiditatibus utitur, ut nos ad ipsi servandum excitat et impellat.

## XXIX.

120.

Ipsius liberalitas et constantia non minus sunt admiranda. Huic divina misericordia obstricti huius, non solum quia bonum, cuius nobis consilium inspiravit, atque media subministravit, facimus, sed praeterea quia malum non facimus, quod fieri volumus, si nos derelinqueret. Ipsa nobis offert mille salutis, et avertit perditionis nostrae occasiones, aut nos in eis nos sustinet ne pereamus: et quod nos consolari

consolari debet, adeo constans est, ut nos nunquam deserat, nisi prius illam deseramus.

\* S. Aug. lib. de  
natura et gratia  
c. 26.

\* Medicus cum sanaverit hominem, jam de cetero sustentan-  
dum alimentis et elementis corporalibus, ut eadem sanitas apto  
subsidio convaleret atque persistat, Deo dimittit. Ipse autem  
Deus, cum ad perfectam sanitatem, hoc est ad perfectam vitam  
et justitiamque perduxerit, non deserit nisi deseratur, ut pie sem-  
per justeque vivatur. .... Sanat ergo Deus, non solum ut se-  
leat, quod peccavimus, sed etiam ut praestet ne peccemus.

XXX.

121.

Admiremur in super generositate misericordia divi-  
na, quae meritis creaturarum id tribuit, quo gratuito ab  
ipsa provenit. Jems Christus à corpore filia Cananea ca-  
pellit Daemonium quod ipsam torquebat, et statim addit,  
quod sit valuit mores fidei matris ipsius. Hemorrhoea mor-  
bum sanat, et dicit ei: vaude fides tua te salvam fecit. Mag-  
dalena sua peccata indulget, et ciborum remissionem amo-  
ri ipsius tribuit. Si cum filiam Principis Synagoga resuri-  
tauit, dixisset astantibus: accedite ad corpus istud, et vi-  
deto num sit adhuc aliquod in eo vitae signum, tangite ipsi-  
us arteriam, Speculum ori ejus admovete, ut sciatis num ad-  
huc halitum trahat, sibi honori vertisset miraculum quod  
ipsius gratia patrabat: sed sufficit ipsi dicere: haec filia  
non est mortua, sed dormit, adeo generosa et humilis ipsius  
misericordia est.

XXXI.

122.

\* S. Aug. Epist. ad  
Sisium.

\* Nihil habemus à nobis ipsis, sed misericordia Dei nobis  
dat quod habemus. Ipsum fidei initium ab ipso etiam  
num provenit. Quodnam enim meritum in homine ante  
fidem inveniremus, quo eam obtinere potuisset? Sicut ho-  
mo nec sapientiam, nec intelligentiam, nec consilio, nec  
fortitudine, nec scientia, nec pietate, nec timore praeditus  
esset, nisi spiritum accepisset, qui haec omnia dona gra-  
tuo; sic etiam fidem non haberet, nisi hunc fidei spi-  
ritum accepisset. At quod spiritus iste nobis detur non  
propter merita nostra, sed ex mera misericordia illius, qui,  
cujus vult, miseratur, S. Paulus id nobis clara demonstrat  
quando ait, quod fidelis factus fuerit per misericordiam,  
quam Deus ipsi fecit.

Quod si dicamus, quod saltem meritum orationum  
tratum praecedat gratiam, quam per eas obtinemus, iº

fatebimur, quod gratia sit donum Dei, cum oratione eam  
obtinemus. Inimari opus non esset, ut ab ipso peteremus  
quod in nostra potestate esset. Sed ne quis sibi imagine-  
tur, nos saltem prius habere meritum orationis, haec ipsa  
oratio inter effectus gratiae collocatur. Ignoramus quid à  
Deo petere debeamus, nec quomodo illud petere oporteat, sed  
ipse Spiritus orat pro nobis per ineffabiles gemitus, id est,  
Spiritus facit, ut oremus.

## XXXII.

Quale ergo meritum invenire possumus, quod in homine  
gratiam praecedat, atque eam obtinere illum faciat, cum  
sola gratia quidquid meriti in nobis est, faciat, ac quando  
Deus nostra merita coronat, propria sua dona duntaxat  
coronat? quemadmodum ingressus noster ad vitam fidei  
fuit effectus misericordiae ipsius, et sic eam erga nos exeruit,  
non ideo id factum est, quasi jam essemus fideles, sed ut  
tales fieremus: sic etiam in fine curriculum nostri, id est in vi-  
ta aeterna, ex abundantia quadam misericordiae Deus nos  
coronabit.

Non ergo frustra Domino dicimus, quod misericordia ipsius  
nos praeventura sit et sentura. Equidem verum est, quod  
illa vita aeterna futura sit merces nostrorum praecedentium  
meritorum; sed non minus verum est, quod semper gra-  
tia nomine haec merces insigniri debeat, cum nobis gratui-  
to datur. Verum est eam nostris meritis concedendam fore;  
sed non minus verum est, quod haec merita sint opus mi-  
sericordiae Domini et non proprietarum nostrarum ~~meritorum~~  
viriū: Id his verbis explicat S. Paulus: Vita aeterna est  
beneficium gratiae Dei per Deum Christum Dominum  
nostrum.

Cernite, quae, quanta praecautione pauca haec ver-  
ba delayerit. Postquam dixit, mortem esse Stipendium  
peccati, quis non credidisset, cum per consequentiam,  
qua videbatur omnino naturalis et aequissima, additu-  
rum fore, vitam aeternam etiam esse Stipendium justitiae?  
illud ipsam esse in quodam sensu dici potest, cum sit mer-  
ces, quam justus suam justitiam promeruit, sicut mors est  
peccatori Stipendium, quod peccato suo promeruit: sed in  
alio sensu vita aeterna merces non est, quasi namque gratia  
nullam in ea partem haberet.

Unde magnus hic Apostolus inter utramque discrimen  
istud ponit dicendo, mortem esse Stipendium peccati, sed

vitam aeternam esse beneficium gratiae Dei per Jesum Christum Dominum nostrum: ne justus se extolleret, et arbitraretur bona opera, quibus vitam meretur, à se ipso provenire, quemadmodum mala, quibus peccator meretur mortem, indubitanter ab eo proveniunt.

## XXXIII.

123.

\* De vocat.  
gent. lib. 2.  
c. 1.

» Remotis abdicatisque omnibus concertationibus  
» quas intemperantium disputationum gignit animositas,  
» inquit S. Prosper\*, tria esse perspicuum est, quibus in hac  
» quaestione debeatur quis inhaerere; unum quod profitemen-  
» dum est, Deum velle omnes homines salvos fieri, et ad  
» agnitionem veritatis venire; alterum quod dubitan-  
» dum non est, ad ipsam cognitionem veritatis et percep-  
» tionem salutis non suis quemque meritis, sed opera et au-  
» xilio gratiae Dei provenire. Tertium denique, quod in  
» agendi ratione Dei res contineantur, quas humana mens  
» comprehendere non potest, unde fit, quod quamvis Deus  
» velit omnes homines salvos fieri, tamen non omnes salvi  
» fiant.

## XXXIV.

\* Rom. c. 9.  
p. 267.

» \* Non solum in novissimis diebus verum etiam in cunctis  
» retro saeculis probatum est, gratiam Dei omnibus homini-  
» bus adfuisse, sive manifestè sive occultè. Eam Deus  
» Cain dedit, cum ab ipso quaesivit, ubi fateretur ejus esset. Sic  
» enim illum ad se ipsum revocavit, atque enormitatem  
» criminis sui ipsi ob oculos ponit. Imò visus est cum in lu-  
» am fidem recipisse dicendo ipsi, neminem ipsum impe-  
» ne occisurum, atque sexcentorum annorum spatio po-  
» nitentiae locum dando.

\* Hom. 21. et 22.  
in Genesim.

» Ante universale diluvium Noë, inquit S. Chrysosto-  
» mus\*, fuit velut legatus ad illud per plures annos annun-  
» ciandum. Peccatores toto illo tempore carnabant adifi-  
» ficari Arcam. Animalia ex variis mundi partibus con-  
» veniebant ad eam ingrediendam atque à naufragio se  
» salvandum. Ingentes pluviae à caelo cadentes ipsis in-  
» fortunium suum minitabantur: et haec omnia tolerant  
» gratia, quas Deus ipsis largiebatur et quibus ad agendum  
» poenitentiam ipsos invitabat. Quid dicemus de Judeis?  
» Quantis beneficiis ipsos Dominus cumulavit?

## XXXV.

» Quin tam remota patamur, totus terrarum orbis sti-  
» annum hodie ipsius misericordiam planus est: et inter

maxima fiducia nostra inuitamēta hoc etiam est, quod sciamus, illum necessitatibus nostris providere, quando eorundem lavaman ab ipso postulamus. \* Si quis vestrum indiget sapientiā postulet a Deo, qui dat omnibus affluenter, et non improperat: et dabitur ei. inquit S. Iacobus in sua Epistola catholica. Qui dat, id est, prout exponit S. Thomas \*, paratus est dare; omnibus, sine personarum accōtione; affluenter, id est, non parca unde dicitur effundere, et non improperat; id est, dat sine tristitia, liberaliter, non vendit, sicut multi, dat generaliter, non uni, sed omnibus; et dat abundanter non parca; aperit manum suam, et implet omne animal benedictione.

## XXXVI.

179.

Verum cui dat? nec enim tam magna in Dei misericordia hominibus inspiranda est fiducia, ut eā abundantur. Dat illi, qui cum fiducia et sine diffidentia postulat; illi, qui nihil habitans se inter ejus brachia conjicit, ut ab illius infinita bonitate obtineat id, quod à se ipso habere non potest. Si enim dubitat et diffidit, si in continuā bonum inter et malum, fidem inter et incredulitatem suspensione se contineat: sique se arbitrio tentatoris tradat, qui modo cum presumptione exultat, modo desperatione deprimat, velut maris fluctus, quos ventorum vehementia quoque vorans abripit et circumfert, tum quod expectat non accipiat.

\* Unde sunt, ait S. Bernardus \*, qui sperant in Domino, et sed frustra, quia sic de misericordia ejus sibi ipsis blandiuntur, ut à peccatis suis non emendentur. Vana omnino est spes ista. Sunt autem et alii, qui desperant: hi scilicet, qui considerantes imbecillitatem propriam, desiciunt et obruntur à pusillanimitate spiritus; habitantes in carne sua, et circa infirmitatem propriam semper intenti. Primi malè sperant; Secundi nequiquam sperant. Primi habitant in suā superbiā; Secundi in suā diffidentia et poenis. Soli illi felices sunt et sapientes, qui habitant in adiutorio altissimi. Nihil nisi Deum desiderant, eum amittere solummodo trucidant. Ipse in quietudinis et vigilantia eorum est magnum objectum: et quando sic sub ipsius umbrā et protectione quiescunt; quis ipsis in tuto arculo nocere poterit, ubi Deum intuentur ac cogitant, quod vicissim Deus continuo ipsos respiciat?

125.

## XXXVII.

Religiosa omnino et ad pietatem comparata sunt ea,  
 que Gerson in suo Dialogo de Predestinatione, agens de va-  
 ra mentis affectione Christiani respectu misericordie et  
 justitie Dei hanc in rem eloquitur. Commissa peccata ha-  
 » animo revolvens, inquit, meditatibz aliquando seum conque-  
 » rens, quod si justo Dei judicio damnandus est? Si reperit in-  
 » dispositum cor suum ad humilam hujus rei considerationem,  
 » Devalinquit eam, et ad alia se convertit. Si vero aspicit  
 » affectum suum Deo propitio tranquillum, humilem, et ha-  
 » ram, sistit tamen et cautè in hac recordatione, si fortè  
 » damnandus est. Ita constitutus voluntati Dei se permit-  
 » tit, et se sub omnipotenti manibz illius humilians dicit ei:  
 » Justus es Domine, et rectum judicium tuum, etiamsi me occi-  
 » daves, tamen in te sperarem. Tum conversus ad Dominum  
 » cum pio et humili affectu: Suis, inquit, justissime Judex, quo-  
 » niam damnati te odiunt: at ego dum interim affectibus  
 » illis tam offeris et blasphemis careo, amo te, qui solus infi-  
 » rite amabilis es. Credo et palam profiteor, quod sis justifi-  
 » mus, optimus et summa misericors, quod quidquid de me in  
 » totam aternitatem disponaris, in eam injustitiam com-  
 » mittere possis.

## XXXVIII.

126.  
 \* Ibid. Arbitror, addit idem Gersonius, quod nostra animi affec-  
 » tio erga misericordiam et justitiam Dei hanc esse debeat:  
 » Sicque id intelligo: Apud humilem quanto minus est in  
 » se spei, minus in ope aliena fiducia, minus denique vult  
 » constituere justitiam suam; tanto plus spei, plus fiducia  
 » de Deo concepit, plus quoque justitiam Dei sit subjectus p.  
 » \* Ibid. Invenitur itaque quadruplex meditatio; una divina  
 » infisionis ut speres; altera divina promissionis si speres; ter-  
 » tia immensa Dei pietatis ne desperes de suis miserationi-  
 » bus; quarta propria fragilitatis, ne speres in te, vel in pro-  
 » priis viribus.

## XXXIX.

» Sic constitutus dic cogitationi tue sollicitanti spem  
 » Desera, dum non facis certam vocationem tuam per bona  
 » opera, quotidie curans de peccato in peccatum, ingoren-  
 » ti provide ne sis de multis vocatis, et non electis: Dic, inquam,  
 » quod obedis jubenti Deo, qui mille in locis Scripturae precipit,  
 » ut speres in eo. Ita Domine projicio me in te jubente te:

non es condalis aut fallax, et abjicias me, immota praesertim a  
multiplici promissione tua, qua sperantibus in te polli-  
citus es, quod liberares, eriperes, salvares, et glorificares: a  
cujus demum tam immensa pietas est, ut nullis peccatis, a  
etiam infinitis: si commissem ea solus, sine possit in  
haerita, quodque interposuisti cum immobilitate consi-  
lii tui iurandum. Quamvis enim sis inobligabilis a crea-  
tura tua rationali, voluit tamen dignissima condescensio  
tua commercium quoddam habere cum hominibus, ut bene  
de te mirarentur, si iussa tua compleverint, et in te sperave-  
rint.

### Supplementum.

Nihil tenerius et movendis animis aptius invenire est  
quam quod S. Augustinus in suis confessionibus, meditatio-  
nibus, et Soliloquiis de misericordia Dei et fiducia, quam in  
eam habere nos oportet, elocutus est. Ibi commemorat be-  
neficia, quae ab ea recipimus, summam miseriam, ad quam  
sine ipsa redacti eramus, quanta agat pro conversione pec-  
catorum et perseverantia justorum. Cap. 14. et 35. Medita-  
tionum, sicut et c. 1. 7. ii. et 23. Soliloquiorum de ea patheti-  
ce disserit.

S. Anselmus Archiepiscopus Cantuariensis, qui multa ex  
S. Augustino repetit, plura addidit in suis Meditationibus  
de fiducia et gratitudine erga misericordiam Dei, cujus be-  
neficia describit, et quam ipsius gratia nobis sint necessa-  
ria demonstrat.

S. Gregorius in Psalmum quartum benivolentialem osten-  
dit quod misericordia Dei ipsius gloriam constituat, et res-  
pectu nostri ipsa magnum ipsius donum sit. Hom. 32. in  
Evangelia, et lib. 8. in Reg. loquitur de constanti in Dei  
misericordiam fiducia. Nos terret, inquit, quia justa est,  
et nos consolatur, quia benigna est. Furius adhuc hanc  
veritatem prosequitur lib. in Reg. et hom. 20. in Zachiel.  
Hom. 9. in Evangelia, sic nos, inquit, misericordia eius refo-  
reat, ut nullo modo negligentes redat: sic peccata  
nostra perturbat, ut manus in desperationem non promat.

Posunt etiam legi ea, quae Richardus a S. Victore part. 127.  
2. in Cant. c. 27. sed praecipue in praefatione elocutus est, ubi  
notat, quod Deus nostri gratia multas qualitates assumse-  
rit, et omnium quia omnium tenerima est sponsi quali-

tas, videtur eam pro aliis affectasse praesertim in nova lege. Se nuncupat Dominum, ut cum timeamus, et Patrem, ut eum honoremus: Sed vult ut eum intueamur tanquam Sponsum animarum nostrarum, ut eum amemus. Quando se vocat Dominum, nobis palam facit, quod ipse nos creaverit; quando se Patrem nostrum dicit, nobis patefacit, quod ipse nos adoptarit; et quando nomen Sponsi assumit, nobis significat, quod ipsi ita conjuncti simus, ut fieri idem sit nobiscum. Atqui Deo conjungi plus dicit quam ab eo fieri se creatum et adoptatum; et haec conjunctio seu unio facta est per mysterium Incarnationis p.

S. Prosper in responsis ad Camillum et Theodorum super Iubis 8. adducens verba S. Augustini dicit, quod Deus redat malum pro malo, quia justus est; bonum pro bono, quia justus est et benignus; sed quod nunquam malum pro bono, quia injustus esse nequit. Ex hoc magno principio oritur multas praeclaras consecutiones. Quae etiam habet lib. i. In vocatione gentium c. 20. et seq. magnam fiduciam in Dei misericordia omnibus inspirare debent. Viscera misericordiae Domini, non ad unius tantum populi redemptionem, sed ad omnium nationum impendit salutem p.

S. Chrysostomus in quamplurimis operibus suis loquitur de misericordia Dei, et hortatur peccatores, ut ad eam confugiant, ut ut enormia sint, quae patravunt, crimina. Possunt videri ea, quae haec de re ad Theodorum scribit.

S. Bernardus in haec verba: misericordias Domini in aeternum cantabo, ait quod misericordia Dei pluribus modis eluceat 1.º impediendo ne in peccatum labamur. 2.º nos expectando, postquam in illud lapsi sumus. 3.º cor nostrum movendo. 4.º nos ad poenitentiam recipiendo. 5.º nobis offerendo media ~~invenendi~~ morandi, nosque perfectos efficiendi.

Quae in Psalmum 90. commentatus est sunt admirabilia, illumque exponit ea ratione, quae nobis palam facit, quod nunquam debeamus separare misericordiam Dei à sua justitia, quod haec duae viae sint, per quas ambulat, et secundum quas nostram agendi rationem instituere nos oportet.

## MORS.

Cogitatio et consecrationes mortis.  
Mors justorum et impiorum.  
Preparatis ad mortem, p.

## Sermo Primus.

Memento homo quia pulvis es, et in pulverem  
revertoris. Genes. 3.

Pro Jas. 4.  
Cinorum.

Quod Moyses à Deo inspiratus ad humiliandum simul  
et erudicandum populum rebellem egit: quod pius Josias ad  
evertendam idololatriam et exterminandam peccatorum  
impietatem fecit: id ipsum, Auditores, Statim initio Saeva  
hujus Quadragesimae Cinorum ceremonia fevrida et salu-  
tari mortis cogitatione praestat Ecclesia.

128.

\* Moyses iratus, quod videret Judaeos genua flectere co-  
ram vitulo aureo, quem sibi conflarant, dum ipse cum  
Deo in monte versaretur, arreptum idolum istud in frusta  
comminuit, atque igni tradidit, collectisque ex eo cins-  
res aqua diluit, atque bibendos his idololatriis dedit.

\* Exod. 32.

Quidpiam simile fecit Josias, siquidem S. Scriptura  
memorat, quod falsorum Deorum simulacris confractis,  
altaribusque eorum subversis, praecipit, ut quaedam  
cadavera à tumulis suis evertentur, quae vomari jussit,  
atque illos cineres per loca illa, quae abominabili pro-  
faneorum suorum cultu profanata fuerant, sparsit.

Ecclesia in hujus diei ceremoniam eodem spiritu ducit-  
tur. Obsecrati peccatores, his hallucinationis diebus co-  
ram mundi idolo saltastis, et insanam judaeorum  
impietatem innovantes, quemadmodum illi intem-  
perantia et luxu excessibus vos tradidistis. Ubique  
sicut pii Josiae antecessores, impietatis vestrae et veri  
Dei contemptus vestigia reliquistis. Ecclesia Mater  
vestra amarè propterea flevit, et ut vos ad officium  
vestrum revocaret, statim hujus poenitentiae curri-  
culi quod ingressuri sumus, quid agit? Mundi idolo-  
latra simulacra comminuit, eorumque cineres ca-  
pitibus vestris imponit. Jam in antecaprum sepulchra  
aperit, in quibus sepeliimini, et extrahens ex his ob-  
suris antris pulverem conatur vobis gravem mortis  
vestrae ideam relinquere, ut à flagitioso, in quo estis,  
statu educat memoria illius ad quem fortè citius

q initio

quam putatis, redigemini: Memento homo quia pulvis es, et in pulverem revertetur.

Id memento Domini mei et Domina mea: Ah an illius oblivisci poteris? an aliis speciei estis quam illi qui vos praecesserunt et mortui sunt? ut ut de superba distinctione vobis adulemini, omnes tamen eandem habetis originem, atque omnes ad eandem terram revertamini. Anni vestri continenti successione fluctuum instar se se propellant, donec tandem alii aliis paulo majori excitato murmure pluribusque tantisper pertransitis regionibus omnes simul in communem illam abyssum vos praecipites agatis, ubi sine distinctione hujus mundi potentes et excelsi quique permiscetur valut fluvii illi, qui in Oceano minimis permixti rivulis, in eo qualitates suas et nomina amittunt.

Id memento: Si enim inveniuntur justi quidam, qui artem bene moriendi norunt, dantur innumeri peccatores, qui eam ignorant, vel qui ex ista veritate illas, quas deberent, conscientias non erunt.

Divisio.  
129.

Moriendum est, id veri Christiani sciunt, sed Christiani rudes et mundo dediti id, prout seire oportet, non sciunt: Hoc erit prima partis meae argumentum: bene moriendum est; veri Christiani ad hoc se preparant; Christiani rudes et mundo dediti ad id, saltam prout oportet, non se preparant: Idque erit secunda partis meae argumentum.  
Memento homo p.

Partis prima  
130.

Certum est nos morituros, incertum est quando moriemur: haec bina oracula serio consideremus, quae nec eruditissima Astrologia, nec ingeniosissimus amor proprius, nec deliratissima et subtilissima adulatio unquam vincere potuerunt.

Ad vivendum nascimur, et ad moriendum vivimus. Baletia edificemus, voluptatibus fruamur, et nominis nostri gloria remotissimas provincias repleamus: omnia in mortem desinunt. Inter duos mundos sumus positi, primum à tergo relinquimus, et secundus ante se nos petit. Patres nostri mortui sunt, nos sicut illi moriamur, et posteritas quae nos sequitur, transibit, quemadmodum transierunt illi, qui nos praecesserunt.

An mors cum aliquo pactum init? an fortitudine juvenum vincit, vel precibus sanum flati se sinit? qualibet

atas, qualibet tempestas ad moriendum est idonea. Haec cogitatio veros Christianos occupat, sed qui non nisi Christianorum titulum gerant, parum eam morantur.

Dum desideria sua tam longè promovent, et vasta fortuna 131. ne consilia insunt, quis non diceret, quòd immortales se esse arbitrentur? At tamen exiguus ille dierum numerus, qui nostrae existentiae durationem constituit sensim dilabitur; quodlibet instans nostrae ipsorum partem subtrahit, ad terminum, qui nobis praefixus est, pervenimus; inconstantem rumpitur, et quidquid nos fascinat, nobis evanescit.

Sola ratio nobis fragilitatem vitae nostrae manifestare possat. Speremus quantum libuerit, sufficit oculos aperire ut fatalis moriendi necessitatis convincamur. Hujus caeli officium non modò morte illorum, qui continentia sumptione ex oculis nostris evanesunt; morbis, qui temperamentum nostrum perturbant; innumeris casibus, qui singulis momentis nobis impendent; sed etiam ipsismet rebus, quae cum ad nos à morte tuendos conferant, debent, non obstante inutili providentiâ nostrâ, nobis illius imaginem denuò delicias.

Enimverò quid est vita hominum nisi perpetuus cum 132. morte conflictus? Si manducamus, tum idèò ne praefame moriamur; si bibimus, tum idèò ne praefiti extinguamur; Dormimus; sed idèò ne ex longa virium et vigiliarum exhaustione intereamus. Laboramus; sed ut à nobis mortem removeamus, quam otium molestam afferens indigentiam accersere possat. Quiescimus; sed ne praefalsitudine moriamur: et tamen quamcumque demum adhibeamus praecautiorem, vix aedificium corporis nostri in altum surgit, cum eae mors illud contere, et ex eo quendam frustra evellere jam incipit: imò in una die illi majorem infert ruinam, quam plurimum hebdomadarum spatii reparare valeamus.

Id recordamur F. M. divinamque laudamus providentiam, quòd noluerit, ut idèa, quam mors mentibus nostris imprimat, in ambiguis et dubiis speciebus ac indiciis fundat. Quamvis naturae nihil ita arduum sit, quam moriendi necessitas, nihil tamen est, de quo minus dubitari possit. Hic nobis quemadmodum circa alia, nullâ vanâ spe blandimur. Exemplum tot millenorum millium hominum, quos sicaria mortis manus sine ulla conditionis, aetatis, clima-

tis, saxus exceptione parvifit, id omnibus tam clarè pavna  
det, ut etiam illi, qui se à communi hominum ordine sub-  
ducere et tanquam Dei coli voluerunt, eò demerita  
nunquam deventurint, ut se nunquam morituros sibi polli-  
cerantur.

133.

Acem tamen inauditam! non obstantibus adeò claris  
argumentis, amor proprius funestam hanc habet artem  
à nobis ultimum hoc momentum removendi, vel cogitatio-  
nem ab eo avertendi. Proprius hic amor impedire nequit,  
nam ab eo avertendi. Proprius hic amor impedire nequit,  
quin credamus vitam nostram finem esse habituram, sed ei  
tam remotos limites ponit, ut ad eos non nisi post longum tem-  
pus sit perventura. Impedire nequit, quin credamus, quòd  
quò etate proventissos finimus, eò magis ac velocius in hunc  
curriculi nostri ultimum terminum præcipitemur; sed no-  
bis persuadere conatur, quòd non nisi formà huic curriculo  
nostro initium demus, et ut cum sancto viro Job loquar, quan-  
do etiam nunc lux nostra deficere incipit, quasi palpebras  
diluviu nobis tribuit.

Id ergo repetito Fr. M. nec satis frequenter repetere possum:  
Qualicumque meritum, quosumque natales, quamcumque pul-  
chritudinem, et quamcumque demum fortitudinem jactatis,  
moriendum est. Hæc vita, quæ tam grata et amoena vobis  
videtur, deservenda est; hæc oblectamenta, quæ tam suavia  
creditis, hæc societates et conventus, qui vos adeò delectant,  
sunt pro vobis vetiti fructus.

Juvenes filia, quæ in mundo splendescere incipitis, non  
semper eritis delectatio et gaudium circuloꝝ et conven-  
tuum: vanitas hæc delectatur, et si velut superba filia  
Jerusalem nunc exalto capite et instar Dearum ornata gra-  
dimini, iis, qui vos aestimant vobisque magis adulantur, bre-  
vi eritis objecta non solum oblivionis sed etiamnum horroꝝ.

Judices terræ, non semper sedebitis in angusto tribunali  
vestro, non semper videbitis miseros litigatores ad limina  
vestra die immorantes, atque cum inquieta patientia fe-  
licem aut infelicem sortem suam expectantes: vanitas dies,  
quæ fastus iste, qui vos circumdat, vos delevinet. Pro  
palatio non nisi sepulchrum habebitis, pro consortio ver-  
mas, pro sede quinque vel sex pedum terræ spatium, cum  
interim immittes justitiæ divina ministri sine inter-  
missione vos conviabunt, si potestate vestrâ abusi  
fueritis.

Sæculi divites, non semper Julii illâ ac voluptuaria abun-  
dantiâ potissimum, opes vestras brevi è manibus vestris cla-  
bentur. Ex omni magnificentia illa, quâ super tot infæ-  
lices aminitis, nihil vobis supererit nisi sudarium ad tegan-  
dum cadaver vestrum, dum interim hereditas vestra ad in-  
gratos fortè heredes devolvetur, qui nec vestri recorda-  
buntur.

Politici temporique servientes homines adeò propicia-  
es circa presentia, et adeò coaci. circa futura, parum co-  
gitatis, quam amarè sed frustra vos semel poenitebit, quod  
scotibus vestris tam malè usi fueritis, quod sapienti provi-  
dentia cognoveritis quid imperia firmare vel destruere  
posset, et quod non videritis id quod propè vos erat. et vobis in-  
ternum et domesticum fuit, à quo felix vel infelix æterni-  
tas vestra pendebat.

Fortuna mancipia, qui adeò turpi servitute potentum  
prossibus vos devovatis, mihi videntur valut infantes, qui  
super arenam edificiant: brevi hæc vasillantria vanita-  
tis vestra opera diruta videbitis. Impudici amoris mar-  
tyres, qui mille curis angimini milleque tormenta sus-  
tinatis ad placandum inconstanti creatura, quæ labores  
vestros ridet, et suspiria vestra contemnit; idolum istud  
quod ad insaniam usque colitis, ex seipso comminatur, pul-  
chritudo ista, quæ vos inerat omnia sua illicia amittet, mors  
cum in horrible monstrum transformabit atque ita defor-  
mem efficiet, ut eam ultra ferre non poteritis.

O miseria! o vanitas! quinam. Sumus cum toto eo quod  
habere nos credimus honoris, auctoritatis, voluptatis, bono-  
rum, dotum naturalium, favorum, natalium, et fortunæ?  
Quinam Sumus? fama nostra non est nisi phantasma, volup-  
tas nostra nisi fascinatio, abundantia nostra non nisi ægestas,  
ambitio nostra non nisi vanitas, vita nostra curis, nisi mi-  
seria, hora mortis nostra non nisi incertitudo.

Nos mortuos sumus, sed quando morituri sumus, igno-  
ramus: et tamen Christiani rudes et imundo adiecti, non  
obstante hæc incertitudine, cum tanta securitate vivitis  
ac si ultimum curricula vestri spatium mensi essetis. Mors  
vestra in fixo quodam loco signata est, ad quem quodlibet  
momentum vos ducit, et ubi ad illum noscantes perveneri-  
tis, ordo providentiæ vos ibi sistat.

Vita hominum est voluti via, in qua mors illis laqueos  
tendit propius pro aliquibus, remotius varò pro aliis, quamque  
non subsistentes ambulat, donec ad locum in quo ipsa eos  
expectat, pervenerint.

\* Job. 14. v. 5.

Initium et finis omnium rerum fixa sunt in consilio Dei, inquit sanctus vir Job. Quemadmodum nullum est momentum, quod aliquam vitæ nostræ partem non definit, sic etiam datur aliquod, quod mortem nostram definit. Momentum istud respectu nostri est incertum: sed est immotum in decretis Patris coelestis, qui ab omni æternitate illud sibi præsens habet. Numerus mansuum ejus apud te est, constituisti terminos ejus, qui præteriri non poterunt. Nihilominus vivimus, ac si horæ mortis incertitudo quodammodo mortem dubiam efficeret. Cum quamlibet vitæ nostræ actionem, tanquam ultima esset, et post quam nobis moriendum esset, respicere deberemus, non nisi propensionem nostram attendimus, cetera omnia temporis futuro committimus, quod à nostra cogitatione quantum possumus, removemus. Scimus, quod nec unicum momentum nobis tutum præstare valeamus, atque si crastinam diem nobis polliceamur, nos ipsos decipiamus, et tamen in omnium negotiorum gravissimo nos ultra decipere volumus: nam ubi vir ille qui alio animo et corde vera sit affectus? An fortè temerarius, qui philosophicam præferens intrepiditatem, mori corripit patrem, inter brachia sua, amicum ad latus suum, domesticum in domo sua, quin cogitat, id ipsum, quod aliis accidit, sibi brevi eventurum? An primi Ordinis vir ille, cujus vasta consilia ad spatia temporisque promedum infinita se extendunt, qui non nisi amplificanda fortuna sua incumbit, atque illustribus cogitationibus res suas augere, familiam suam potenter collocare, sibi auctoritatem conciliare studat? An mollis et delicata mulier illa, quæ quamvis à provecità ætate sua monita ut mortem propius intueatur, nihilominus id unum agit, ut sub pigmento et concinnitate rugas et pallorem detrita faciei suæ abscondat? Mulier illa, quæ se in naturali statu suo intuari non audeat, ne tam tristis imago ipsi molestiam creet, aut importuna et terrificæ cogitationes nimis citò ipsi dicant: moriendum est?

An non ergo merito dixi, quod si inveniantur quidam justi, qui in arte moriendi sint periti, tamen innumeri dentur Christiani rudes et voluptuosi, qui eam, prout oportet, non calcant? Verum non sufficit cogitare et sive, quod semel moriendum sit, hoc sunt axat interest, ut quis ad bene moriendum se præparat. Vani Christiani id agunt; rudes et voluptuosi ad bene moriendum se non præparant, saltim prout se præparare deberent; et hoc est secundæ partis meæ argumentum.

Barth. Ja  
136.  
x genes. 6.

Duo indolis valde diversa hominum genera in sacra Scriptura nobis exhibentur. Primus est justus et pavidus Noë, qui monitus de infortunio, quod hominibus contò

imponeret, plures annos insumsit in construenda arca, cu-  
jus dimensiones Deus ipse ei delineaverat, ut ab univer-  
sali diluvio, quod universo orbi instabat, se suamque fa-  
miliam tutum praestaret.

Secundi sunt vesani illi et indurati filii hominum,  
qui sanctum hunc patriarcham in constructione huius  
fluctuantis machinae occupatum cementes, inconsultam,  
ut ipsis videbatur, eius providentiam videbant. Non obstan-  
tibus omnibus virtutum exemplis, quae fidelis hic vir ipsis  
exhibebat; non obstantibus Dei minis, cuius furor, ut ita  
dicam, in eos stillabat continuis pluvias, quibus flumina in-  
tumescere, campi vero cooperiri incipiebant; non obstan-  
te evidenti periculo, cui eos aquae singulis diebus crescentes,  
sonique domos obsidentes exponebant; non obstantibus  
tot urgentibus incitamentis, quae ipsos impellere debebant  
ad emendam iniquam vitam suam, et placandam justiti-  
am Domini, quam offenderant, non nisi exsplendis bellui-  
nis cupiditatibus suis, sibi magnum nomen in mundo, et  
famam monstruosa criminum suorum enormitate com-  
parando intenti erant; et quamvis mortales essent, aequi-  
parum se ad mortem preparabant, ac si nunquam mori  
deberent.

Viri famosi.  
Ibid.

Horum vesanorum cocitatem procul dubio lugetis, Au-  
ditores: verum quot haec nostrae, quae vivimus, etiamnum cata-  
ste videmus Christianos, qui illos imitantur? Si ii, qui sapi-  
enti et longa providentia se ad mortem preparant, com-  
parentur cum aliis, qui in ultimo quodam morbo se ad  
eam vis disponere volunt: O quam exiguus est illorum  
Noe numerus, qui serio a diluvio se tutos praestare cogi-  
tant! O quam terribilis est cocorum illorum insensibili-  
um et ad propriam perniciem conjuratorum multitudo!

137.

Omnia illos impellunt, ut ad istud tam horribile mo-  
mentum se preparant; subitaneae mortes, quae nunquam  
frequentiores fuere ac nostris hinc diebus, periculosi mor-  
bi, quibus sunt expositi, quique iuxta figuratum S. Scrip-  
tura loquendi modum sunt pluviae, inundationes, et tem-  
pestates, ipsosque subito occupabunt, casus inexpectati,  
qui eos movent, ipsis evenire posse, quod parentibus, ami-  
cis, vicinis, iis quibusum sapienter debebant accidit; occupationes  
mortis, quae de nocte venit sicut fur, cum non expectatur; om-  
nia, inquam, eos impellunt ut se ad mortem preparant.

fixa sunt in  
modum vulgari  
a partem vobis  
tem nostram  
st incertum  
i ab omni  
mentum  
iri non poterat  
incertitudo quae  
quantilibet  
post quam  
nisi propensionem  
apud futurum  
spumus, remora  
obis tutum  
is pollicamur  
gotionum  
ille qui alie  
emerarius, qui  
ori comit  
Somestium  
is accidit, sibi  
le, cuius  
linita se  
incumbit, atque  
familiam  
ave, studet  
vis a pro  
tucatur, nihil  
meimitate  
! Multo ille  
udat, ne tam  
importuna  
Morandum  
si invadunt  
enti, tamen  
ori, qui  
sicut cogit  
hinc  
t. Vari  
e morandum  
e deberent, et  
minum  
est justus  
ad hominibus

Atamen quamvis nullum vita tempus melius impendatur, quam illud quod preparationi mortis impenditur, nullum est cuius momenta minus curentur. Ad alia negotia satis superque otii invenitur, sed ad istud nullum invenire libet. In aliis auxilia aliena utiliter expectantur, in hoc vero sibi ipsi supplicia imprimis ferenda sunt. Succus aliorum est exigui momenti, at preparatio ad mortem est infinita consecutionis. Alia possunt reparari vel differri; sed hujus dilatio saepe illius iacturam reddit, irreparabilem.

138.

Quot obstacula inveniantur in hac ultima hora! obstacula ex parte morientis; an omnem necessarium libertatis et rationis sua unum habebit? Obstacula ex parte Dei; an ipsi speciales gratias illas, quibus indiget ad poenitentiam et ab ipso veniam petendum concadet? Obstacula ex parte inimicorum, cum quibus ipsi dimicandum est; nunquam Sathana tentationes sunt vehementiores, nunquam infirmiores sumus ad eas removendas usque obstandum. Obstacula ex parte molestiarum peno infinitarum, quae tunc occurrunt; quomodo conscientia et familia sua negotia componet? Si horum negotiorum unicum per plures dies integrum hominem requirit, ait S. Chrysostomus; quid simile habet, ut ubi (si ita loqui fas est) media tantum sui ipsius parte est, paucarum horarum spatium uni acquirit alteri ita recte providere valeat, ut de iis accuratam rationem Supremo Judici suo reddere possit?

Utinam, exclamat hic omnium mortalium sapientissimus, utinam homines sufficienti perspicacitate et intelligen-  
gentia pollassent ad providendam hanc ultimam horam! utinam quivis eorum sibi diceret: equidem modo optime valeo; sed aliquibus ab hinc horis forte proplexa tangar: domo mea egrador, sed quis mihi spondebit, me sanum eam denovo ingressurum? nullum malum sentio um lactum peto; sed quot me robustiores ac juniores in lecto inventi sunt mortui? Ergo vel maxime interest ut saluti meae serio operam dare festinem, atque conscientia mea rebus consulam.

Ita quilibet homo prudens loqui debet, qui cogitat, quod qualibet hora mori possit, quod citius forte, quam arbitrat, sit moriturus, et quod si ex una parte se adversus mortem praemuniat, ex altera illa ipsum occupatura sit. Si ei jam claudatur, intrat per fenestras, inquit Jeremias; volo dicere cum S. Chrysostomo qui his figuratis prophetae verbis sensum spiritualam tribuit; sicut stomachus valet, catarus coquit

corripit: Si cui sanum caput est, pectoris inflammatione morietur. Quod si nulla incommoditas pectus illius vexet, tunc vehementer colicus dolor illum abripit. Nulla est janua nulla fenestra per quam mors non ingrediatur: nihil proinde adeo magni momenti et tantae utilitatis est, quam ut ad eam nos praeparamus, sed qua ratione id agere debeamus, quaeritis? En illam.

In S. Scriptura duplicis Speciei praeparationum ad mortem invenio, remotam unam, proximam alteram; unam, qua consuetudinem contrahimus ad eam per totam vitam nostram nos comparandi; alteram, qua constatum et vigilantiam duplicamus, quando animadvertimus brevi nos vitam amissuros.

De prima Jesus Christus nobis loquitur, quando dicit: Sint lumina vestri praecincti, et lucerna ardentes in manibus vestris, et vos similes hominibus expectantibus Dominum suum, quando revertatur a nuptiis, ut cum venerit et pulsaverit, confestim aperiant ei. \* Luc. 12.

Voco praecingere lumbos suos: at haec est vera ratio se à longe praeparandi ad mortem: abstinere à carnalibus desideriis, cupiditates suas reprimere, omnes illicitas voluptates sine ulla exceptione amputare, et se interdum licitis privare. Voco praecingere lumbos suos, id agere quod ageremus, si in itinere constituti essemus, nempe collectam vastem praecingere et compressam tenere, ne nos in itinere ~~impedit~~ impediatur.

Id ita intelligebat David, quando dicebat: Se à longe cogitare dies antiquos, et annos aeternos mentis suae frequentiora objecta sua esse. Id ita intelligebat Eschias, quando se comparabat hiemini, et avanis avibus illis, quae nidum suum deserentes se ad mare conferunt, ut faventibus fluitibus super quos volant, quaerant suavis clima quam Abud, quod deserunt.

\* Cogitavi dies antiquos, et annos aeternos in montibus habui. Psal. 76.

Id ita intelligebat S. Petrus, quando alludens ad consuetudinem veterum Israelitarum, qui sub tentoriis habitabant, et qui quaecumque demum tempestate semper ad primam iussione ad castra movenda parati erant, exclamabat: \* Tabernaculum meum adeo parum firmatum est, ut ad illud transferendum exiguo mihi opus sit tempore: Velox est depositis tabernaculi mei. \* 2. Pet. 1.

Voco in manibus tenere lucernas ardentes, continuo se in bonis operibus illis exercere, quorum, prout vult Jesus Christus, lux coram hominibus luceat, ut inde Pater coelestis glorificetur, nullam diem praeterlabi sinere, quin cor nostrum ad Deum erigamus; et ad ipsum suscipiendum, ipsique ambabus manibus sive dexterâ tempore prosperitatis, sive sinistrâ nebuloso et incommodo adversitatis tempore servientium nos comparemus.

Vos denique assimilari servis illis, qui expectant Dominum suum, quando revertatur à nuptiis, vigilare sine intermissione, nullum locum lethargio somno illi locum dare, qualis fuit Sisara somnus, qui lacta, quod ipsi officiosa sed maligna mulier prebuit, in somnum inductus, in somno suo vitam amisit.

Christiani indomiti, insensibiles, voluptuosi quid haecenus egistis, ut vos ita ad mortem prepararetis? Jam pridem dixit sapiens, et nimisquam verum est, quod homines somno oppressi, desideriosi, exoscati ignorant ultimum finem suum; et sicque idem eventurum sit quod pisicibus, qui hanc capiuntur, quando in escam, ut ea se nutriant, irruunt, et stolidis avibus, quae ratibus se se implicant in iis sparsa quaedam grana colligere volentes.

Nascit homo finem suum sed sicut pisces capiuntur hanc, sicut aves lapsas non prohibentur, sic capiuntur homines in tempore malo. Lukas. 9.

Sape ibi mors invenitur, ubi vita reperiri credebatur. In felix Amnon, splendida apud fratrem tuum Absalon te epulatum credebas; et ibi per insidias interfectus fuisti. Jonas in nimis tranquilla in navi, in qua navigas dormis; et mox in mare praecipitaberis. Miser Jobosith decumbis et dormis; et duo scelerati in strato tuo te interficiunt. Holophernes crapulam tuam in tentorio tuo dormis nec quidquam times; et mulier hebraea tibi caput amputat.

140.

Sed, et innumeras alios exemplis, quae referre possem, edocti tutius contra inopinatum mortis occupationem vos tutius non valebitis, quam si primum adnatum Jesu Christi grave monitum vobis adaptatis. Sic enim mors meditata, imitatione expressa, et praevisa affectiones in vobis provocabit iis satis similes, quas semel experiemini.

Tunc oculos habebitis, nec videbitis, aures et non audietis, manus et pedes nec iis utemini. Modò ex virtute in eo statu, <sup>vos</sup> collocata, ad quem ex necessitate semel redanti eritis. Hos oculos adeò dissipatos, curiosos, voluptuosos pompis saeculi claudite, et ab eo, quem admodum David, faciem vestram averte, ne ibi videant vanitatem et intemperantiam. Has aures nimium apertas modò ad adulationes et laudes, modò ad obtreptiones et injurias, modò ad blandos lasciviosque sermones, modò ad verba mordacia et acerbata, his omnibus claudite, tam illis quae vos voluptata corrumpere, quam illis quae vos vindictam abripere possent. Hos pedes tam veloces ad currendum ad vana spectacula, vel ad effundendum sanguinem inimici, ita cohibete ac si apant mortui. Has manus alienorum bonorum adeò avidas immobilas effiute, ac si omnino nullam haberent actionem.

Pedes veloces ad effundendum sanguinem.

Hæc ratio mortem propius intuebimini, propius illam intuentes vobis magis familiarem efficietis; hæcque illam vobis familiarem efficiendi consuetudine illius pericula prævidetis: et sicut calamitas expectata minorem incutit dolorem, ita etiam hæc vigilantia et continuum mortis excutium sedabunt, quando Deus eam vobis mittet, inquietudines illas et pavores quibus afficiamini, et qui tot alios in his ultimis momentis opprimunt.

Legimus in Exodo, quod Deus, ut Israelitas ad exitum suum ex Aegypto præpararet, iussit, ut qualibet familia prima die mensis Nisan agnum suerit, et illum usque ad decimam quartam servaret, et tunc primum vespere immolaretur.

Quidam doctus Interpres <sup>inquit</sup> <sup>interrogatur</sup>, cur Deus voluerit ut Israelitæ agnum hunc tam diu panes se servarent, et an non satis fuisset, si eum procedente vel etiam ipsa met die, quâ iter essent suscepturi, sumissent? Non respondet illi, hæcque rationem affert. Cum ex Aegypto egredi deberent ad se conferendum in terram, quæ ipsis promissa fuerat, oportebat, ut per quinque dies exiguum hoc animal servarent, quatenus scientes, se illud paulo ante discipsum suum comesturos, ipsius frequens balatus ipsos longi quod aggressuri erant, itineris commonefaceret.

Expromamus hæc magni momenti veritatem, quam hæc figura recondit. Iter temporis ad æternitatem adeo grave est, ut ad illud nimis citò nos præparare non valeamus; valimus nolimus illud parare cogimur. Quidquid intra vel extra nos agitur, est velut balatus Agni Paschalis nostri, nosterque phases seu transitus nostri, qui illius nos admonet; sicum sedulo custodiamus, illius improvisos casus præveniamus, nobisque clamabit, ut paratos nos habeamus.

Verum ubi tempus huius transitus ab alto decretum advenit, esse alie præparationes quas proximas nuncupavi: Divini Magistri nostri agendi ratio nobis illarum excellentiam ideam subministrat.

Trium publicæ vitæ suæ annorum spatium sapienter de morte suâ ad Apostolos suos sermonem faciebat simul ipsâ triumphi sui in monte Thabor die, de eâ cum Moyse et Elia locutus est: admirabile exemplum, quod nobis de hæc ad mortem præparatione subministrat, quod nunquam à conspectu nostro removeri debemus ipsi etiam prosperitatis et gaudii nostri diebus. Sed pridie mortis suæ, quamvis hæc in ipsius potestate fuerit, ad eam adhuc longè aliter se præparavit.

\* Rupertus lib. 2.  
in Exod. c. 3.

141.

Scitis, quod in montem Oliveti se contulerit, quod hostium ingressus fuerit; quod se ab Apostolis separaverit; quod humi prostratus orationem suam duplicaverit; quod pavore, tadio, et tristitia coramptus; non aliam quam Patris sui voluntatem habuerit, in cuius manus Spiritum suum commendavit.

Si has omnes circumstantias morari vellem, quam in exhaustam eruditionis amplitudinem vobis subministrarent? Inde disceretis vos in illa ultima hora ab iis, quae vos magis delectant, separare, ut cum majori animi collectione atque ferventioribus precibus cum <sup>Deo</sup> conversaremini. Inde cognoscetis, qualiter in illa animi infractione et pavore, quibus exanti haud eritis, cum ipse Deus vester iis etiam affici voluerit, vos gerere debeatis; quam sinceram et humili resignatione mortis ictum praestolari, atque animam vestram Supremo Iudicio, qui eam a vobis repetet, commendare vos oporteat.

142.

Christiani rudes et voluptuosi, an id agitis? Amor vitae rem inauditam!; cet passio ita Dominans, ut in periculosos etiam morbis mortem nobis exhibeamus velut monitum quod quam tardissime fieri potest, videri debeat. Inde pavores illi ad aspectum Confessarii, velut ad aegrotum non alia ratione auebarat, nisi ut ipsi mortis suae sententiam pronunciet. Inde anctio illa S. Viatici et Extremae Unctionis, ac si essent mali augurii Sacramenta. Inde Dilationes et metas curandi, ut praesens ab Ecclesia pro solatis agonizantium instituta, ac si lethiferae essent, recitantur.

Quam perniciosis respectibus crudelibusque obsequentibus erga illos quos diligimus vel diligere simulamus, non conamur pavorem illorum fascinare? ac si bona ad mortem preparatio esset metum at ~~metum~~ poenam illam proximam cogitandi a se avertere. Procul et eis dicamus: consultabimus vestris, brevi moriemini, saltem his ultimis momentis conscientiam vestram cogitate; quin potius ingeniosas ambages venamur; quibus ipsis periculum non nisi sub vana liberationis spe exhibemus; et imò dum iam jam ultimos trahunt ~~Spiritus~~ vita spiritus, vix illis dicere audent quod sint mortales.

Si barbaram commiseratione eos perdimus, dum affligere metuimus, atque se ipsos perdunt. Mementote igitur, iterum dico, mementote homines quia non nisi pulvis estis, et in pulverem revertemini.

Mementote quod quaevisque demum preces et vota faciatis ad sistendum vel suspendendum fatalem mortis

ictum, omnes vestri conatus inutiles sint evasuri. Nos cistarum  
vestrarum aurum vos à manibus ejus arripere, nec cubili-  
um vestrorum recessus vos oculis illius subducere, nec in-  
gens parentum et amicorum vestrorum numerus vos adver-  
sus ipsius aggressiones et occupationes tuari poterunt.

Maturè igitur vos preparate ad eam rapiendam tali  
die et momento, quò Deus placuerit eam vobis mittere; ut  
si vobis jam diu compositis si cum quodam Sancto  
Propheta dicere possitis: Edue de carcere animam meam in  
quod est, ut in aeternum sanctum nomen tuum benedicam p.

Edue de custodia  
animam meam,  
adconfitendum  
nomini tuo.  
Psal. 124.

MORS,

Mors Justorum

Et

Mors peccatorum.

Sermo Secundus.

Tractum est ut moveretur mendicus, et portaretur ab  
Angelis in sinum Abrahæ: Mortuus est autem et dives,  
et sepultus est in inferno. Luc. 16.

Rationis et fidei longè diversi sunt respectus. Ratio tu-  
mulum intuetur velut finem vitæ fatalèmq; sollicitatis  
mundanae terminum. Stimulus, inquit ipsa, est scopolus, ad  
quem fragilis humani corporis scapha allidit, postquam ali-  
quanto temporis spatio super Sauli mare fluctuavit. In hanc  
ultimam Scenam Desinit omnis magnitudo, potentia, majes-  
tas mortuorum, qui postquam per aliquod tempus super mun-  
di theatrum personam suam agerunt, in perpetuum evanes-  
cunt, et omni vanitatis suæ apparatus spoliati in terram  
tenebrarum et oblivionis descendunt.

143.

Eue quid ratio eloquitur, omniumque Saulorum expe-  
rientia nobis significat. At fides cui auctior et avior as-  
pectus, longius adhuc aciem intendit. Cùm sciat, quòd ho-  
mo sibi ipsi superstitis sit, atque, si corpus ipsius corruptio-  
ni subiectum sit, anima ipsius à materiâ soluta immor-  
talis sit, felicitati aut infelicitati aeterna destinata:  
cum pro principio statuatur, quòd bona et mala opera homi-  
num ipsos sequantur, et quales inveniuntur in morte tales  
per omnem aeternitatem mansant: variis hæc infinita  
spatia aspectus sui aciem intendit, eaque nobis exhibet  
velut in novâ orâ, ubi in quamcumque partem se vertant,  
nullum finem seu terminum vident, felices, si per bona  
opera Angelorum manibus in sinum Abrahæ deportantur,

infelices, si propter opera peccati precipitentur et in inferno sepeliantur.

O mors Sanctorum, quam pretiosa es! O mors peccatorum, quam mala es! Misit Lazarus, ~~visos suos~~ dum vivas, vias tuas dolebam, sed in morte tua taum gaudeo. Dives voluptuosa ac splendida vestita, fluxa prosperitas tua me tentabat, sed sententia tua et sepultura me terrent.

Divisio  
144.

Haec duo objecta non separemus, eo quod S. Lucas ea ambo nobis exponat. Comparemus hominem homini, mortem morti. Quam optabilis mihi videtur mors justorum, cuius Lazarus est figura! Quam terribilis mihi videtur mors peccatorum, cuius malus Dives exemplum mihi subministrat! Ad haec duo diversa spectacula Tr: M: quidquid in vobis est rationis et fidei revocate.

Parisi  
145.

Sive vivimus, sive morimur Domini sumus. Ipsa fecit, ut simus; ipsa faciat, ut esse desinamus. Ab ipso vitam accipimus, et per ipsum mortis nostrae sententia executioni mandabitur. In mundum venimus eo momento quo voluit, atque, quo ipsi placuerit, momento ex illo egradiamur. Sive vivimus, sive morimur, Domini sumus.

Nobis liberum non fuit eligere conditionem et statum nostrum; in nostra potestate non erit genus mortis nostrae nobis praescribere. Domini et arbitri nostri non fuimus, nec erimus; nec etiam moriendo erimus. Prima gratia nobis data fuit sine nobis, et ultimam mereri non possumus.

Deus per mortem intrat in possessionem corporum nostrorum et animarum nostrarum pro tota aeternitate; sed an felix, an infelix erit haec aeternitas? Ea hoc mundo nos egredi compellat per mortem: sed an in nobis misericordias suas coronabit, vel an contra nos vindictas suas impendat?

An sicut Lazarus manibus Angelorum in sinum Abrahae deportabimur? aut sicut malus Dives in infernum precipitabimur, atque in eo sepeliemur? nemo nostrum id scire potest.

Amore vel odio signi; victima coacta, quas Deus ex mundo petit, vel filii dilecti, quos ad se vocat; vasa ignominiae et irae, vasa honoris et misericordiae: gerimus, sicut Urias litteras nostras clausas, nemo nostrum de sorte sua spondere potest.

145.

Nihilominus consolationem capite Tr: M: consolationem, inquam, capite. Si in vita vestra fuistis servi vigilantes et fideles, genus Christus vobis promittit, quod in morte vestra intraturi sitis in gaudium Domini vestri; et quod si ad exemplum pondantium virginum lucernas vestras ardentes tenetis ad sponsi adventum nuptiarum triclinium vobis apertum

set futurum. Audite S. Paulum, qui vobis promittit, quod si veritatem sicut ipse cartaveritis, coronam justitiae ab omnium iudicio aequissimo accepturi sitis. Audite S. Joannem, qui vobis dicit, Spiritum Dei Spiritui vestro testimonium esse redditurum, quod sitis filii eius, quodque quamvis sortis vestra incerti sitis, vos exaudiet in omnibus quae ab eo petieritis voluntati suae consentaneis, cum jam toties petitionum vestrarum effectum consanti fueritis. \* 1. Joan. 5.

O quam suavis et optabilis est mors homini has veritates probe intelligenti, et hac humili fiducia armato! Sive mundum quem jam jam derelicturus est. intueatur, sive oculos conjiciat in Deum, in cujus misericordia et bonitate omnem spem suam collocat: haec Deo objecta ipsum consolantur, atque contra mortis pavores corroborant.

Si mundum intueatur, tum vanum istud phantasma, quo tot alii, et forte ipsaemet, decepti fuerunt, evanescere incipit. Prius falso quodam splendore forsam illum demulcebat; sed in hac ultimâ hora ipsius deformitates et imposturas cominus agnovit, ait S. Eucherius. Prius falso nitore, qui quamdam veri speciem praeseferre videbatur, ipsum seducere conabatur, prius seducere vero cogitabat fulgore; nunc autem nec falsa voluptatum suarum et dignitatum species fallere eum valet; jam non valet falsa ostentatione corrumpere. Prius mundus iste nullam solidum bonum possidebat, et nunc maximè fragilibus etiamnum destitutus est: Solidis bonis carebat; etiam defuit caducis.

Itaque procul ut illis invidet, qui tot labores exantlant ad obtinendas dignitates et officia, optimamque ranciscendam fortunam, eos cum S. Paulino intueatur velut jumenta illa, quae gravem molam continuo vertentia aliorum gratiâ se onerant, nec pro se ipsis quidquam faciunt.

Itaque procul ut conqueratur, quod nimis citò mundum deserat, quin potius exclamat: Quamdiu adhuc habitabo cum habitantibus cedam? Quamdiu adhuc anima mea erit in terra invia et aliena? O perfide munde in tuis amicitis, infidelis in tuis promissis, egenus in tuis remunerationibus! O munde, qui tibi servantibus non nisi ingratitudem rependis, qui eos suffocas, qui te amplectuntur, qui dum stammum videris nostris satisfacere desideris, inquietudines et molestias nostras auges, quid habes, quò despicere non merearis?

Sed quodnam probis hominibus incitamentum aliud libentur mundum hunc deserendi, atque cum resignatione lethalem,

qui mox eos ab illo separabit ietum recipiendi quam cum consi-  
derant, quod mundus ista, qui alias ipsis Satisfacere non value-  
rit, nimisquam potens fuerit ad ipsos depravandum, et quod si  
diutius in eo remaneant, frequentiores tentationes Daum  
offendendi habituri non peccata sua averti sint!

Quam insolens et molesta nostra in hoc mundo conditio?  
modo cum avaritia, modo cum impunitate; hic cum ira, ibi  
cum ambitione nobis certandum est, inquit S. Cyprianus.  
Si unum hostem superavimus, alii nos adoriantur. Victo-  
ria reportata non nisi preparatio est ad novum certamen,  
Hydra toncata renascuntur, et quod magis flagitiosa  
desideria amputamus, tanto plura invenimus, qua ex cor-  
dis nostri visceribus prodeunt.

Quanta proinde consolatio anima requiem suam queren-  
ti Deumque amanti dum sibi ponit ob oculos, quod mors eam  
ab his malis et periculis liberatura sit? Quanta consolatio,  
cum postquam conscientia sua negotio prospexit, sentit ni-  
hil cor ipsius premere seque sibi dicere posse: miseria et  
peccata mea mox finiantur; ultimum quoddam momen-  
tum exilii mei calamitates tantatiquaque meorum  
violentiam absolvet?

Usque nunc dies meos transigi colendo terram ~~transi-~~  
in sudore vultus mei, et postquam multo labore defati-  
gatus sum, vix habui unde nutriver et vestiror, potest di-  
cere rusticus ille super medium stramen decumbens et se-  
micooperatus; vanum tandem si Deus mei misereatur, mala  
mea brevi finiantur, omnia in abundantia habebō non  
vestimento gloriae me indutum videbo.

Esper et avidus creditor haecenus me in carcere detinuit,  
dicere potest moribundus ille alieni aeris causa captus: sed  
quia per gratiam, quam à Domino accepi, malum meum  
cum patientia sustinui, mihi imaginor, quemadmodum  
S. Petrus, videre Angelum, qui me ex huius Harodis mani-  
bus eripit, atque mox in libertatis meae locum abductu-  
rus est.

Omniū bonorum meorum jacturam feci, et numerosa  
superest familia, cui pluribus occasionibus caepi ac mihi  
vita necessaria defuerunt: Daum propterea benedixi, et  
eigenus vivere malui, quam ut ad miseriam meam elutan-  
dam eum offenderem, potest dicere ager ille: sed in hora  
mortis id eum consolatur, quod sibi vult Tobias dicere possit:

\* Tobias 4.

» Equidem pauperem vitam egimus, sed multa bona habebi-  
» mus, si timuerimus Daum: filii Sanctorum sumus, et

beatam vitam expectamus, quam promisit iis, qui diligunt eum."

Sed dicatis mihi, quis quis sensibiles, qui mortem adeo  
suavam efficiunt, affectus sit, oportet ut quodammodo se-  
curus sit se in altera vita quietam et felicitatem inven-  
turum, quae non nisi Sanctis promissa sunt. At quis nos-  
trum hanc securitatem habere potest?

Verum equidem est, si M: quod absolute loquendo, ni-  
hil perseverantiam finalem, qua omnino gratuita est, et  
quam nullus homo promereri potest, pro his promittere valeat:  
sed nihilominus audeo vobis dicere, quod si per piam vitam  
vos ad ultimam hanc horam preparatis: at varò quid obest  
quominus id faciatis, dum in luce ambulatis, et tenebrae mor-  
tis necdum vos comprehenderint? audeo, inquam, ~~dicere~~  
vobis dicere, quod vos vobis intercedat cum Deo infinita mi-  
sericordi, qui in hac ultima die vos nunquam deserat, nisi  
vos ipsimet cum deseratis: Secundus fons consolationis ho-  
minibus justis in hora mortis.

Qui ad Deum ire parum curat hanc mortem fugiat, atque  
in horrore habeat: Religionis contemptor, qui non nisi vita  
voluptates quaerit et diligit, affligatur et irascatur, quando  
advertit se brevi eos amissurum: Mulier mundo debita cuius  
illacubrosa blandimenta, molitiss, impuritas, propria car-  
nis amor vehementissimus ~~et~~ passiones, fuere conturba-  
tur et confundatur in illo fatali momento, quo excutan-  
da idola illa, in quibus omnem suam fiduciam collocavit,  
evanescere cernit: Haereticus qui sibi imaginatur Deum leges,  
quarum observantia sit impossibilis, Statuentem, atque post-  
eritiam primorum peccatorum nullam amplius conceden-  
tem: omnes hujus caracteris homines animum deprimunt  
et desperant: At vos Christiani, qui omnino contraria senti-  
tis, et qui salutari poenitentia justitiam Domini, quam  
offendistis, placare studetis: consolationem capite ex his  
quae vobis in sacris libris fidelibus verbi et promissionum sua-  
rum depositariis sponndit; aperite et legite: quid vobis di-  
xit?

Abstergam lacrymas proborum, unabo plagas eorum, et  
vulnera sanabo, atque secundum teneras cordis mei propen-  
siones ipsos gratuito diligam: Sanabo contritiones eorum,  
diligam eos spontaneè. Nec diligere, nec remunerari eos te-  
neor: ultra tamen id facere volo; et si eos ad aeterna suppli-  
cia condemnarom, inde nec magis nec minus felix essem. Sed  
volo eis palam facere, quod ipsos diligam, haec quoque voluntas  
mea sit. Diligam eos spontaneè.

Cum homine justo sum in afflictione, ait ipse apud Regium  
 prophetam, ab ea liberabo eum, et ostendam illi glorificabo  
 eum, et ostendam ei salutarem diem illum, qui est die  
 meus, ad quem aspirat. At varò quæ major afflictio quam  
 hominis animam jam jam afflantis? Hominis, quem om-  
 nia affligunt et conturbant, recordatis peccatorum suo-  
 rum, exiguis electorum numerus, vehementes demonis  
 tentationes, qui cum ad crudeliam desperationem impedit,  
 abusus gratiarum, iniqua temporis occupatio, quod ipsi dum-  
 taxat datum fuerat, ut gravi salutis sue negotio operam  
 navaret? Domine si hac afflictionis sue die illum liberabis,  
 quò deveniret? Sed cum ipse es, et eum liberabis, Cum ipse  
sum in tribulatione, eripiam eum.

149.

Comparatio, quantitur Spiritus Sanctus apud Isaiam  
 mysteriorum abundat. Ibi nobis exhibetur homo probus salut  
 altor Noë, qui arca sua inclusus consolationem habet viden-  
 di recedentes diluvii aquas, columbam olive ramum affe-  
 rantem, et iridam in nubibus apparentem: figura quarum ex-  
 pletionem homo probus jam jam moriturus in se ipso experitur.

Tunc verò aqua diluvii recedunt; aqua tribulatio-  
 num et tentationum humanarum, in quibus innumera ani-  
 ma perierunt, super quas ipse humili fide sua ac spe viva  
 se erexit; hæc aqua diffluunt, diluivium istud miseriarum  
 et periculorum vitæ mox finietur.

Tunc Spiritus Domini, qui est Spiritus havis et costus,  
 ad hos justos homines accedit, valet columba Noë, ut ipsis gra-  
 tum reconciliationis sue nuncium afferat, et dicat, quòd satis  
 laboraverint, et se mortificaverint, quòd tempus sit ut quies-  
 cant, quòd bona opera quæ peregerunt, ipsos servatura sint  
 ad loca quòd ituri sunt. Amode jam dicit Spiritus, ut requies-  
cant à laboribus suis: opera enim illorum sequuntur illos.

Tunc denique apparebit iris seu arcus coelestis mysticum  
 pacis ac foederis eorum cum Deo signum, qui proavitas eo-  
 rum infidelitates in perpetuum ultro vult oblivisci, cis-  
 que promittit nullum aliud diluivium amplius esse ti-  
 mendum.

150.

Consolans et gratus nuncius vobis, qui postquam veta-  
 ram hominem existis, novum mox induturi estis: vobis  
 qui severà et obstinatâ carnis mortificatione cum vitis et  
 concupiscentis huius stolas vestras in sanguine agni lavastis;  
 vobis, qui non aliam quam Dei voluntatem habuistis,  
 non aliam quam ipsius sanctæ legis regulam, non alium du-

com, quam veritatem ipsius, non aliam spem, quam ipsius aeternitatem!

Quando Christianus aliquis eo animo est affectus, quam suavi anima sua effusione coniciens oculos in amabilem Salvatorem suum, cuius cruce tenere amplectitur, cum rogat, ut ponat super eum et brachia sua pretiosum illud signaculum salutis suae, ut ei infinita merita passionis suae applicet, ut ipsi gratiam impertiatur levos, quos patitur, dolores, miseri acerbis supplicii illis, quae ad ipsum radicans sustinuit? Quot amore plenissima suspiria à languenti pectore suo emittit, quando Julia haec Jern et Maria nomina promittit, quae identidem repetit ad potendam à Filio misericordiam, et à Matre intercessionem?

Quanta humili resignatione offert Domino vitam suam, siduum, minus dolens de jactura bonorum suorum, uxoris, liberorum, quam tot annorum, quos obsequio illius impendere potuisset, promittens, quod si ipsi plauerit sibi restituere sanitatem, illa melius, quam haecamus, unus sit?

Quibus oculis mortem intuetur, et quos spiritu eam suscipit? Modò eam respicit ut debitum, modò velut punitionem, modò tanquam sacrificium: tanquam debitum, quae se liberat; tanquam punitionem, quam sustinet, tanquam sacrificium, quod offert: tanquam debitum, quia vita est obligatio ad mortem; velut punitionem, quia mors est poena iniquae vitae; velut sacrificium, quia suscipiens mortem in spiritu poenitentiae, simul satisfacit huic debito, et se à tribulibus hujus supplicii consecutionibus liberat.

Beati, qui in Domino moriuntur, praesertim, cum hisse certaminis sui diebus, ultimis Ecclesiae auxiliis sunt armati. Enimvero si Jernus Christus, qui dixerat Centurioni: Ego maneam ad te, et Zachaeo: hodie oportet me in domo tua manere, ipsis hunc exhibuit honorem, ut in angusti pectoris ipsorum loco habitare voluerit: qualis nova causa fiducia, consolationis, et gratitudinis erga tam dignum hospitem, tam benignum amicum, tam potentem patronum? Non contentus, quod pro ipsis in cruce mortuus fuerit, ultrò vult ipsorum cibus et viaticum fieri, ut corroborati hoc coelasti pane infinita magis salutaris ac vivificante, quam ille fuerit, quem olim Angelus ad prophetam Eliam attulit, progrediuntur usque ad montem Horeb.

Si Tarsellus vir Job, quamvis malis oppressus, ulceribus confectus et ad talem statum redactus, ut crederet se non vitam redditurum, Deo dicebat, quod quemadmodò cum iuxta

Ms. Cum vetum fuerit ad litteram

S. et de Sacramento sacris erit, ponantur quaedam breves exhortationes ad aegrotos, quibus Sacramentum Viaticum et Extrema Unctio praebetur

la poneret, omnes inimicorum suorum conatus inutilis effecturus esset: quale novum fortitudinis augmentum prohi, de quibus mihi sermo, à Divino Salvatore suo recipiunt, qui in ipsis est, ut eos tueatur adversus furiosissimos Daemonum impetus? Sub hoc azylo et sub hujus Sarva menge umbra, quot auxilia accipiunt adversus eos, qui illos affligunt nec aliud quaerunt, quam ut illos perdant.

Comisti in conspectu meo manum adversus eos, qui tribulant me.

Mors Sanctorum quam ergo his omnibus rationibus optabilis es et pretiosa! Sed haec mors peccatorum, quam terribilis es et mala! Ipsius circumstantias cum tremore haec secunda hujus sermonis parte examinemus.

Psalm. 141.

Inter diversas causas pavoris, consternationis, perturbationis, quibus peccatoris anima in morte obruitur, tres specialiter in sacris libris reperio: namque quod amittit, quod sentit, quod timet. Vita et quidquid diligebat, en quod amittit; vehementes conscientiae terribiliter agitatae stimuli, en quod sentit; severum iudicium et tormenta sine fine, en quod timet.

Mox vitam perdet, et unicum ea quidquid eam suavam et amabilem efficiebat: prima causa afflictionis et doloris sui. Praeclaras consortia, grata societates, familia opulenta, comotationum et baluationum amici, vina exquisita, et cibi delicatè preparati, vestes pretiosae, et suppellectilis splendida, magnus apparatus, ingentes proventus; haec inique diviti vitam adeo commodam et suavam efficiebant.

Vixit quò fulminis ictu inopinato tactus est! Quam formidandus fur de nocte venit, atque bona sua, domos, aurum, argentum suum diripuit? Coeli mortales, qui creditis vos posse retinere, quod non nisi mutuo habetis, sic in morte vestra omnibus spoliabimini. Viri divitiarum, dormietis somnum vestrum, sed exasperati nihil inveniatis in manibus vestris.

\* Psal. 79.

Pararam vobis imaginamini, quòd ea, quae possidetis ad vos pertineant: nihil vestrum est nisi terra, in quam reverti debetis. Revertetur in terram suam. Ab ea exivitis, in eadem introbitis: haec sola est, quam ad vos pertinere potestis dicere. Pararam divitias vestras bona vestra nuncupatis; sacra scriptura eas bona mundi nuncupat. Pararam velut propriam gloriam vestram intuemini dignitates, quibus ornati estis, sacra scriptura eas intuetur velut gloriam domus, quam ad modicum tempus inhabitatis, gloria domus a jus.

\* Psal. 148.

Viator hospitium ingressus ex aureo poculo bibat, ex canticis argenteis comedat, in lecto magnifico cubet: hic instructus ad eum non pertinet, sed ad domum quam non nisi pertransit, ibi haec omnia relinquet, nec unquam ipsi concedatur, ut ea secum auferat.

Perperam ergo dicitis: haec domus haec cista, aurum istud et argentum, hi horti, haec ambulacra longissima, hi equi et muli, haec vestes, haec suppellex, ista omnia mea sunt: variis dicitis, quod sint bona et gloria mundi: Transibitis sicut alii, sed haec domus manebunt; velut peregrini, et ad tempus sunt anathema haec fragilia commoda possidebitis, quae mors vobis eripiet. Si quod vestrum vocatis, vera vestrum est, cur morientes illud vobis non auferat? et si illud auferre non valetis, quae ratione audetis dicere illud vestrum esse?

Quamvis rationi congruae sint haec considerationes necnon iustitiae viri prudentis mentem occupare debent, peccatoribus tamen adeo parum praesentes sunt, ut omnino contraria sentiant. Fluxa, quae ipsis caliginem offundit, gloria exorsati, voluptatibus, quae ipsos in carne et sanguine velut sepeliunt, vacordes affecti, bonis suis alligati magis, quam ethnici idolis suis unquam fuerint, ea semper retinere cuperent: et ad mortis appropinquationem animum advertunt se iis mox fore spoliandos, o quam dura et amara eis haec separatio videtur!

Imaginamini vobis, quanto dolore afficeretur Arbor, si semine praedita esset, dum à terra, à qua nutrimentum suum accipit, avellitur: Nunquam ita integra extrahitur, quin ei multa fibra abscindantur, validaeque radices remaneant: Vera in ultimis illis momentis peccatoris figura.

Velit nolit, oportet ut iustitia divina sententia circa ipsum executioni mandetur. Arborem suindite, inquit ipsa, ramos amputate, folia ejus succutite, undique fructus illius spargite. Sed nihil haec arbore pulchrius: Sita est in medio terra, in qua altas agit radices, illius altitudo ad coelum usque pertingit, folia ipsius venustata sua, et fructus ejus abundantia sua desultant: nihil interest, à terra in qua radices agit, illam amitte, ramos ejus absindite, imò nec folia sua ipsi relinquit.

Insolens sententia, quae adversus peccatores ad amissionem executioni mandatur. Omnia ipsos deserunt, omnia ipsis auferuntur; dignitates, voluptates, honores, proventus, parentes, amici, uxor, liberi: Sine ulla recuperationis spe quidquid charius habebant, quidquid ipsis vitam adeo suavem et amabilem officiebat, amittunt.

Sicuti annuum haec universali spoliatione omnia finirentur: at quod ipsius est, ipsorum consuetudine haecenus tranquilla acerbis ad vivum pungitur stimulus, vermis rodens dicitur illos lacerat, terribilis omnium, quae patravimus criminum imago eos in tristem desperationem conjicit.

Committere peccatum, est aliquid quod transit, sed illud commississe est aliquid quod permanet. Voluptates transeunt, lautitia transeunt, spectacula et ludii transeunt, opera carnis, et pompa profana transeant: sed quae contra Deum, contra proximum, contra se ipsos perpetrarunt sibi quae occultare affectarunt, haec non transeunt.

Equus cui infidus Absalon insidat, sub ipso clabitur et aufugit: sed infortunatus hic Princeps arbori haeret, cuius ramis se extricare non valet. Joab illum persequitur, tribusque sagittis confodit. frustra caput quassat; frustra pedes supplantat et manus; huic fatali arbori affixum se sentit, nec non implacabilis inimicus cor ejus transverberat.

Peccator nunc ad se tranquille nostin' quid dicere velim? Juvende te viveas, vis, quidquid sanum eveniat, tibi ipsi satis facere: sed leporum et facetiarum tuarum tempus transibit velut rapidus equus, qui coram te aufugiet. Quamvis innumera commiseras scelera, iniqua consuetudo tua nascentes stimulos illos suffocavit, qui pravitas tuas tibi exprobrabant; in centro iniquitatum tuarum pacifica vivebas: sed tandem velut Absalon capillis haeret, moxque mortiferae mortis manus sagittis suis te confodit. Quanta turbatio! quantus pavor! Quanta anxietas!

Interrogate Balthazar: momento prius oblectabatur cum concubinis suis et Principibus Regni sui: momento post contremisit, vociferatur, desperat ad salum manus cujusdam aspectum tria verba in pariete palatii sui scribantis. Quid ei, ut miseram mentem suam confirmarent, non dicebant tot adulatores flulii qui latera ejus stipabant? meretrices illae, quae cum eo epulabantur omnique studio illum oblectare conabantur? Pseudointerpretes illi, qui velut totius Regni peritissimi suspiciebantur, ut his tribus verbis Mane thesal Ohares faventem sensum tribuerent? his tamen non obstantibus, cogitationes ejus conturbant eum, et compages vanum ejus solvuntur, et genua ejus ad se invicem colliduntur. capilli ejus in horrescunt, facies ejus tota sudore manet, totis artubus contremisit, atque tam vehementi pavore cor ejus defixum est, ut nubia se confirmari possit.

\* Daniel. 5.

Interrogate infortunatum Antiochum: dicit ille verbis, se sentire, quod nunquam sensit, aulicum, qui cor ejus

transverberat, amarum criminum, quae Ierosolyma patravit, recordationem, moestas cogitationes, quae eum conturbant crudeliterque cruciant, quam intolerabilis viscerum suorum dolor.

Deus non semper irridetur, non semper respicitur ut Deus, qui nulla re commotus, inimicos suos execrandis iniquitatum suarum fructibus frui sinat. In morte ipsorum revocat ea, quae dum viverant, cogitare detrahebant. Scribit contra ipsos tristes aeternae amaritudinis causas. Tali tempore, tali loco, tali hora, haec et haec commisisti; tuae detractiones, tua furta, tua obscenitates, tua perjuria.

Revocat adversus ipsos annos, quos deperdiderunt; gratias, quas rejecerunt; inspirationes et pios motus, quibus male uti sunt. Quantumcumque studuerint importunam inquietam conscientiam vocem comprimere, necnon quasdam molestas cogitationes, quae quietam ipsorum perturbassent, à sua mente avertere, Deus tamen asseverat se illas ipsis redditurum; idque in morte ipsorum facit. Cogitationes ejus reddam ei.

Quando filia illa matris ipsam assidue observantis praesentiam fugiebat; quando ex ipsius absentia occasionem captabat cum amaro passionis sua objecto colloquendi; quando mente minimè commotà ejusmodi sermonibus aures praebat, ad quos alterius honesta puella pudor ruborem induxisset; quando ineptam obsequentiā vesanis adolescentibus ansam praebat ad cantilenarum suarum verba adaptandi, vel indecentes in eam licentias sumendi; utique se male agere suspicabatur, et quod homines vituperassent, si illius testes fuissent, Deus qui est ipsemet puritas et sanctitas, non nisi cum horrore id intuebatur. Verum quia hujusmodi cogitationes aspectu illius, quam deperiebat, eam privaerant, illas à sua mente, quantum poterat, removebat; has tamen cogitationes ipsi Deus in hora mortis reddit. Cogitationes ejus reddam ei.

Quando usurarius iste ingenti faenore pecuniam suam collorabat, quando captiora officiorum et obsequiorum suorum dolatione filios familias ad amplios sumtus faciendos inducibat, ut paulatim eos spoliaret, quando mutuis usurariis aliquorum hallucinationi favebat, aliis fumentum et vinum suum immoderato pretio vendebat; utique suspicabatur suam agendi rationem haud inculpata esse; sed quae si

154.

Scribis contra me amaritudines.

\* Osee 4. v. 9.

parito cuiam Confessio istud iniquitatis mysterium revela-  
ret, nunquam ab ipso abolutionem obtenturum, nisi tam  
iniquo commaricio nunciium remitterat, partibusque la-  
tis ea, quae ipsis abstulerat, restituerat. Sed ut retineret,  
quae desiderare volebat, à se ipso has cogitationes avertibat,  
et has ipsas Deus ipsi in morte reddet; cogitationes ejus  
reddam ei. Haec jam satis multa sunt, sed tamen non-  
dum omnia.

155.

Novit infelix ille, locum unde egreditur, sed an illum  
ad quam vadit, novit? Sine quodam erga ipsum divina mi-  
sericordiae miraculo, hac ultimâ horâ non nisi severum ju-  
diciium et sine fine mala potest expectare: Tertia causa pa-  
voris, consternationis, et desperationis ipsius.

\* Job. 14. v. 10.

Quando homo videt se omnibus spoliatum, tristitia  
consumptum, et acerbis Stimulis discorptum, quid illo fit? ubi  
est? quò vadit? Cum fuerit nudatus, atque consumptus, ubi  
quæro est? Si à me ~~loquitur~~ quæritis ubi corpus illius sit, os-  
tendam vobis exiguum terra spatium, ubi inhumatum est,  
fossam in quam putidum cadaver istud, cuius corruptio tolera-  
ri non potest, conjectum est.

Insana mulier, quam fragilis pulchritudo excoccat, ta-  
lis erit aliquando tua sepultura. Caput istud, super quod tot  
vana ornamenta erigis, vultus iste, quem tam amplè musca-  
rio fuso contegis, atque pigmento ibivis; brachia ista et venus-  
te manus ista, quas cum tam ridicula affectione ostentas, pec-  
tus istud, quod indecanti nuditate sua innumeris hominibus  
continuis tentationis lapsus est fomes: Quò hæc omnia  
derisient? et ubi tu ipsa eris? Ubi quæro est?

An conspicias in circulis illis, quorum dæcor eras? Ad  
mundum mulierum illum, ubi tam frequenter spau-  
lum tuum consulabas? In Spectaculis, et lusu acad-  
mîs illis, ubi tam jucundè tempus terabas? Nihil minus:  
ubi eris? In fœtore bene clauso et cooperto, ne pesti-  
lens odor corporis tui illos deturcat, qui ad te accedant,  
ut quibusdam aquæ benedictæ guttis te aspergant; in  
terra tenebrarum et miseriæ, in quam infatum et inu-  
tile cadaveris tui pondus deferatur; Ubi quæro est?

156.

Verùm si à me quæritis, quò hujus peccatoris anima  
itura sit, respondebo, eam illò ituram, quò anima divi-  
tis Epulonis abiit, de quo S. Scriptura ait, ipsum in inferno  
sepulchrum fuisse. Hic mens mea conturbatur, et idæ mea  
confundatur: Qualis locus! qualis sepultura! Ea, he-

ditores, una tam vastam et terribilem materiam cogitata, qua Dominus vobis inspirabit: Sed sciatis, valim, tristius, quam cogitari possit, esse peccatori videre se super lacum Iacumbentem in manu crucifixum tenere, cum tremore ultimam praestolari sententiam, sentire mortem, qua paulatim deficiens corpus occupat, experiri crudales convulsiones, quae eam procedunt, et cernere, ut ita dicam, infernum apertum in quem mox praecipitabitur.

Infelix felicitas, exclamat hic S. Chrysostomus\*, quae Divitem Epulonem ad aeternam infelicitatem trahit! felix infelicitas, quae pauperam Lazarum ad aeternam felicitatem inducit!

\* Hom. de divite et Lazaro.

Ille in magnifico lecto et auris floribus consperso moritur; iste super paleam. Ille inter brachia parentum, domesticorum, commensalium suorum efflat animam; iste in societate bestiarum et canum vulnere sua lambentium. Ille cohonestatur comitatu divitum et Magnatum vobis; iste ab omnibus contemnitur et derelinquitur. Ille in deliciosa vivebat abundantia; iste in paupertate et miseria opprimebatur. Ille cibus exquisitissimis replebatur et satiabatur; iste vix quasdam reliquias et micas, quae de mensa illius cadebant, impetrobat.

Sed tandem mutata est eorum facies. Divas ille mortuus est, et pro sepultura infernum habuit: pauper iste mortuus est, et in sinum Abrahae deportatus est. Sententia pronuntiata est. Divas voluptuose et immittis, bona rapisti in vita tua, Lazarus vero in sua multis malis afflictus fuit. Modò gaudio et consolatione sine fine fruatur, dum tu in hoc tui supplicii loco horribilitate cruciaris. Maledictio super vos, Signitatas et Divitia, quarum malus usus adeo saevius tormentis punitur! Benedictio super vos, modò, egestas, dolores, quorum humilis acceptationis remuneratio est tam deliciosa requies!

En Christiani, utriusque sortem: quanam erit vestra et mea! Domine Sors ista in manibus tuis est. Tu solus felix aut infelix mortis superanus es arbiter. Ergo ad id infortunati erimus, ut infelicem inveniamus post tot gratias, quos nobis in vita contempsisti? post tot auxilia interna et externa, quae nobis quotidie praebes, ut cum fideli perseverantia viam mandatorum tuorum curamus?

Omnia in hac ultimâ hora nos deserent, omnia nos conturbabunt, omnia nos in insolentem conijciant consternationem; terribilis peccatorum nostrorum numerus, ingens

bonorum operum nostrorum vacuum, malum perpetratum, bonum omisum, recordatio praeteriti, inquietudines praesentes, metus infelicitatis futuri: Dolores mortis, qui nos ex una parte obrudabunt, pericula inferni quae nos ex altera circumdabunt. Tu Solus, o mi Deus, poteris nos firmare adversus has abjectionis et desperationis tentationes, quibus salutis nostrae inimici nos tradant.

\* Jerem. 17.

Magne Deus, qui es tota spes mea, ne permittas, ut desperans terror me in hac die afflictionis meae opprimat, tecum propheta rogo: Non sis tu mihi formidini, spes mea in die afflictionis. Si tu me deris, perii. Si nullum apud te meam misericordiam per fugium invenio, si qua non nisi proximum, quod mihi impadebit, infortunium cogito, nullus homo, nullus Angelus, nullus Sanctus me consolari valebit.

\* Sana me Domine et sanabor Ibid.

Sed si, felicitas pro me, ab hoc desperante terrore me sanas, tunc sanabor. Quamvis totus infernus in me irruerat, nihil timebo, si te pro adyto meo habeam. Ne ergo me terreas et deris, Domine in illa die afflictionis meae: Non sis tu mihi formidini, spes mea in die afflictionis.

Afflige me nunc, conturbata me, confige timore tuo cor meam, ut hoc coelesti dono gravidus, gratia tua auxilio possim parturire salutis spiritum. O Deus misericordiarum! o pater totius consolationis! sis spes mea in hoc mundo, gaudium meum et corona mea in altero.

### Documenta Moralia

Sententiae Patrum, Theologorum, et aliorum variorum Auctorum circa mortem, obligationem de ea cogitandi, et media ad eam se preparandi po.

#### I.

198.

Doctrina et Moralis SS. Patrum ratione mortis praecipua in duobus consistit, scilicet ut moribundis exponantur commoda, quae vari Christiani in morte inveniunt: evadantur vivantes in arte se preparandi ad bene moriendum: Jocantur, quod, ~~moribundis~~ cum non nisi peregrini sint super terram, procul ut saeculum, quod transit, diligant, cogitationes suas et desideria non nisi versus bona, quae nunquam transibunt, convertere debeant.

Quando viator ad terminum, quod se conferre debet, pervenire sibi proponit, nec ad dexteram nec ad sinistram deflectit, inquit S. Bernardus. Ut ut grata et jucunda sint loca ita, per quae transit, in eis non multa verba facit; ut ut pulchra sint domus, in quibus divertit, ea tamen ipsam non morantur, et si earum magnificentiam contemplatus, simul cogitat eas nec suas nec pro se esse. Si saltantes, ludentes, gaudium et le-

titiam agitantibus videt nulla ipsorum letitia aut gaudium detinere  
valet, semper progreditur, et quamvis invitetur ut ipsorum  
oblectationis participes esse velit, huic huiusmodi tentationi resis-  
tit suaviori adhuc voluptate, quam percipiat, cum in patri-  
am suam pervenerit.

Salis est spiritus veri Christiani. Mundo extraneus, in eo  
non nisi cum his sapientibus precautionibus vivit. Si facultates,  
dignitates, honores possidet, iis tam parum adhaeret, ut vi-  
deatur ipsorum jactura aut possessio ei indifferens esse, et se  
supra creaturas evahens, iis non nisi in tantum utitur, in quan-  
tum eum ad Creatorem conducere valent.

Attentus ad ea omnia, quae in hora mortis sperare vel time-  
re debet, non nisi Deum diligit, et peccatum detestatur odit.  
Nihil eorum desiderat, quae cum tanta sollicitudine auen-  
pantur voluptuarii homines illi, qui in cogitantes et sine  
attentione vivunt: et pia, quam contraxit, consuetudo se  
velut brevi moriturum intusendi, afficit, ut velut jam mortu-  
um se respiciat.

Sibi parvarum habens, vitam ad sanctiorem esse, quae ul-  
timum hoc instans cogitatione crabruius prosequitur, rapida  
elabi videt eos omnes qui ipsum praecedunt, et se cujuslibet  
diei initio eam eadem sollicitudine praeparans, ac si nullum  
aliud unquam attingere deberet, potest cum S. Paulo dicere, *quotidie morior*,  
quod quotidie moriatur.

## II.

Inde ille mundi contentus, ille continuus in virtute pro-  
gressus, ille amor crucium et arumnarum, illa integra addic-  
tio mandatis Providentiae, illa sui ipsius oblivio, illa sincera  
unio cum crucibus et humilitatibus Jesu Christi. Inde illa re-  
signatio sine simulatione, illa poenitentia sine intermissio-  
ne, fiducia illa sine presumptione, timor ille sine abjectio-  
ne et desperatione.

Vivere non cupit, quamvis commode vitam transigere  
possit; nec etiam mori desiderat, quamvis languens vita quam  
ducit, ipsi diutius vivendi fastidium parere debeat. Sola Dei  
voluntas est magna ipsius regula, sive cum diutius vivere  
permittat ad probandam ipsius in abundantia prosperitate vir-  
tutem, sive ad augendum dolores ipsius et mala, quibus patien-  
tia illius exerceatur et coronatur.

Iustitia Dei, quem offendit ei horrorem incutit; sed miseri-  
cordia ipsius aspectus ipsum consolatur. Amare flet sicut Magda-  
lena, quando sibi ob oculos ponit numerum et enormitatem

peccatorum suorum, sed tristitiam suam et lacrymas compescit, ut eas, quemadmodum illa, super pedes Salvatoris effundat; et poenitentia exemplaris, quam agit de suis pravitatibus, est pretiosum unguentum illud, cuius odore lalaria repletur.

Omnia fervorem ipsius excitant et animant, cogitatio praetitorum, praecantis ad futurum, urgens obligatio temporis praesens bene impendendi; sed quid adeo sapientiam, fidem, beatum efficit? cogitatio et meditatio mortis.

## III.

159.

\* lib. de Spectac. Tertullianus\*, genus hominum, qui abstinentiam voluptatum carnalium, student et, ut ita dicam, se obstant ad moriendum: ut facilius ipsis sit hanc vitam contemnere, vincula rumpunt, quae illos eidem adstringere possant, eamque Deo cum tanto majori gaudio consecrant, quod eam omnibus iis, quibus ipsis grata esse possent, spoliaverint.

Quocumque tempore et quocumque hora nos variat, illam percupidam praestolantur. Ipsorum tristitia potius à diuturnitate sui exilii quam à privatione voluptatum suarum provenit; potius à fervore charitatis suae, quam à debilitate naturae suae. Se supra mundum elevant, illum contemnendo; et supra se ipsos, sibi renunciando.

Cum sint bona fidei poenitentes, continuis mortificationibus peccata sua delicta expiant: sibi exprobrantes se bonorum operum suorum cursum interrumpisse, fervorem suum rursus animant ad planiore gradu versus aeternitatem progrediendum; et erecti supra alas fidei suae et spei, oia exclamant cum magno Apostolo: Infelix ego homo! Quis me liberabit de corpore mortis huius?

## IV.

160.

Homines carnales et voluptuosi saginantur in laetis illis convivis, ad quae Daemon illos invitat, hic inferis et locus et tempus eorum est: Sed quantum ad nos, inquit, hic nondum coelestium, quas praestolamur, nuptiarum locus est: omnes moriemur, sed cuique vices suae erunt; latantur in tempore, sed lugebunt in aeternitate; gemimus in hac terra exilii nostri, sed ubi ipsos afflictiones et dolores sine fine corripient, nos intrabimus in aeterna patriae nostrae gaudia.

An propterea sine voluptate vivimus? non, cum mori nobis volupe sit, cum nihil tam ardentius aequo ac Apostolus cupiamus, quam ex hac vita exire, ut in aeternum

Deo conjungamur; et in ea felicitate, ad quam aspiramus, omnia nostrum gaudium collocamus.

## V.

161.

Vanus Christianus nec in hoc mundo, nec in variis, quae in eo videt, objectis felicitatem suam collocat. Aliis rebus occupatur, quae totum studium suum et attentionem merentur: Sequens in speculo mortis contemplans in antecubum proprium suum comitatur. Id unicum à Deo postulat, ut namque ipsum faciat contemnere omnia, quae mundi sunt, vitamque ipsam; ut per exitum ab hoc mundo illum in veram libertatem restituat, innocentiam suam integritatem conservet, et si eam amisit, illius meritum ultimo omnium sibi charissimorum sacrificio recuperet.

Hoc affectus animo visibilia indignatur, solaque invisibilia concupiscit. Mortificationes, cruce, humilia excessiva spiritus et cordis contriti veras suas voluptates constituunt: haec sunt spectacula sua, spectacula sancta, casta, casta, quae gratuita Dei misericordia oculis ipsius exponit, ut quia sine passione vivit, etiam sine aeri dolore moriatur; hae voluptates, haec spectacula Christianum, sancta, perpetua, gratuita.

\* Tertull.  
ibid. c. 29.

## VI.

162.

Mala ab hac vita inseparabilia illius fastidium nobis proferre debent; et suavitates quas in morte invenimus, sunt valida incitamenta ad eam cum humili resignatione expectandam: et tamen quis nostrum id agit?

Mens et corpus nostrum persecutionibus et malis sibi invicem succedentibus quotidie opprimuntur; vita nostra infinitis periculis innumerisque doloribus patet: nihilominus hanc ipsam vitam inter mortifera, quae Daemon in nos vibrat, tela prolongare studemus, et cum per promptam mortem ad Deum properandi desiderio affici debere, nunquam mori cupimus.

## VII.

163.

\* Quam insolens verborum et desideriorum nostrorum con-  
tradictio. Quotidie à Deo in oratione Dominica postulamus, ut  
adventum Regni sui, rogamus illum, ut in nobis voluntas ip-  
sius fiat, sive nos in hoc mundo per aliquod tempus relinquat, et  
sive nos ab eo evocet. Hac oratione nihil acrius, sed nihil u-  
minus cupitum quam ipsius expletio. Similes obstinatis  
servis, qui Domini sui praesentiam fugiant, tristes et inviti

\* S. Cyprian.  
tract. de mor-  
talitate

» ante nostrum perducimus: Si vitam deserimus, tunc id fit non  
 » voluntarie, sed ex necessitate et cum dolore; et non obstante  
 » fatali hac mentis et cordis affectione bonorum coelestium ho-  
 » norum et mercedem ab eo recipere volumus, et inviti venimus.  
 » Quid ergo cum rogamus et petimus, ut adveniat nobis Reg-  
 » num ipsius, si captivitas terrena nos delectat? Quid precibus  
 » frequenter iteratis rogamus et poscimus, ut aualeset dies  
 » Regni, si majora sunt desideria isthuc servire diabolo, quam  
 » regnare cum Christo?

» Eius est in mundo remanere, quem mundus oblectat,  
 » quem saeculum blandiens atque desipiens, illicebis terrena  
 » voluptatis invitat. Porro cum mundus oderit Christianum,  
 » quid amas eum, qui te odit, et non magis sequeris Christum,  
 » qui te et redemit, et diligit?

## VIII.

\* Ibid.

»\* Idantidem cogitandum est, renunciasse nos mundo, et  
 » tanquam hospites, et peregrinos isthuc interim degere. Am-  
 » plactamur Deum, qui assignat singulos domicilio suo,  
 » qui nos isthuc eripit, et laqueis saecularibus exsolutos  
 » paradiso restituit et regno coelesti.

» Quis non, peregrinè constitutus, properaret in patriam  
 » regredi? Quis non ad suos navigare festinans, vantum pros-  
 » perum cupidius optaret, ut velocius charos liceret amplec-  
 » ti? Patriam nostram paradysum computamus, parentes  
 » Patriarchas habere jam coepimus: quid non properamus, et  
 » currimus, ut patriam nostram videre, ut parentes salutare  
 » possimus? Magnus illis nos charorum numerus expectat,  
 » parentum, fratrum, filiorum copiosa turba desiderat, jam  
 » de sua immortalitate secura, et adhuc de nostrâ salute  
 » sollicita, quantum nampe immota illorum requies permittit.  
 » quantum ipsis gaudium et nobis, ipsos videre, ipsos amplecti,  
 » et una cum eis eandem frui beatitudine.

» Quanta voluptas idem regnum possidere, nec ac ose  
 » pelli timere, eandem vitam sine metu sanè amittendi,  
 » idem beatificum objectum quod semper amatur! Ibi ve-  
 » gnant Martyres, Virgines, Confessores, Sancti sine numero;  
 » ibi omnes mercedem bonorum operum suorum, summam  
 » et aeternam felicitatem accipiunt. Igitur cum sancto ardore  
 » desideramus sanctam mortem, ut brevi cum ipsis simus, at-  
 » que subito ad Jesum Christum perveniamus.

IX.

\* Vita hujus quamvis laboriosa, atque temporalis, tanta dulcedo est, ut cum mortales non possint effugere ne moriantur, tamen multis et magnis conatibus agant, ne cito moriantur. Certè omni animæ laborare molestum est; et tamen ab iis à quibus nihil seu boni seu mali, post hanc vitam speratur, omnibus laboribus agitur, ne labor omnis morte finiatur.

\* S. Aug. serm. 103. De Diversis 164.

Quanta fatigatio, quanta servitus se austera dieta subire ad conservandam aut recuperandam sanitatem? amaras potiones sumere, acerbos tolerare incisores, brachiorum et pedum abrasiones, ne tam cito moriantur. Tanta videtur hujus ærumnosa vita necesse quæ suavitas, tantisque in illa utrunque viventium horror mortis, ut nec illi mori velint, qui per mortem ad vitam transeunt, in qua mori non possint.

Discipulus ex hoc mundo ita illos terret ut nullus cum quadam servitatis specie moriatur, nisi quodammodo presentiat, morti, quæ dies suos non finit, successuram vitam novam et beatam, quæ nunquam finem habebit.

X.

\* Sunt homines qui cum patientia moriuntur, et sunt perfecti quidam, qui cum patientia vivunt. Qui autem desiderat vitam istam, et quando venerit dies mortis, patienter tolerat mortem, luctatur adversum se, ut sequatur voluntatem Dei, et ex desiderio presentis vita fit lucta cum morte, et adhibet patientiam et fortitudinem, ut æquo animo moriatur. Istæ patienter moritur. Qui autem desiderat dissolvi, et esse cum Christo, non patienter moritur, sed patienter vivit, et delectabiliter moritur.

165. Idem Tract. 9. in Ep. Joan. 164.

XI.

\* Mortis diem omnes quidem adfuturum sciunt, et cum tamen omnes aut pene omnes differre conantur, etiam illi qui post mortem se beatius victuros esse credunt. Tantam habet vim carnis et animæ dulcis consortium: nemo enim unquam carnem suam odio habuit; et propterea non vult anima vel ad tempus ab ejus etiam infirmitate discedere, quamvis eam se sine infirmitate recepturam esse confidat. Proinde mente serviens legi Dei, carne autem trahens desideria peccati, quibus obedire vetat Apostolus, mentis quidem ratione concupiscit pius homo dissolvi, et esse cum Christo, sed id sensus carnis recusat et refugit, et si fieri

166. Idem Ep. ad Romanos. 140. alias 120.

possit, non vult expoliari, sed supervestiri, ut absorbeatur mortale à vita, id est, ut ab infirmitate ad immortalitatem etiam ipsum corpus sine morte mediâ transferatur.

## XII.

167.  
\* S. Ambros. de Sa-  
fratris Satyr.  
tu, et lib. 2. de  
vocat. Gent. c. 8.

\* Quis exceptum se putat esse dabare à conditione moriendi, qui non sit exceptus à conditione nascendi?  
De immutabilitate mortis non est ratio conquerendi, cum semel in naturam nostram per peccatum ingrossa mortalitas obnoxium sibi omnem vitam nostram fecerit diem.

Vita hujus principium mortis exordium est, nec prius incipit augeri aetas nostra, quam minui: cui si quid additur spatium temporalis: non ad hoc accidit ut maneat, sed in hoc transit, ut pereat. Quod ergo ab initio sui die mortale est, quolibet occidat die, non contra legem mortalitatis occumbit, nec unquam si vicinius est posse vivere, quam posse desicere.

Deus in manu tenet gladium et arcum, inquit Regius propheta; cum hoc gladio cominus facit quidquid occurrat, juvenes et senes, divites et pauperes: cum hoc arcu aminis vibrat sagittas suas; sed hic gladius, et hic arcus non nisi mortis sunt instrumenta.

## XIII.

168.

\* Rom. 6. ad po-  
pulum.

Cur semper vivere vellemus, atque mori tam vehementer metuimus, quaerit S. Chrysostomus? Quia, respondet ipse, non vivimus in asperitate Christianis congruâ, sed solutam et mollem vitam Religionisque quam profitemur, severitati omnino contrariam ducimus. Quod si in jejuniis, orationibus, vigiliis hanc vitam transigavimus; si voluptates et mundi oblectamenta fugavimus; si in viâ arctâ gradamur, et si abjectis carnis desideriis eam, prout S. Paulus, in servitutem redigavimus: brevi mentem mutavimus, vitam quam diligimus, nobis oneri est, et mors, quam fugimus, continuum volorum nostrorum fiet objectum.

Et autem amabo, conjiciamus oculos in totâ solitatis, jejuniis maceratos, vigiliis oppressos, ciliciis coopertos, omnes cernamus in sancta moriendi impatientia, similes nauticis operariis illis, qui tempestitate agitati, fatigati, et semper intanti ad navem suam in medio procella duendam, non nisi ad portum aliquem aspirant, in quo quiescere possint.

Imò Deus ipse vitam adeò laboriosam et duram nobis afficiendo, voluit illius fastidium, alteriusque infinite

tranquillioris desiderium nobis ingerere. Enimvero si tot periculis, infirmitatibus, miseris obiecti nihilominus unam diligimus, alteram parum curamus: quid eveniret, si sine timore, sine contradictione, sine dolore viveremus?

Quando preparare voluit filios Israel ad deserendam Egyptum, et ad revertendum in patriam suam, permisit, ut labores eorum duplicarentur, atque sub pondere onerum, quae ipsis imponebantur, opprimerentur, ut vix respirare valentes eum rogarant, ut ipsos ab <sup>haec</sup> servitutis terra adueceret.

Idem agit respectu nostri: sed saepe imitamus cocceum et ingratum populum istum, qui quamvis à dura Aegyptiorum dominatione liberatus, ceps et allia, quae ibidem comederat, deinde desiderabat. Saepè terrae adstricti, vitam praesentem diligimus, in qua malis opprimimur, ~~atque~~ ~~in~~ ~~oppressionem~~ ~~parum~~ ~~de~~ ~~futura~~ ~~solliciti~~, ubi quiete et felicitate aeterna frui possemus.

XIV.

169.

Non debemus expectare donec jam jam mori incipiamus, ut ad mortem nos preparamus. Non enim tunc tempus est mysteriorum, sed testamentorum, inquit S. Chrysostomus\*: susceptis sacramentorum exspectat liberum rationis usum, oportet ut mens pura sit et sana.

\* In acta Apost. Rom. 1.

Et profecto si quis cum sua mentis compos haud est, del condandum testamentum suum aptus non est; si cum in tali statu illud conficit, infinitam ferè materiam acribus contentionibus praebet; si hujusmodi testamenta ab his verbis incipere debent: Cum sana mentis opem, sic de malis bonis statui; si ad testandum haec conditio necessaria est: quomodo homo, qui in morte scientiam regni caelorum docetur, hanc divinam doctrinam perfectè intelligere poterit, dum malo suo et terroribus judiciorum Dei totus occupatur.

\* Paratus esto quotidie, dilecte frater mi, et mortem expecta, ac eum, qui tuam repetet animam. Ne hodie poenitentiam agas, et cras obliviscaris; ne hodie plangas poenitentiam tua, et <sup>cras</sup>ridicula tripudias; ne hodie jejunes, et cras vino et caribus replearis. Ne hodie vigiles, et cras gravia munera tua negligas. Amplectere magnanimitè laborem evangelicam si illius mercedem recipere velis. Oderis saeculi istius gaudium, gloriam et vanitatem. Invisa tibi sit via lata et spatiosa, et ambules arctam, quae ducit ad vitam. Oderis delicias; odio persequere impunitam licentiam.

\* Saem. de statu- de prophetis in illud: Non veni vocare justos.

XV.

\* Si semper nos stimulat peccatorum conscientia, tunc maxime illà horà, quã hinc sumus abduendi ad formidandum

\* Coniunctio de Lagaro.

» Iam iudicis nostri tribunal. Tum si furati sumus, si defraudavi-  
 » mus, si proximo conviciati sumus, vel illum inelamenter habui-  
 » mus, aut alia crimina commisimus; totus hic peccatorum cumulus  
 » se nobis morientibus exhibens nos terrat et in desperationem agit.  
 » Idem nobis evenit ac flagitiosis illis, qui tenentur in carcere,  
 » hi semper quidem dejecti sunt, sed maximè sub illum diem, quo  
 » sunt educandi, et ad ipsos iudicis fores ad audiendam ultimam  
 » sententiam suam pertrahendi.

## XVI.

171.

Pharao eo magis se commotum sentiebat, quò plures novas  
 plagas comibat animalia hominesque ipsos feriantes. Modò pro-  
 mittebat se filiis Israël libertatem daturum, modò pavore de-  
 fixus tristam sortem suam lugebat, atque invitè etiamnum  
 supremam Dei Moysis potentiam agnoscebat. Sed magis adhuc  
 consternatus ac contrubatus fuit, cum se unanum exercitu suo  
 maris rubri fluctibus involutum vidit. Vasta hæc aqua ampli-  
 tudinem cum conceit: viam relinere ultrò voluisset; sed mare tron-  
 situm ei ocluserat: ultrò terra applicare et se salvare vo-  
 luisset etiam cum totius regni sui dispendio, sed error com-  
 missus erat, necessario parcendum fuit.

Exemplum istud naturaliter nobis exhibet insolitum sta-  
 tum peccatoris in hora mortis sua. Quaedam moesta cogitatio-  
 nes, quidam molesti casus interdum quietam suam intertur-  
 babant: sed pavores suos sedare conabatur varietate specta-  
 culorum, ciborum cupidinis, congressuum suavitate, amore, et blan-  
 ditibus. At in morte longè aliter res se habet; justitia divi-  
 na fluctus in illum irrumpit, eumque involvunt: terram repe-  
 tere ultrò cuperet, sed reditus ad vitam ipsi proclusus est; cu-  
 peret vixisse pauper, sobrius, castus, poenitens: varium hæc in-  
 utilia desideria unanum ipso intereunt. Spina conscientia  
 sua ipsum implicat et disceperunt antequam moriatur fer-  
 mè sicut animal illud, quod inter vapores hærens Abraham  
 cornibus arripuit, et unde non exivit nisi ut immolaretur  
 et cremaretur.

## XVII.

172.

Ut quis se ad mortem benè preparat, tria ei sunt neces-  
 saria; 1<sup>o</sup> Vigilare debet usque ad mortem; 2<sup>o</sup> Ipsius vita  
 debet esse continuum mortis tyrocinium et exercitium; 3<sup>o</sup>  
 omnes suas actiones et agendi rationem ad ideam, quam sibi  
 de morte efformat, componere debet.

## XVIII.

Debet vigilare usque ad mortem, ut ipsius interceptio-  
 nes devitat. Vigilate, inquit Iesus Christus, quia nescitis qua

die et qua hora filius hominis sit venturus. In hoc, inquit S. Bernardus adorare debemus Dei in nos providentiam. Si sciremus, quando mori debemus, forte cum majori fiducia peccaramus, forte non tanta sollicitudine et observantia nos gratia Dei submitteremus; Sed quia id ignoramus, nos preparamus ad mortem, quae venerit hora, suscipiendam, et hac continua, ad quam Christus nos obligat, vigilantia contra fraudes demonis nos praemunimus, ut nos in re omnium incertissima tutos praestemus.

Mirum tamen est videre praestantioris etiamnum conditionis homines, qui in omnibus aliis rebus, excepta ea, in qua eos sapientes esse vel maxime eorum interest, prudentiam suam ostendant; homines, qui sibi de cibo et somno subtrahunt, ut cum honore suis muneribus fungantur, et qui, cum salutis suae negotium curandum est, languent; homines qui annos integros insumunt, ne circa rationes, quas coram mundo reddere debent, fallantur, et qui nec horam impendere velant, ad illas in ordine redigendas, quas coram Deo reddere debent; homines, qui in domesticos suos semper apertos habent oculos, ne ab illis decipiantur, et qui nunquam eos in se ipsos apeririunt, ne à morte praecipitentur.

## XIX.

173.

Mortem timent homines, sed ita eam timent, ac si ipsis moriendum non esset, et quidquid in isto timore molestum est sentiunt, quin tamen illo utantur ad mutandam vitam. Saepe enim an usque ad mortem expectarent pro condendis testamentis? An in morte aere alieno premerentur, quod in vita dissolvere neglexerunt, cujus rei curam homini avaro et id agere contemnenti relinquant?

Si sibi invigilarent, an in morte restitutiones faciendas relinquerent, idque liberis injungerent, qui de bono alieno libidinum suarum materiam faciunt? Si sibi invigilarent, an usque ad mortem differrent cum inimico suo reconciliari, vel piis legatis jam Christo dare, quae nec possidere nec auferre possunt?

Quando munitus quidam locus seu civitas timet ne ab hoste occupetur, inquit S. Chrysostomus, non expectat, donec ipse ad portam civitatis advenerit, sed jam diu ante sibi providet. Sic pariter mortis seu adventus filii hominis tempus expectare non debemus ad occurrendum forti armato huic; expectare non debemus, donec ratio animae solida, et solum patiatur, et confusio ita intellectum et voluntatem occupat, ut luna lumen suum amittat, et stellas de caelo cadant.

Estote parati, inquit Jesus Christus Apostolis suis: verba pluribus gravida mysteriis quam quis arbitratur. Non simpliciter ipsis dicit, preparate vos? haec ad mortem praeparatio bonos et malos effectus habere potest; Sed ipsis dicit: estote parati quando venturus sum. Non primum quando in meo adventu strpitum adam, evigilate; curate ut plene evigilatos et ad me suscipiendum omnino paratos vos inveniam.

## XX.

174.

Quamvis mortem nullum tyrocinium praecedat, cum non nisi semel moriamur, atque si male moriamur in aeternum male moriamur; nihilominus magnum vita Christiana arcum est discere quotidie mori, inquit S. B. Bartrus: haecque methodus tribus rationibus facilis et familiaris est: 1<sup>o</sup> quia omni hora morimur: 2<sup>o</sup> quia omnes creaturae continua mortis nostra documenta nobis praebent. 3<sup>o</sup> quia lex Christiana, ad quam vocati sumus, non est nisi lex et obligatio mortis.

## XXI.

Quando Deus dixit ad Adam, quod, quamprimum de fontem vitae comederet, mortuus esset, haec sententia ab ipso peccationis ejus momento effectum suum sortiri coepit: natura ipsius temperatio statim debilitari incepit, prior ipsius vigor elanguit, vires sensim defecerunt, et quod aetate grandior, eo morti vicinior factus est. Audite quid haec de re cogitet David: Cor meum conturbatum est, exclamat ille ad aspectum peccatorum suorum, dereliquit<sup>mea</sup> virtus mea, et lumen oculorum meorum, et ipsum non est mecum, prout in pulchris innocentiae meae diebus erat.

\* Psal. 37. v. 11.

Porro cum mors ista terminus sit, ad quam necesse est ut omnes homines tendant, et perveniant, ipsis etiam iuxta est, ut seure illum attingant, omnia pericula, in qua illi, qui eam obliviscuntur, vel ad eam se non praeparant, incidunt, ab eis removendo. Est responsum mortis, quod in se ipsis habent, quodque ipsos monet, ut per bonum libertatis suae usum id agant, quod omni hora necessario agunt, quin animadvertant.

fallaris visu,  
cradis te vivere,  
sed mis in mor-  
tem.

Homines cœci putatis vos vita abundare, inquit S. Augustinus; sed oculi vestri vos decipiunt, quotidie aliquid vestrum ipsorum amittitis. Creaturae quae circum vos sunt, atque vos dellectant, vobis videntur stabiles; sed singulis momentis se vobis subducunt, se à vobis separant, cessant vobis et pro-

vobis esse. Voluptas hesternae pertransiit, nec dicere debatis, quod vos deserat, sed deseruerit. Itaque cum omnia in vobis et circum vos moriantur, an non aequè coeci estis ac culpabiles, si ex vita vestra tyrocinium et continuum bene moriendi exercitium non facitis?

XXII.

Apostolus dicit, quod iam mortui sitis, mortui estis; imò addit, quod sitis sepulti, consepulti estis; et ut hanc moriendi artem vobis aequè presentem, ac utilis vobis esse potest, efficiat, asserit, quod valuit plantati et insiti, sitis similitudini mortis Jesu Christi: conplantati similitudini mortis ejus.

Hæc vos monet ut animas vestras à corporibus et sensibus vestris disjungatis, antequam mors vos ab eis disjungat; ut eas disjungatis ex virtute, antequam ex necessitate ab illis disjungamini; ut eas à vanitate mundi, ab ipsius periculosis amicitis, ab ipsius non modo suspectis, sed etiamnum inutilibus illucabris, qua obmut, quominus ad Deum cum tota agilitate illa et fervore, quem à vobis expectat, catis.

XXIII.

Scriptura sacra nobis mortem exhibet sub multum diversis figuris. Modò est furor inimicus et Rex, qui omnium mortalium Dominus contentim eos habet, pedibusque calcat. Modò est turbo, qui quicquid occurrit seum abripit, et cujus rapiditati nihil resistere potest. Aliis occasionibus, est cursor indomitus et pallidus, <sup>in aqua</sup> insidens, qui totam terram in universalem conflagrationem conjicit; fere semper est fur astutus, qui intercipit, spoliat, et interficit viatores. Ipsos intercipit in somno suo, ipsos spoliat in abundantia sua, ipsos interficit in fatali securitate sua.

XXIV.

Ipsos intercipit, cum somno sunt oppressi, hinc etiam somnus vocatur. In somno nullum usum habemus nec oculorum ad observandum inimicos nostros, nec aurium ad audiendum ipsos venientes, nec manuum ad nos defendendum, nec vocis ad inclamandam opem.

Sales sunt innumeri peccatores, quos intercipit. Nihil vident, nihil audiunt, nihil timent. Nulla ipsis providentia ad sibi præcavendum contra sibi imprudentia pericula; nulli conatus ad merendam mercadam, quam sibi conciliare possant; nulla vigilantia contra extraneos et domesticos inimicos à quibus ipsis omnia sunt metuenda; nullum ad orationem, et bona opera, à quibus magna haurirent commoda, per fugiunt: Sunt homines sopore oppressi.

175.

Calcet eum quasi Rex intentus. Cum interitus quasi tempestas irruerit. Ecce equus pallidus, et qui se habet super eum non man ibi mors.

Dormierunt Somnum suum

## XXV.

Hæc mors non solum illos in somno suo intercipit, illos insuper spoliat et interficit. Ipsis omnia bona, quæ extra ipsos, intra ipsos, et supra ipsos sunt, rapit.

Dico bona quæ sunt extra ipsos: ipsorum prædia, domos, proventus, dignitates. Hæc omnia sunt vetiti commercii merces; hæc expliq:

In confiniis Regnorum cæcæ quædam aræta sunt exadras, ubi inspicuntur merces, quæ in cæteras regiones transferuntur, et cum inspecta fuerint, si improba deprehendantur, earumque commercium Princeps vetuerit, tum ipsæ inhibentur et sine adiciuntur.

Justitia Divina in ultimis vitæ confiniis exadram aræta; mors, quæ januam temporis claudit, et portam æternitatis aperit, illius clavam habet. Ibi omnes merces inspicuntur, sed non omnes transire permittuntur. Quando dives moritur, non omnia secum auferit, quæ in vita possidebat, inquit Regius Propheta: ipsius prædia, proventus suppellex, dignitates, aurum, argentum suum, sunt respectu sui ipsius vetiti invectionis et prohibiti commercii merces, quas mors inhibet, et quæ ad alterum mundum non transeunt.

Imò nec secum auferat alia bona, quæ velut intra seipsum erant, et ipsi propria esse videbantur, dotes suas naturales et acquisite, præclaras qualitates, quæ ipsi existimationem et amorem aliorum conciliabant; et fecit Deus, ne moriatur spoliatus aliis bonis, quæ sint supra ipsum; namque misericordia, veniã, gratis illius.

## XXVI.

176.

\* Epist. 2. 39.

Cum vigore conserva bona, quæ Deus tibi concesserit, inquit S. Bernardus ad Eugenium Papam\*, sed memento te esse hominem, et Dominum omnipotentem semper ante oculos habito, qui, cum ipsi plaurit, destruit potentas terre.

Quot Pontifices intra breve tempus mortui sunt? Eorum memoria, qui te præcesserunt, tibi mortis ideam semper præsentem reddat. Illorum regnum breve admodum fuit, huiusmodi erit et tuum. Inter fluxa gloria splendorem, qui mentis tue oculis caliginem offundere potest, continuo ultimum finem tuum meditare, et cogita te per tumultum istum, quorum cathedram occupas, fore jungendum.

## XXVII.

\* Quando Apostolus cupit mori ut in pace cum Christo vivat, et quando Propheta quidam exclamat: Sufficit mihi Dominus, tolle animam meam, neque enim melior sum, quam patres mei. Ipsis in hoc sum similis, inquit S. Bernardus, et quamvis ipsorum virtutibus praeditus non sim, eandem tamen mihi sunt sensa. Extra mundum esse velle ad se rejectum et tristitia oppressum me sentio.

\* Epist. 189.

\* 3. Reg. c. 19.

Verum si, quemadmodum ipsi, vitam fastidio, careo tamen, ne tam bene ad eam praeparatus sim ac illi. Vita mihi molestata est, sed ignoro num mors mihi utilis sit. In hoc mea ab illorum desideriis differunt. Statum perfectiorum intuebantur; et ego nihil ardentius desidero, quam a malis, quibus affligor, liberari. S. Paulo mors videtur commoda, quia illum deum Christo conjungit, et sanctum quoddam desiderium in illo id, quod in me doloris sensus, parit. Tristibus mortalis vita sua diebus non poterat fieri objecto votorum suorum; ego non possum non pati. Consilia nostra sunt diversa, et desideria similia.

## XXVIII.

177.

\* Epist. 206.

\* Ne timeas homo Dei, exure hominem terrestrem, cuius pondus te versus terram aggravat; hominem illum peccati, qui te torquet, persequitur, opprimit. Quid commune habes cum misera mortalitate <sup>atque</sup> reliquiis, tu qui ad veram gloriam aspiras? te expectat gloria ista: sed memento, quod oporteat, ut te annas, si ea indui cupis: est vestimenti species, qua nemo alius induitur.

Patere ergo, vel potius gaudere te exui et spoliari; ipsa Christus Jesus spoliatus fuit, priusquam intraret in gloriam suam. Ita homo Dei debet esse a limo, ex quo subactus est, exsolutus; oportet, ut quidquid terrestre habet, deserat.

Hi duo homines sunt sibi invicem contrarii, semperque secum ipsis belligerabunt, donec separantur. Si quaedam pax inter illos invenitur, haec nec a Deo nec in Deo est. Mox illa foueris, quae omnem sensum superat. Bravi in Societate tam justorum suscipietis, qui expectant, donec te coronatum videant, et spero, quod, quemadmodum illi, in gaudium Domini sis intraturus.

## XXIX.

\* Epist. 108.

\* Justus mortem vitare non potest, sed ea non terretur. Frustra illum intercipere conatur; Inlucifuitur quiete, et hanc vitam amittens meliorem recipit. Beata mors, quae facit nos mori peccato et vivere justitia! Ut una suavis sit et tranquilla, altera ipsam praecedere debet. Itaque quamdiu

vivis, stude ut tibi vitam aquiras, quae semper durat. Mores mundo in hoc mortali corpore, ut extra illud vivas vitam ipsius Dei.

Quid intereat, quod mors hanc carnem, quae est carior anima tua, perfingat, dummodo haec anima gaudiis impleatur. O quam beati sunt illi, qui in Domino moriuntur! jam requiescunt à laboribus suis, vita novae suavitatibus fruuntur, et in aeternum fruuntur, ~~et in aeternum fruuntur.~~

Beata mors iusti propter quietam, quae illam sequitur; beatior propter mutationem, quam provocat; infinita beata propter securitatem quam tribuit. Infelix è contra mors peccatorum: Infelix propter privationem bonorum mundi; infelicio propter separationem corporis ab animâ; infinita infelix propter auleos vermis rodantis et supplicium ignis devorantis.

## XXX.

178.  
\* Epist. 104.

Doleo vires tuas, dilecte amice, quod vanis occupationibus florem aetatis tuae vivacitatem Spiritus tui, divitias scientiae tuae, et quod charius adhuc esse debet Christiano, morum tuorum innocentiam et puritatem consumas. Si inauspicato mors subita te ex hoc mundo eriperet, haec omnia cum tanta rapiditate evanescerent, ac herba agrorum tabesit, et ad urantis venti flatum dissidua cernitur.

Quid tunc de tuo labore residuum foret, et quid restitueres Domino pro omnibus, quae tibi velut commodavit? Si Deus iste, qui in exigendis rationibus bonorum suorum non minus severus est, quam in iis effundendis liberalis, te cum vacuis manibus inveniat: quasnam usuras huic inexorabili creditori panderes pro tot talentis, quae tibi concessidit? vanis tamen, et brevi veniet ad Deum exigendum cum usura id, quod ad ipsum pertinet: Et quid est, quod ad ipsum non pertinet? Natales, elegans oris species, comitio, probitas sunt gloria subiecta, sed haec gloria ad ipsum pertinet, à quo eam habes, et si illam tibi arrogare volueris, te velut usurpatorem intus bitur.

Sed pono, quod eam tibi attribuisse possis, in mundo velut celebris Doctor existimari, tibi famam in terra parere, et quid haec omnia sunt, et quid aeternum tibi post mortem residuum erit nisi simplex et frigida recordatio? Si hic est laborum tuorum finis, ausimmo dicere, quamnam tibi supra bestiam prerogativa? Equus tuus post suam mortem ~~quodam~~ aqua ac tu laudabitur.

Proterea quid Deo respondebis, quod in vanum tot preclaris dotibus praeditam <sup>animam</sup> accepis, quibus unus fueris, sicut bestia suis? An tibi convenit tam improbe illius divina similitudinis, quam gestas, dignitatem sustinere? oblivisci quod

quod homo sis? te conripe exautorare, ut bestia similem te efficias, nisi haberes animam, qua interire deberet?

Scriptum est, quod ut quis in montem Domini ascendat, oportet eum non solum non accepisse in vano animam suam, sed in super manibus innocentem et mundo corde esse. An opera tua et cogitationes tibi ansam praebent credendi, te in tali statu esse? Iudicia qualis futura sit peccatorum nostrorum poenitentia, etiam vita inutilis et bonis operibus vana sufficiat ad nos damnandum.

Qualis securitas erit pro umbra et spinis, si securis fastidi minatur arbori? an ei pareat, qua non nisi aculeos ad pungendum habet, dum illi, qua sine fructibus est, non pareat? Va va vinea, de qua dictum est: Expectavi ut faceret uvas, et non fecit nisi laticras.

## XXXI.

179.

Inter omnia vitae tempora nimis aptum ad se preparandum ad mortem, est ipsum mortis tempus. Est tempus nimis aptum ad revocanda peccata ~~hominis~~ ~~conspicienda~~ ~~vita~~ ~~preterita~~ et de iis se accusandum: Est tempus nimis aptum ad revocanda peccata sua in amaritudine animae suae, et de iis verum concipiendi dolorem: Est tempus nimis aptum ad expianda ea, qua contra Deum fuerunt perpetrata, et ad sanandum damnum, quod proximo illatum fuit.

## XXXII.

Qui expectant tempus ultimi morbi, ut se ad mortem preparant, hi omnia in discrimen adducunt. Tempus idem nimis incertum est ad navendam salutem suam operam, qua absoluta necessitatis est; nimis breve est ad disponendas ultimas suas rationes, qua longas exspectant disquisitiones; nimis malum est ad tractandum adeo subtile et implicatum negotium. Moriemur, oportet ergo omnem conatum adhibere, quae bene moriamur. Bravi moriamur; ergo maturè adhibenda sunt ad bene moriendum media.

Inter omnes veritates absoluta moriendi necessitas una majori certitudine et evidentia patet. Claraeque aliae nobis sunt occulta. Hu infans, qui in sinu matris suae adhuc reconditus est, lucem aspiciet neque? forte ita, forte non, inquit S. Augustinus\*. Si lucem aspiciet, an diu vivet, vel brevius morietur? forte ita, forte non. Si diu vivet, an dives erit, an pauper? forte magnas facultates possidebit, forte in molestia indigentia vivet. Quodnam vita genus amplexurus est? An matrimonium, an calibatum? forte nubet, forte in perpetua continentia vivet: haec omnia nos latant, inquit S. Augustinus, nec sunt respectu nostri nisi incerta quaedam res; sed morietur ne, aut non morietur? Ad hanc gravem questionem cessat omne dubium, ita morietur, hic nihil incertum.

\* Serm. de verb. Dom. in morte

Mors est poena universalis, quam Deus in omnes homines fulminavit, necnon tributum, quod iustitia ipsius ab illis exigit. Primum hominem creaverat ad imaginem suam, et formans eum ad sui similitudinem, fecerat ipsum viventem et immortalam; sed quamam conditione? Ea conditione, inquit S. Augustinus, ut perseveranti fidelitate proclara lineamenta illa, quae in sua creatione receperat, conservaret. Anima erat vita corporis Adami, sed sanctitas dabat esse vita anima sua: et quid evenit? quod infelix iste, postquam Deo inobediens fuit et per consequens sanctitatem suam amisit, ipsa et omnes filii sui morte condemnatus fuerit. Mors per peccatum intravit in mundum, inquit S. Paulus: et cum peccatum istud hereditaria contagione à patre ad filios transeat, haec iustitia divina sententia in ipsos refunditur. Nihil certius, omnes morimur.

## XXXIII.

180.

Porro ex hac inevitabili mortis necessitate absoluta consequitur, quod ad bene moriendum nos comparare debeamus. Omnes aliae cura quae ad felicem magni aeternum momenti negotiorum susceptionem assequendum adhibentur sunt ferae semper inutiles. In familia illa haec puella digno sponso destinatur, utriusque parentes; iam haec dare inter se se convenisse videbantur, articuli iam firmati erant, nec alio opus erat, nisi ut matrimonii contractus subscriberetur; attamen omnia dissoluta fuere: cura et preparationes inutiles.

Propterea erat ut illa praclarum officium adipisceretur, illius pretium iam fixum erat, pecunia deposita, se preparabat ad expectandum principis consensum; et ecce fatalis casus omnia dissolvit: cura et preparationes inutiles.

Privatus ille in gravi lite Ministrorum gratiam pollebat, potentes amici se pro ipso impenderant, Causidici, qui causam in se susceperant, de felici illius successu quodammodo vadimonium praestabant: at his omnibus non obstantibus in peritiam et integri Relatoris manus incidit, qui sepositam et minimè attentam gratiam et auctoritatem, serio rem totam examinavit, atque postquam iniquam esse deprehendit, iudicibus palam facit in quamnam partem iustitia inclinaret: lis amissa fuit, cura et preparationes inutiles.

An eadem ratio est illarum, quae ad bene moriendum adhibentur? non procul dubio, quia si ex parte nostra nihil deest, misericordia Dei nostri miserabitur, ipsiusque iustitiam placabimus. Non, non, inquam, frustra Jesus Christus nos hortatur, ut negotiemur dum veniat: in aliis negotiis magna sunt pericula non obstantibus curis nostris; sed Deus istud benedicit, necnon sperare debemus, quod in ultimam horam nobis gratias largiturus sit, quae respondebunt bonis operibus, quae in vita

nostra peragerimus. Non, non frustra ipse nos hortatur, ut vigilemus, nobis, sicut servo fidelis, promittit, quod nos super omnia bona sua constitutus sit.

In omnibus aliis rebus nobis prospicimus, ergo et in praecipua nobis prospiciamus. Si de officio tractandum, praedictum emendandum, domus acquirenda, pecunia collocanda; ante omnia pigram expetimus; at nihil horum omnium bona morti comparari potest, adeoque ~~modestam~~ tota vigilantia nostra, et omnes cura nostrae ac colligare debent, ut eam felicem efficiamus.

## XXXIV.

181.

Verum cum negotium istud urgens sit, eidem innumbere illudque incipere non satis cito possumus. Solet quari, cur Deus nos tempus et modum nostrae mortis latere voluerit: SS. Patres respondent, id ex tribus rationibus cum facere, propter nostram consolationem, propter securitatem et tranquillitatem publicam, propter nostram utilitatem et perfectionem spirituales.

Propter nostram consolationem: sicut agrote novam la et terra, quibus ipsi crus sciendum est, occultantur; sicut viro nobili mox capite plectendo occultatur gladius, quo ei caput amputabitur; sic etiam misericordia Dei et providentia nobis diem et genus mortis nostrae abscondit.

Propter securitatem et tranquillitatem publicam; si vindicta cupidus quidam sciret, se aliquando de inimico suo impune vindictam sumere posse; nec se nisi alio tempore moriturum, ad quam extrema furorem et rabiam ferat? Si quidam viarum publicarum grassator certus esset, quod non obstantibus latronibus suis, non nisi post aliquos annos comprehenderetur ac puniretur; quot furta et homicidia committeret?

Deus denique ita agit propter nostram propriam perfectionem. Vult, ut quia de hora mortis nostrae incerti sumus, omnia momenta in id impendamus, ut vitam mutemus, aut novos in virtute progressus faciamus. Ultimam hanc diem nobis abscondit, ut ceteras omnes observemus, inquit S. Augustinus\*, et ne ulla vana in brevi vel longo stadio, quod nobis decurrendum erit, inveniatur.

Nobis ultimam hanc diem occultat, inquit Tertullianus, ut continuam vigilantiam fidem nostram semper sollicitam teneat. Quis deveniremus, si possemus determinare tempus et alias mortis nostrae circumstantias? quanta cum indolentia et animi tepore ad bonum ferremur? quanto cum favore ad malum precipitaremur? ubi esset bona fides in commercio, temperantia in ciborum sumptione, castitas in

\* latet ultimus dies, ut observantur omnes dies,

amicitiis, justitia erga proximum, pietas in Deum? Quomodo ad facienda bona opera festinavimus, si de longævità serviti effremus? Quanta cum audaciâ non rejiceremus poenitentiam ad tempus adeò remotum, si castitudinem aliquam illud obtinendi habere possemus? Ita, nos qui, quamvis ultima hora nostra incerti, urgentissima status nostri munera negligimus: ita, nos, qui singulis momentis tempus inter et aternitatem, coelum et infernum fluctuantes, tot peccata perpetravimus, et tam pauca opera ~~paravimus~~ bona paravimus.

Immortales ergo tibi grates o Deus misericordiae, quod ultimam horam nostram nos latere volueris, ut inquietata expectatio nostri momenti hujus semper sollicitos ~~teneat~~ nos teneat atque ad nostram salutem totis viribus operandam adigat. Modò integrâ fruimur valetudine, sed aliquibus ab hinc momenti nostram animam à nobis rapere <sup>potes</sup>: an vivere certiores sumus, quam tot alii, qui robustiores, malis constitutionis, et magis juvenes quam nos, subitanâ morte extincti sunt?

Contromisso Domino, quia mihi per prophetam tuum dicitur: Sol non occidit in meridie, et nox in medio diei non vanit; sed si in tuis perversitatibus perseveraveris, occidet sol in meridie, et tenebre erunt faciam terram in die luminis. Inde animi agnosco, quod nec juventutis vigor, nec corporis firma constitutio sint tuta adversus mortem agenda; quod cum mihi longioram vitam polliceor, sol tuus super me deficiere, praecipue non lumini oculos meos in perpetuum claudere possit.

XXXV.

182. Christus Dominus harum mortis interceptionum sensibili Luc. 12. admonitum figurâ nos admonet, nempe servi nequam, qui in corde suo dicens, moram facit Dominus meus venire, et hac vana spe se lactans, edit, et bibit et inebriatur, et percutit servos et ancillas ipsius: sed infelix errore liberatur, Dominus illius venit in die, quâ non sperat, et hora, quâ nescit, ipsum separat, et à loco suo removet.

Quot se in hac parabola agnosere debent? forte non aperte et voce, quâ audiri possint, dicunt: non tam cito moriar, sed id in corde suo dicunt; id cogitant et desiderant. In hac cogitatione, non sunt nisi lusus, deambulationes, longa et opipara convivia. In vino calefiunt, et omnem humanitatis sensum amittentes, in suos fratres, qui ejusdem Domini sunt servi, summam exercent violentiam. Sed praeter illorum

expectationem Dominus hic venit, eosque spoliat, separat, atque in illum tormentorum locum, in quo infideles sunt, precipitat: In die quâ non sperat, et horâ quâ nescit, dividat eum, partemque ejus cum infidelibus ponat.

Sic incauti opprimuntur innumeri homines, sive ipsos suo et Secarius occidat, sive morbus acutus et violentus rapiat, sive etiamnum post diuturnas infirmitates moriantur. Primi fatalem hunc icum non opinabantur: ardens febris delirium, apoplexia secundis omnia se praeparandi media auferrunt: et quamvis tertius plus temporis suppetat, tamen saepe sine preparatione moriuntur.

Mulier, quae maritum diligit, toto conatu eum consolatur spe recuperanda sanitatis. Quamvis Medicus videat illum in summo esse periculo, sicut ipsi nullatenus adhuc esse desperandum. Chara genitor, inquirunt ad eum liberi, serenior est facies tua quam hari, et nihilominus paulo post mans illum deficit, moritur, incautus fuit oppressus.

An confessus est? non; val quando Confessorius venit, non habebat libertatem, et presentem, prout oportebat, animum, ut conscientia sua prospiceret. Moritur vir iste, qui a duobus annis ad Sacramenta non accesserat. Animam agit vir iste, per cujus manus tot res transierunt, qui tot indirectas vias ad bona acquiranda inivit. Ultimum agit spiritum vir iste, qui corpus suum tot impuris commiseris, mentem tot obscenis cogitationibus, cor tot iniquis desideriis prostituit.

XXXVI.

\* Propheta Isaias hujusmodi peccatores ad stuporem lapin- \* c. 51. v. 20  
git; projecti sunt, inquit, dormierunt in capite omnium viarum, sicut oryx ilaqueatur.

Oryx est animal, ajunt rerum naturae indagatores, quod in Africa videtur, sed quod tanta stupiditatis est, ut, quamvis in laqueos, qui ei tansi fuerunt, incidit, adeo altum dormiat, ut nec latratus canum, nec ullus tumultus ipsum expurgere possint. Verissima utique imago peccatorum illorum adeo profunde sopitorum, ut in urgentissimis periculis, quibus premuntur, nihil minus cogitant, quam ut se ad bona moriendum praeparant. Saturati sunt indignatione Domini et vindictâ Dei, addit idem propheta.

Plani indignatione Domini, in irapatione Dei. ibid.

Miramur, quod Elias obdormisset in umbra juniperi, quamvis arrogans et crudelis princeps mulier ei dici jussisset: Hae mihi faciant Dei, et haec addant, nisi eas hac hora posero animam tuam sicut animam unius ex illis prophetis, quos occidisti gladio. Sed multo magis mirandum, quod Holophernes ebrius et in lacte suo decumbens occisus sit à muliere; Sisara sumto lacte ab

\* 3. Reg. 9.

alia truncidatus fuerit; Ianique tot homines ex improviso oppressi  
inter Delicias, vel cum armis in manu, volut ~~Pharus~~ et ipsius  
exercitus maris rubri aquis involutus,

## XXXVII.

183.

Vocavit filium  
suum. Tob. 4.  
Ego ingredior vi-  
am universae ter-  
rae. 3. Reg. 2.

Inter gravissima documenta quae maximi veteris legis vi-  
ri postoris suis relinquebant, istud erat, ut nempe mortem sem-  
per cogitarent, quam sibi ipsis semper presentem habuerant.  
Notum est, quid haec de re Tobias filio suo, et David Salomoni di-  
xerint: Sed in ea, quae Patriarcha Jacob morti proximis filio  
suo locutus est, et ex quibus salubria documenta erui possunt. Mi-  
hi quando veniebam de Mesopotamia, mortua est Rachel in  
terra Chanaan in ipso itinere, eratque vernum tempus: et in-  
grediebar Ephratam, et sepeliri eam juxta viam Ephrata, quae  
alio nomine appellatur Bethlehem. Ad quid horum omnium nar-  
ratio? Idcirco, inquit SS. Patres, ut Sieramus, nos singulis mo-  
mentis periculo mortis esse expositos. Rachel aetate junior sana-  
que temperationis erat; attamen mortua est in puerperio, et Jacob  
amisit quod sibi charissimum erat. Verania ergo est, concludunt  
ex hoc SS. Doctores, sibi longam et felicem promittere vitam. Mori-  
mur, sive in domo nostra quiescamus, sive longis itineribus nos fa-  
tigamus; sive terram alienam habitamus, sive ex nostra patria  
non egrediamur. Morimur variis aequè ac proventis aetatis tempo-  
re, eratque vernum tempus. Talis qui a bitrator se in pace fuit  
bonis suis, à vestigio comprehenditur juxta providentia, quae  
de ipsius sorte, prout placet, disponit.

\* genes. 35. v. 20.

Danique Rachel inhumatur juxta viam, quae ducit ad Ephra-  
tam, et Jacob erigit titulum super sepulchrum ejus, qui usque in  
presentem diem videtur inquit Sacrorum textus\*: Hic titulus monu-  
menti Rachel usque ad presentem diem: titulus aptissimus  
ad moveendum omnes transeuntas. Haec ergo, dicere poterant,  
haec ergo est formosa Rachel illa, hoc ergo elegantissimum cor-  
pus illud in putredinem redactum? fuit et non amplius est.

## XXXVIII.

Quaelibet et mulieras mundanae, quae nihil aliud nisi pla-  
cere et non mori cogitatis, id ipsum brevi eritis: nam in quid  
desinent haec omnia vana ornamenta, et quid ex ridicula sol-  
licitudine in coctibus aminendi vobis superest? Post impen-  
sum profanis ornatibus tantum tempus, post incussum fami-  
liae vestrae per suspectas, quas assumistis libertates, terrorem,  
quid de vobis fiet? Non habebitis virtutem Rachelis, et proto-  
reuntis, qui antea vos cognoverint, exclamabunt, quemadmo-  
dum illi, qui Jezabel viderunt: Haecine mulier illa, quae  
tantum sibi in mundo nomen pepererat? non amplius illam  
intuiti sunt ornatam et stibio depictam facie respicientem per  
fenestram palatii sui ad demulcendum novum Regem, vel si

eam in illo statu sibi proposuerunt, tum idè ut scilicet eam sanguine suo repressam cum majori horrore contemplarentur. Haecine est illa Jazabel? Quid mundana mulier, ista idoli instar ornata factum est? Quid infelici creatura illa factum est, quam justitia Dei mundo expulit?

Idolum in terra jacet: Dagon est sine capite et manibus, vel si caput habet, tum illud est horribile, adè inclinatum et pectori conglutinatum, capilli sparsi, tempora contracta, oculi compressi, dentes atrii, lingua arida, vultus totus lividus. Haecne ad eam vos insani amarii: Haecine illa vanusta mulier? Haecne corpus illud tam delicate nutritum, tam eleganter vestitum, tam molli ter reumbans? Haecne vultus adè floridus, adè rubicundus, adè obesus, et muscario fusc conspersus?

## XXXIX.

184.

Statua, quam describit Daniel, caput habebat aurum, pectus <sup>et brachia</sup> et brachia <sup>et brachia</sup> autem argentea, ventrem et femora ex aere, tibias ex ferro, pedes <sup>et</sup> partim ferreos partim fictiles. Abrifus de vicino monte lapis <sup>et</sup> statuam in ejus pedibus ferreis et fictilibus vice percussit, et omnia <sup>et</sup> haec installa comminuta et confusa fuere. Igitur contrita sunt <sup>et</sup> pariter ferrum testa, aes, argentum, et aurum, et redacta quasi <sup>et</sup> in foveam active aerea, quae rapta sunt vento, nullusque locus <sup>et</sup> inventus est eis.

## XL.

Daniel singula haec omnia Nabuhodonosori, qui ea in somnis viderat, narrans, illa explicat de quatuor diversis regnis, quae sibi invicem succedere solabant: Sed plerique SS. Patres ea intelligunt de tristi vastatione illa, quam mors in omnes homines excoecat. Cum ipsis agit, sicut cum iis agitur, qui criminis status rei sunt, quorum bona omnia ferro addicuntur; ipsis aufert titulos illos, honores, aurum illud, argentum, dignitates illas, quas possidebant.

Quam lugubre spectaculum, carni eos pedibus extrahi è domibus quas inhabitabant, et in quas nunquam revertentur? Quam terribilis nuditas, nec obolus tanti auri et argenti saecum auferre? non nisi vile sudarium, tabulam aliquam vel cistam plumbeam, ex tot vestibus, gemmis, ac tanta superbaetili? non est nisi favilla, quae à vento rapta est.

Vir ille adè dives et potens, vir ille adè concinnis et vanustis famulis ante duos dies stipatus, nullum amplius comitatum, nullam auctoritatem habet; paucos tenet illius deservitum, nullus ipsum timet; fera omnes si publici suntibus divitias vacavavit, ipsum atrocibus maledictis conspiciunt. fur iste! exclamant, exiguo temporis intervallo monstruosam adeptus est fortunam: subito visus est cum capite aereo, cum pectore et brachiis argenteis, sed venter ipsius et femora non nisi aerea, tibias vero ferreae, et pedes testacei erant, et ubi mors illum in his viliibus partibus ferit, tum non apparuit nisi acervus favilla, In favillam

activa aera; omnia ad se confusa et comminuta fuere, ut eorum vestigia vix dignosci possint; locus non est inventus in eis.

Varium quamvis etiam huiusmodi iniquis viis nubius oculum incurriscent; etiamsi justis titulis bona et honores possiderant; quid horum divitum et potentum post ipsorum mortem reliquam est? non sunt amplius nisi imagines, nisi figura, nisi umbra sui ipsorum: familiam mutaverunt, et si scire cupiatis nomen patrum, matrum, et sororum ipsorum interrogate Job, et ipse dicat vobis quod sint putredo, vermes, et insecta: Putredini dixi: Pater meus es, mater mea, et soror mea vermibus.

185.

## XLI.

Scire cuperamus quando et quomodo moriemur. Solus Deus id scit, numerus annorum et dierum nostrorum in manibus ejus est: Varium sentiemus libros sacros, huius, quod nos ita torquet, explicationem in eis inveniemus. Moriamur, quando nos minime de morte cogitationem habebimus: talis enim est, non dico semper, sed sapientissime innumerorum hominum mortis dies. Moriamur prout vivimus: tale enim plerumque fatum nostrum est. Cum minime cogitamus, morimur, nobis aurora oculos facimus, etiamnum quando mox in nocte aeterna sepeliendi sumus. Saepe prout vivimus morimur: qualis vita talis mors, quale initium talis finis, ajunt.

186.

## XLII.

Si iniqua peccatorum mors funestissimis signis sapè dignoscendam se praebet; Deus amat interdum nobis pia mortis iustorum dare praesidia. Inter multa, quae afferri possunt exempla, unum ex Epistola Evodii Episcopi V Valentis ad S. Augustinum. Circumstantiae, quae ipsi designat, et quaestiones, quae proponit circa apparitiones mortuorum, sunt satis singulares.

\* Evodius Augusti-  
no Ep. 158. aliis  
298.

\* Panes me habebam filium domeni Presbyteri Melonensis,  
" acris et turbulenti animi, prout plerumque juvenes esse solent:  
" Sed postmodum adeo paucatus affectus est, atque ita moderatam  
" agebat vitam, ut illius, quam conservo, memoria summo gaudio me afficiat.

" Erat strenuus in notis, et in scribendo bene laboriosus: Studiosus  
" quoque esse cooperat lectionis, et ubi aliquid occurrebat, quod  
" non satis intelligeret, illud usque ter vel quater repetebat,  
" nec dimittabat, donec invenisset, quod querebat. Cooperam  
" cum non quasi puerum, et notarium habere, sed amicum quem  
" iam satis necessarium et suavam, adeo illum audire amabam,  
" Vehementer gratiam desiderabat, quam accepit, nampe  
" ut vinculis corporis solutus Iesu Christo uniretur, et sexdecim die-  
" bus illis, quibus aegrotavit, continuo in ore versabat sacra Scrip-  
" tura tantus, quos memoria retinebat: at ut fini suo appro-

persequarit alta voce has Davidis verba canebat: concupiscit et  
et defecit anima mea in atria Domini. Paulo antequam  
 afflaret animam signo crucis frontem suam munivit, manūque  
 demittebat ut etiam os eo muniret, cum anima ejus, qua jam  
 à longo tempore de die in diem se renovabat, corpore ipsius  
 soluta est.

Tam felix exitus tanto gaudis me affecit, ut mihi videatur  
 quod adeo munda anima. è suo corpore in maum transierit,  
 atque presentia sua radius me illustrat, ita exultis eam huius  
 vita periculis creptam intueri. Si exequias praebuimus sa-  
 tis honorabiles, et dignas tanta anima. Nam per triduum hym-  
 nis Domini collaudavimus super sepulchrum ejus, et redemptio-  
 nis sacramenta tertio die obtulimus.

## XLIII.

Sed ecce quod post biduum accidit. Quaedam honesta et  
 pia mulier, jam à duodecim annis vidua urbana de Fingenti-  
 bus vidit in somnis quendam diaconum ante quatuor annos  
 mortuum, qui cum aliis Dei servis et ancillis magnam optabat  
 palatium. Divis ornatus adeo pretiosis et magnificus erat, ut  
 undique splendoraret, ac omnia argentea forent; cumque haec  
 vidua quaevisisset, pro quo illud prepararetur, respondit ei  
 diaconus, illud pro juvenis hari defuncto, et qui erat filius Pres-  
 biteri Romani, preparari. Postmodum ipsa in eodem pala-  
 tio vidit sanam veste candida indutum alius duobus candida,  
 prout ipsa, veste indutis praecipitantem, ut hujus juvenis sepul-  
 chrum adirent, indeque corpus ipsius in caelum deferrent; et  
 ad delatum fuerat, vidit ex ipsius sepulchro exurgere thyrso  
 rosarum virginum, sic enim vocantur illae, quae nondum sunt peri-  
 tus evoluta.

## XLIV.

En factum; Sed egressus hujus munda anima occasionem  
 mihi praebet à te quaerendi, quid sentiendum sit de apparitione  
 mortuorum? Multi post mortem suam visi sunt in domibus suis  
 modo per noctem modo per diem sicut antea ambulare: et audiri  
 sapienter dici, quod visi fuerint à vigilantibus, ab ambulanti-  
 bus, et non semel etiam audiri: in quadam particula noctis, in locis  
 in quibus humata sunt corpora, et maxime in Basilicis fieri tu-  
 nullus et orationes. Memini me à multis et speciatim à  
 sancto quondam Presbytero, qui affirmat se ingentem ha-  
 rum animarum cum corporibus undique luce resplendenti-  
 bus numerum à Baptistario egressas vidisse, ac postmodum  
 in lularia orantes audivisse. Sive cuperam, quomodo fieri  
 possit, ut mortui ad nos veniant, et in quo haec visiones et ap-  
 paritiones differant ab iis, quae in somnis fiunt. Sive cuperam ex  
 num amici nostri ipsimet nobis appareant, aut quidam Superioris

» ordinis Spiritus, qui ipsorum figuram assumit, atque se menti-  
 » bus nostris videndum prebat. En etiam quidpiam, quod omit-  
 » tere non debeo, atque ad questionem facit.

» Antequam juvenis ille, de quo tibi loquutus sum, ex hac vita  
 » migraret, alter ex ipsius sodalibus ante octo circiter menses  
 » mortuus, lector quemadmodum ipse, et qui scribebat sicut ipse,  
 » cuidam in somnis apparuit, qui, cum ab ipso quassivisset, quid  
 » sibi vellent, respondit se amicum suum quassiturum vanisse, et  
 » amicus ille paucos post dies mortuus est.

» Unum adhuc tibi dicam oportet. Juvenis iste eodem quo  
 » mortuus est die patrem suum accessit, ut illum amplecten-  
 » retur, quod usque tunc facit dicens ei: pater mi, gratias Deo red-  
 » damus, ac si ei animos addere, eumque hortari voluisset ad tran-  
 » sendum unicum ipso ad vitam meliorem, atque etiamnum  
 » intra septem dierum spatium ambo mortui sunt. Quanta arca-  
 » na! Quanta prodigia! Ubi inveniamus magistrum satis peri-  
 » tum ad ea nobis explicanda? Ego sanctitatem tuam accedo, ut  
 » eorum explanationem et enodationem accipiam. Hæc Evodius  
 S. Augustino.

## XLV.

187. » Adolæscens magno dei sacri elogium consolatione pla-  
 » num ad me perscribis: respondet S. Augustinus: atque certioram  
 \* S. Aug. ad Evod. diuin. Epist. 159, alias 100. » quales fuerint apparitiones post mortem ipsius quibusdam fra-  
 » trum nostrorum factæ. Hæc historia tibi prebat ansam mihi  
 » difficillimam proponendi questionem, quomodo hæc visiones et  
 » apparitiones fiant: sed æarum modus explicari haud potest, nisi  
 » prius sciatur, qua ratione ea omnia, quæ dum cogitamus, in no-  
 » bis ipsis peraguntur, fiant. Enimvero animadvertimus menti  
 » nostræ innumeras se se offerre imagines, quæ nobis id exhibent,  
 » quod oculos vel alios sensus nostros ferit.  
 » Illorum ergo qui nōrunt, à quo hæc imagines producantur,  
 » est quidpiam circa has, extraordinarias visiones definire. Quod  
 » me atinet, cō minus id aggredi ausim, quod imparem me sen-  
 » tiam ad explicandum, quomodo ea fiant, quæ in nobis sive vigi-  
 » lantes sive dormientes experimur. Eo namque momento, quo  
 » hanc dicto epistolam te, quamvis absens sis, idque ignores, ou-  
 » lis mentis meæ intueor; mihi quæ ex tunc quam habeo, cogni-  
 » tione imaginor, quantum verba meæ animum tuum affectu-  
 » ra sint, quin tamen comprehendam qua ratione id in me  
 » peragatur. Id duntaxat scis, hoc neque motibus neque qua-  
 » litatibus corporis fieri, quamvis hæc corporibus valde simile  
 » reperiat.

Hæc in præsentiarum tibi dicere possum. Hanc quæstio-  
nem libro duodecimo Operis mei in Genesim fusè prosecutus  
fui, ubi magnum historiarum numerum invenies, quæ hæc  
materiam concernunt, quarundam ego ipse testis sum, alias ve-  
rò à viris fide dignis accipi. Hic solummodò paucis historiam  
referam, quam prout dubio admiraberis.

## XLVI.

188.

Gennadium nostrum nōsti, nōsti cum non modò tan-  
quam medicam peritissimum, sed etiam velut hominem piissi-  
mum et benignissimum. Quamvis semper multas fecerit ele-  
mosynas, subitavit, tamen aliquando, ut nobis retulit, cum  
adhuc esset adolescens, et in his elemosynis ferventissimus,  
utrum esset ulla vita post mortem. Hujus mentem et opera  
misericordia Deus nullis modo deseruit, apparuit illi juvenis,  
et dignus intrari, si quis dixit: Sequere me: sanctus est cum Gen-  
nadius atque in urbem quamdam venit, vix eam ingressus ad Ise-  
teram suam talis suavitatis et harmonice musicam audivit, quæ  
quidquid amœnum hæctenus audiverat, longè superabat; et  
cum sive exeret, quid hoc esset, juvenis qui illum duxerat, di-  
xit ei, hoc esse hymnos Sanctorum et Beatorum: postmodum  
vigilavit, somnumque evanuit, illiusque non nisi velut som-  
ni duntaxat rationem habuit.

Sed nocte insequente deus apparuit illi idem juvenis, et  
cum ab eo quæsierat, num illum cognoverat, ita respon-  
dit Gennadius, te adhuc cognosco; recantemque adhuc tamco  
memoriam hymnorum, quos in eo loco, quò me hæc duxerat au-  
divi. Quod hæc mihi significas, respondit juvenis, an illud in  
somnia an vigilans vidisti? In somnis vidi, respondit Gennadi-  
us. Id verum est, ait juvenis, et quod adhuc modò inter nos  
agitur, id non nisi in somnis vides. Sed ubi putas esse corpus  
tuum isthoc, quò tibi loquor, momento? est in meo cubiculo,  
respondit ille. An ignoras, corpus tuum esse ac si non haberet  
oculos, quòd modò clausi sint, atque per illos nihil videas? Id  
suis inquit Gennadius. At cum juvenis illa ab illo quæsierat,  
quibusnam ergo oculis cum viderat, obtulit Gennadius non  
inveniens quòd ipsi responderet. atque ab hoc silentis occasio-  
nem auspit juvenis ei dicendi. Quemadmodum in tuo somno,  
quamvis corporis oculi tui sint clausi et sine actione, nihilomi-  
nò alios habes, quibus me intueris: sic etiam ubi mortuus fueris, quam-  
vis carnis tue oculi nullius unis tibi esse possint, tamen vivens  
manebis per partem spiritualem tui ipsius, quæ videre, audi-  
re, sentire idonea est. Cave ergo, ne amplius dubites esse aliam

» vitam pro hominibus post ipsorum mortem. En quomodo vir iste  
 » adeo fidelis et alius, adeo Christianus, prout mihi factus est, per  
 » Dei misericordiam subit, quò hoc de re tenebatur, liberatus est.

## XLVII.

189.

» Dicit forte aliquis, quòd omnes hæ circumstantiæ diffi-  
 » cultatem non solvant, sed potius augeant: verùm an per ea,  
 » quæ quotidie in nobis ipsis experimur, minor evadit? quilibet doc-  
 » mit, vigilat et cogitat. Dicat ergo quis, si potest, quomodo sine  
 » corpore, et materiâ in nobis fiant impressiones figuris, qualitati-  
 » bus, et motibus corporum tam similes. Quòd si impossibile est ra-  
 » tionem reddere verum adeo ordinariarum, quæ quotidie eveniunt;  
 » quanta temeritate festinaremus sententiam <sup>am</sup> ferre de iis, quæ non  
 » nisi raro contingunt, et quas forte nunquam experti sumus?

» Quod me spectat, ultro fateor, me non posse explicare, quo-  
 » modo res corporibus ita similes, in nobis fieri possint sine corpo-  
 » ribus alicujus interpositu. Solummodo si vere cuperem, quâ ratione  
 » distinguatur id, quod non nisi per mentem videtur, ab eo, quod  
 » ope organorum corporum videtur: si nam sapè unus horum viden-  
 » di modorum pro alio sumitur: et quâ ratione possint etiam visio-  
 » nes eorum, quæ impressiones erroris vel impietatis faciunt, discerri  
 » à visionibus proborum et sanctorum.

## XLVIII.

\* Epist. 182.

» \* Quando anima occupata est visionibus, quæ nobis dormienti-  
 » bus ~~eveniunt~~ obveniunt, oculis corporis non amplius eandem actio-  
 » nam tribuit, quam ipsis tribuit, dum vigilamus. Est velut absens ab  
 » eis. Mors ipsa non videtur esse nisi absentia diuturnior quàm ea,  
 » quæ fit in somno, cum tunc omnes sensus priventur auxilio, quod  
 » anima corpori præbebat, quando illud animabat.

S. Augustinus postmodum Evodio explicat, cujus nature sint  
 imagines internæ, quæ nobis corpora exhibent, et discrimen illius,  
 quod in nobis, cum dormimus, peragitur ab eo quod extra somnum fit.

Si quis explanationes fusiores circa has mortuorum visiones et ap-  
 paritiones desiderat, potest ea legere quæ de iis scripsit doctus ac pius  
 Cardinalis Bona in suo tractatu De Directione Spirituum. Sed quia hic  
 de illis incidenter et quantum ad mortem duntaxat differimus, idè  
 longius sermonem nostrum non protendemus.

## Supplementum.

Authores sine numero Ecclesiastici et profani, Galli et  
 antea præclara de morte edidit. S. Cyrillus de illa exsistentem  
 tractatum adidit, S. Ambrosius integrum librum, S. Augustinus, S.  
 De mortalitate  
 De bono mortis  
 Dorotheus, S. Chyrostomus p.

S. Gregorius Papa pluribus suorum operum locis quaerit, cur  
 Caus mortis nostræ horam nobis incertam esse voluerit, et hujus tres  
 diversis locis offert rationes, nampe Hom. 3. in Evang. lib. 12. mo-  
 raliū c. 29. et lib. 13. c. 10.

P. Lingardus Jesuita proclaram proponit questionem, an  
 melius sit mori, quam diu vivere; utrinque affert ra-  
 tiones in duobus sermonibus elegantissimis ac proclara documen-  
 ta spirantibus. In primo ostendit, quod mors sit vite preferenda,  
 1<sup>o</sup> quia exitii nostri miseris finem imponit, quae tanta sunt, ut  
 in nostra electione esset in mundum venire aut ex eo emanare,  
 unum pro altero eligeremus. Larynx quas illum intrando fundi-  
 mus, sunt larynx propheticæ; sufficitque sive, quod haec miseria  
 sint poena peccati originalis, ut optemus ab his gravi liberari. Sivi-  
 ta est carcer, tempestas, continuum bellum, in morte invenimus li-  
 bertatem nostram, portum et pacem. 2<sup>o</sup> quia haec vita est tempus  
 tentationis, in quo singulis momentis gratiam amittere possumus, atque  
 hac ratione maximis sanctis oneri fuit. Quis diutius vivimus, eo ma-  
 gis peccata nostra et debita augetur, cum nemo diu vivere possit,  
 quin Deum offendant saltem annualiter. 3<sup>o</sup> quia per subitam mor-  
 tem citius beatitudine nostrâ fruimur. Haec in vna pulcherrimas  
 Sanctorum Patrum testatur adducit.

In secundo suo sermone per ordinem refellit omnes ratio-  
 nes, quas in primo sermone attulerat, ostenditque melius esse  
 diu vivere quam cito mori. Si vita miseria magna sunt, speci-  
 es ignavia Christiano est illas abbreviare velle. Praeterea si sit  
 quid in hoc mundo patiat, scitne quid in altero passurus sit?  
 Hujus vitae mala nobis molesta videntur, quia illa sentimus,  
 an ea, quae nondum sentimus, et quae timere debemus, sunt mi-  
 nora?

In quonam statu ex hoc mundo egrediemur? Vivimus quod  
 diu vivimus violentis tentationibus semus expositi; sed dimi-  
 care discimus, ad reportandam coronam, quam expectamus. Quaer-  
 rimus, quod sine peccato vivere non possumus, sed ea non nisi  
 diu vivimus expiare valeamus per satisfactiones voluntarias, et  
 quod magis patimur, eo magis mereamur.

Qui statim moritur, inquit, est extra periculum penden-  
 di innocentiam suam; sed an certus est, se esse in bono statu, et  
 an non longa vita quam plurimis bonum debet longiorem et seve-  
 riorem agendi poenitentiam, quemadmodum Davidi, Manasi,  
 Maria Aegyptiaca, &c. Tempus beatitudinis nostrae acceleratur,  
 advenit; sed an non poena nostra tempus acceleramus, si in malo  
 statu morimur? Apostolus ait, mortem sibi lucrum esse, si qua cor-  
 poris sui dissolutionem cupere, ut Christo uniatur; sed testatur,  
 se nescire quid eligere debeat, et statim subiungit, quod malit  
 fratres suos Deo liberari et cum ipsis manere. S. Chrysostomus hanc  
 in rem proclare et religiose disserit, quod ex eo P. Lingardus refert.

Dominus Joly Episcopus Aginensis, quatuor sermones adhibet de  
 iniqua peccatorum morte; et de morte justorum alios sex quas nemo la-  
 gere potest, quin summis et gravibus, quas continent, veritatibus, afficiatur.

\* Serm. 4<sup>o</sup> in  
 Epist. ad Phi-  
 lippos

Pater de la Colombiere Societatis Jesu, etiam quatuor  
 edidit sermones, plenos pietate et unitione; primus est de morte,  
 secundus de necessitate se ad eam preparandi, tertius de conditi-  
 onibus et mediis hujus preparationis, quartus de periculo, cui se expo-  
 nunt illi, qui usque ad extremum ad eam se preparare differunt.

O.  
 Occasiones

Obligatio quam habemus fugiendi occasiones qua nos ad  
 peccatum inducunt: bonus usus earum quam facere  
 debemus, qua ad nostram salutem et perfectionem  
 conferre possunt.

Sermo Primus.

Qui in Judaea sunt fugiant ad montes; et qui in tecto, non des-  
 cendant tollere aliquid de domo sua. Matth. 24.

De Dominica 24.  
 post Pentecost.

j.

Valde ordinaria Dei agendi ratio est, nos in diebus misericordiae  
 sua monere de malis, quibus nos feriat in diebus ira sua, nisi expro-  
 venire studeamus. Sacra Scriptura vocem suam comparat modo  
tonitruum fragori, quod antequam descendat in aëre murrurat; et  
modo suam erga nos agendi rationem aëri tenso, priusquam sa-  
gitta ex eo vibratur.

Vox tonitruum in  
 rota.

Abisti matiam  
 tibus te. Signa, ut  
 fugiant à facie  
 aris.

Diversa hodierni Evangelii circumstantiae id satis nobis ma-  
 nifestant. Nihil terribilius, quam quod Jesus Christus nobis dicit  
 de signis, quae ultimum judicium praecedent. Non nisi de bellis,  
 » procelis, inundationibus, tempestatibus loquitur. In illis afflic-  
 » tionum diebus sol obscurabitur, luna non dabit lumen suum,  
 » stella cadent de caelo, et virtutes caelorum commovebuntur. Va-  
 » mulieribus praegnantibus vel nutriendis in diebus illis: erit  
 » enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mun-  
 » di usque modo, neque fiet.

Inaudita et proesta praedictiones opportunè à misericordia  
 Dei factae, qui ~~us~~ horum omnium infortuniorum non alia ra-  
 tione nos admonet, quam ut ea devitamus, nec similes resuris  
 illis simus, qui aquis diluvii mox submergendi tranquille bi-  
 bebant et comedebant, nec se in arcam recipere cogitabant; ut  
 omnino contrariam agendi rationem incuntes, semper parati  
 simus ad comparandum coram filio hominis, quando venerit.

21

Quomodo id faciemus, quaeritis? Audite Jesum Christum, qui  
 id docet vos: Qui in Judaea sunt, ait, fugiant ad montes: et qui  
in tecto non descendant tollere aliquid de domo sua.

Horum mysticorum verborum spiritualem quem continent  
 sensum assequi conemur, nam cum SS. Patribus duo hominum  
 genera distinguamus; peccatores nampe iis figuratos, qui in Ju-  
 daea erant, quando haec prima ira Dei signa apparebunt; et

justos alios idis hominibus significatos, qui à Judaea egressi jam in culmine tacti erunt.

Quid utroque dicemus? Ipsis cum Jesu Christo eandem viam salutis ostendemus, nampe ut à peccati occasionibus recedant. Dicemus primis: fugite, fugite; seuis enim peribitis: Qui in Judaea sunt fugiant ad montes. Secundis dicemus: vos qui jam supra tectum estis, ne inde descendatis, ut quidpià de domo vestra tollatis; seuis vobis idem ac aliis infortunium accersatis: Et qui in tecto, non descendat tollere aliquid de domo sua.

Fugite occasiones peccati si valitis recuperare gratiam quam amifistis, dicemus primis; ne vos istis occasionibus amplius implicetis, si gratiam quam recepistis conservare velitis, dicemus secundis. Prorsatio occasionum peccati, signum ficta conversionis; id in prima parte videbitis: prorsatio occasionum peccati, proximi relapsus, praesagium; id in secunda parte videbitis.

Quamvis peccatoribus nihil ita necessarium sit, quam vera conversio; nihil tamen ita seors. ambiguum est ac signa quae praebent suae conversionis. Si lacrymantur, si clamant; si etiam lacrymatus est, et clamavit, et S. Scriptura de ipsius dolore non nisi de rugitu cujusdam speciei loquitur. Si peccata sua fatentur, idem fecere Saul et Hekan. Si à Deo misericordiam implorant, eique vita sua emendationem spondent; haec poenitentia signa in Judaeis se prodiderunt dicamne? ut statim ad materiam quam tracto veniam! Et si omnia conversionis signa in peccatore inveniantur, si proximas peccati occasiones prorsat, et si dum eas fugere potest, eis se denus implicat: dico, quod conversioni suae et peccatorum suorum remissioni formale ponat obstaculum.

Id etiamnum repeto, ut melius intelligar. Dico quod si Societates ac conventus, in quibus Deum mortaliter offendit, adhuc ipsi placent, si certa quaedam commercia renovat, ubi sibi sibi formè impossibile esse, ut non peccet, si se in pericula et laqueos, ubi tentationi succumbit, Deum conjicit: tunc ipsius conversio non erit nisi ficta et chymarica conversio; cur? quia bona fide poenitens non est, prima ratio; quia non satisfait ei quod ab ipso Deus exigit, secunda ratio.

Et sane statim primam rationem attingamus, ecce illa, quam mihi formo vari poenitentis, qualam S. Scriptura et SS. Patres nobis depingunt. Est, inquiunt, homo timidus ac sapiens, qui praeteritarum aberrationum suarum memor se cum inquietâ gerit vigilantiaâ circa ea, quae olim lapsus sui causa fuerat, homo, qui omnium bonorum pretiosissimum in fragili vase portans singulis momentis timet ne ad lapidam quemdam offendant, atque optimum

Divisio.

Parti ma  
3.

4.

Sapientis oculus  
in capite ejus.

quam in eo Spiritus coelestis posuit liquorem effundat. Est, in-  
quiunt, homo cujus oculi sunt in capite, ut eminens sibi immi-  
nentia pericula videat, et qui omnia timet: homo, qui, prout  
ait S. Augustinus, viam lubricam et limotam ambulat, in qua  
nisi se firmè teneat, certò cadet; homo, qui periculosum mor-  
bum vix elutatus, suam imprudentiam in peiorem statum recidat,  
nisi stomachi sui debilitati consulat, atque à cibis, qui  
illum destruxerunt, abtineat.

Hujusmodi homini omnia sunt suspecta. Alii vivunt  
tranquillè in iisdem conventibus, qui olim ipsis scandali  
et lapsus causa fuerunt, illis cum Rege poenitente ait:  
Discidite à me vos qui operamini iniquitatem: quoniam  
exaudivit Dominus vocem flatus mei. Alii demò temera-  
riam insant consortia cum altariis sexus parsonis, quarum agen-  
di ratio et indulgentia ipsis continua est temptationis causa;  
novit sine peccato contra civilitatis regulas ab iis recidere  
memor, quemadmodum Simon Petrus, quòd olim mulier ipsum  
ad turpam negationem induxerit.

Si haec ita sunt, quàm procul ergo ab acta poenitentia et  
severitatis Evangelica vià remoti sunt ii, quos consortia, in  
quibus innocentiam suam amisarunt, adhuc delectant; qui-  
bus ea, quae maximos sanctos terrere, nullum terrorem in-  
cutiunt, ac si non eadem cupiditates ipsis vincenda essent,  
idem tantator debellandus, eadem rebelis caro in servitutem  
radigenda esset?

5. Quia peccata sua confessi sunt, quibusdam momentis pro-  
ces quamdam atque contritionis formulas recitaverunt: an sibi  
imaginabuntur, quòd nihil amplius ipsis sit timendum?  
et quòd ipsos demulset, non ultra ipsos sit demulsum, quòd  
ipros sedurit, non amplius ipros seducturum sit; quòd ea-  
dem objecta non eadem illicia pro ipsis sint habitura, aut quòd  
erga haec objecta non eundem animi affectum sint habitura?

Abraham si sapiens es et fidelis, expelle Agar et Isma-  
ëlem à domo tua. Ipsius conditio illam intra pudoris et ob-  
servantia erga suam Dominam limites continuare debebat, sed  
officiū sui oblita est. filius ancillae ludit cum filio liberae;  
sed haec repundia non semper erunt repundia, postmodum  
reputabuntur persecutio tantò periculosior quanto parvulus  
et innocens esse videtur.

Intelligitis forte, quid dicere velim, scilicet quòd necessi-  
tudines minimè suspecta, tamen suspecta sint vero poenitenti,

atque ad se ipsi ab iis magis timendum sit, in quibus se innocen-  
tiam suam amississe novit, quod anima adhuc tenera  
facile molestat, quod creatura, quibuscum se divortium  
fuisse arbitratur, brevi fatalem artem, quam prius habue-  
runt eam seducendi, resumant, atque per vestem sua car-  
nis: prout de se ipso loquitur S. Augustinus: trahentes hinc  
eam blanda compellant: an seris nos deserere vis?

Quid ergo tali poenitenti agendum est? nempe ut se quo-  
dammodo de integritate cordis sui et sinceritate proposi-  
tionum suorum securum praestet; ut sibi quamdam solitudi-  
nis speciem faciat, ubi demoni et mundo januam claudens  
in secreto Batram coelestem orat; ut sua seceptione creatu-  
ris palam faciat, se nullum cum illis commercium amplius  
habiturum, quod majori, quam hactenus fide cum Deo agere velit,  
atque quidquid eveniat, firmiter decesserit, se periculo ipsum  
offendendi non amplius expositurum.

Si ex hac prima ratione fuga occasionum peccati est necessa- 6.  
ria, ex alia ipsa non minus necessaria videtur, quae in eo sum-  
taxat consistit, ut videlicet poenitens se omnibus conditioni-  
bus, quas Deus exigit, subjiciat, quod animam suam fidalem  
efficiat, etque omnem se perdandi ansam tollat: verum qua-  
nam sunt haec conditiones? Nihil huc nisi quae in sacris libris con-  
tinentur, proferamus.

Quando Deus filius Israel Balastinam, quae erat idololatra- 7.  
rum regio, promisit, haec ad eos locutus est: Prohibeo vobis, ne \* Deut. 7.  
cum eis sociatis connubia, ne filias vestras datis filiis eorum, nec  
filias eorum accipiatis filiis vestris. In ipsorum regione invenie-  
tis idola; sed ea comburatis, nullumque retinebitis. Sed quid Do-  
mina, an saltam nobis non licebit pro nostris necessitatibus ser-  
vare materias auri et argenti, ex quibus haec idola confecti sunt?  
Non, inquit Deus, etiam vobis praecipio et prohibeo ne ea deside-  
retis. Sed si populi isti sociabiles nobis viderentur, an non illorum  
amicitia respondere possumus per aliquam honestam societatem?  
Non, nullum cum iis inibitis foedus. Sed si volunt nobis reconciliari,  
vel si a nobis petant auxilium in bellis, quae ipsis vicini principes  
inferent, an non erga ipsos commiserationem aliquam habere  
poterimus? Non, prohibeo vobis ne eorum misereamini. Non  
inibis cum eis foedus et non miserabois eorum.

Si haec inhibitiones secundum verborum suorum rigorem su- 8.  
mantur, mirae videri possunt; sed si in suo spirituali sensu su-  
mantur, in iis inveniemus, quod summe probemus, et quo erudia-  
mur. Enimvero quid aliud inde colligemus, nisi quod hac ratione

Deus populo suo omnem idololatricam et praetextum tollere voluerit: praetextum concubii, praetextum necessitatis, praetextum Incontinentiae, praetextum etiamnum charitatis et commiserationis.

**Praetextum concubii:** Si filios vestros in matrimonium filiabus gentilium dederitis, ipsos seducant, à mas cultu avertant, ut ipsos ad servandum Deis alienis inducant.

**Praetextum necessitatis:** Si idolis eorum in ignem conjecitis, pro vestris necessitatibus aurum et argentum, ex quibus facta fuere conservaveritis, tunc recordabimini <sup>in</sup> vis ad quem illa fuerunt; et haec cogitatio ad me offendendum inducet. Volo ergo ut ea intus amiseri velut materias impuras, atque delestemini.

**Praetextum Incontinentiae:** Si ad honestatam, quam vobis exhibebunt, attendatis, religio vestra paulatim debilitabitur, non eritis amplius populus ille electus, qui praefare debet Creatorem creaturae; ipsorum commodis simul et vitiis servietis.

**Praetextum charitatis et commiserationis:** Si horum populorum sortem misereamini, vel eos lugere audiat, iracundiam erga ipsos habebitis indulgentiam; et ex servis Domini vestri evadent, atque vobis inat ipsis vincula, quibus vos constringent, fabricabitis.

9. Porro an non haec rationes respectu vestri, F: M: majorem vim in aliquo sensu habent; et an non praetextus, quos, ut in proximis peccati occasionibus tranquille permaneat, vobis affare placet, aequè parum admittendi sunt in nova lege, ac in antiqua?

• An concubia vestra allegabitis? Equidem scis non esse licitum uxori vitiosum deserere maritum, nec marito se à matula uxore separare: sed scis, quòd sancti fieri possunt, corda sua ab alienando à vitiis illorum et idolorum, quorum et quarum consortium evitare ipsis est impossibile. Abigailis adhuc hodie dum habent suos Nabal, cujus conversionem suis precibus et persistentia à Deo obtinere possunt, prout sapientis haec mulier à Davide gratiam obtinuit pro suo bruto et insano marito. Jobos hodie adhuc affligit calamitas vivendi cum uxore superba, furibunda: sed eadem lex quae eos una simul manere jubet, illos monet, ut in tam magno Dei timore vivant, ne ipsa eos illum offendere cogant.

10. Quòd si necessitatis praetextum ad invicem velitis. Equidem ad illum quodammodo respici posse non diffiteor. Domestici, Dominae impudicae servitis, vicarii vel famuli, qui abiniquo exactore et usurario mercato conducti estis vicem vestram solo. E

quàm periculosa sunt haec occasiones! Sed memento te, salutem animae vestrae praefarendam esse omnibus temporalibus commodis; et dato, quòd in pravitatum domibus vestra christiana musica perficere non possitis, melius esse, ut eas deseratis, quàm ut pereatis; aurumque et argentum, quae ab his idolis proveniunt, vobis continua idololatria occasiones essent.

Si denique praetextu honestatis et decantiae uti volueritis: Equidem verum est, quòd obligationes Christiani et honesti viri non sint insociabiles: Sed non minus verum est, quòd haec iniquitates et obsequentiae saepe longius provehantur quàm credatur, atque hoc casu vestra interit, has occasiones fugere, ne virtus vestra sibi non satis constet, necnon innocentia vestra in eis pereat.

Hic adulescens, dicit aliquis, at haec puella ne tiquam mala fovent consilia: Si ipsorum agendi ratio aliquantò libera est, eò magis ingenua videtur, conveniunt invicem, et colloquuntur, eadem animi oblectationes capiunt sed sine ullo periculo; verum quàm timendum ne hi officio editus mutuique congressus non semper sint indifferentes! Quam timendum ne ab honestate ad mollem obsequentiam, ab obsequentia ad familiaritatem suspectam, à familiaritate ad tenerum amorem, ~~perveniant~~ et ad quid pejus perveniantur!

Quod uni placuerit, placebit et alteri; quòd haec malum judicaverit, id ille improbabat: erunt iudem animi affectus, eadem commodorum studia, eadem propensiones, et si temerarius Siches in Dinam nihil potest, ipsius cor emolliet et corrumpet: ineptia, nugae, facitiae, ingenii perspicuitas, morum Sympathia, arcanorum communicatio, haec omnia praeciosa sunt nomina; sed quis spondebit, quòd haec puella quae secundum mundum adeò sapit, etiam coram Deo sapiat?

Fortè charitas et commiseratio culpa liberabunt eos, qui innocentiae suae perniciosis occasionibus se implicant. Invidendum haud est, quin anima tenera et alienis calamitatibus commota affectus Deo grati sint? Verum quis nescit, primum ~~poterit~~ Christianorum musicis esse, ut si ipsi placere cupiant, sui ipsorum misereantur, et ad ipsos aequè ac ad Judaeos haec verba dirigi, ne videlicet foedus cum salutis suae inimicis incant, nullamque illorum habeant commiserationem? Non in vobis cum eis foedus nec miserabaris eorum.

Quis noscit periculosissimam demonis tentationem esse, magnas virtutes hominibus proponere, ut magnis peccatis implerentur? quòd praetextus charitatis se clandestinis usurariarum consiliis se immisceat, et quòd quidam sub specioso titulo

miserere anima tua placens Deo

juvanibus viduis opam ferendi, atque earum commoda curandi se una cum ipsis comperint, prout animadvertit S. Hieronymus. Fugite ergo S. M. fugite occasiones peccati hac una ex primis legibus est, quam Deus vobis imponit, et nisi illa qua hac in re à vobis exigit satisfaciatis, conversionem vestram invaginariam efficitis. At sortè justis ac perfectis hac regulam sunt immunes, possuntque inter summa pericula innocentiam suam conservare. Error, Aud. Error, si pensatio occasionum peccati est in peccatoribus signum fictae conversionis, tunc ipsa est fatale deplorandi relapsus injuris praesagium.

Part 2 da  
13.

\* Psal. 143. v. 1.

\* Psal. 54. v. 7.  
et 8.

Dantur in Religione quam profitemur, virtutes satis diversa. Dantur audaces et bellicose, quae cum peccato congruunt; dantur timidae, qui ab eo discedunt, illudque fugiunt. David de prioribus loquens Deo grates rependit\*, quod domerit manus ejus ad praelium, et digitos ejus ad bellum; et de posterioribus differens, in fervore orationis suae exclamat\*: Quis dabit mihi pennis sicut columbae et volabo, et requiescam; ecce elongavi fugiens et mansi in solitudine.

Facile credi potest, quod in diversis virtutum functionibus, quaedam sint pro peccatoribus et poenitentibus, aliae pro justis et perfectis.

Vos, qui quemadmodum Jonas, adhuc aquis naufragii humentis, ubi sine speciali Dei gratia periretis: vos, qui, minimum modo è sepulchro, in quo sicut Lazarus inclusi eratis, et quorum corpus velut suum non nisi partitentem odorem exhalebat, extracti estis: vos, qui prout Lot, omnipotentis ~~monstris~~ manus auxilio ex infelici Sodomam egressi estis, quam ignea et sulphurea pluvia in cineras redigit, fugite, sicam vobis, fugite et in montem vos recipite.

Frustra jactur  
rate ante oca-  
los pennatorum

Sed vos, qui à Judaea confinis egressi estis, atque non nisi ad perfectionem aspiratis: vos, qui è portu, in quo tranquille sedetis, agitati maris fluctus ad pedes vestros frangi cernitis, quin vos tangant. Vos, qui in bellis Domini exercitati, fraudes et malignitatem hostium vestrorum cognovistis, quid vobis timendum? Frustra ratiæ jaciuntur ante eos, qui alas habent ad ea vitanda, et ~~quos~~ qui vix terram calcant. Frustra ad perfidiam tentantur subditi, qui Principi suo semper fideles extiterunt. In quocumque Deum sint consortio, et quocumque Deum commodum ipsis promittatur, nunquam aquas partes deserent.

Ita ~~id~~ id cadere, nisi obceptorum praesentia optimas etiam animos vehementer afficeret, nisi in S. Scriptura et in his

toris nostris inveniram maximos viros in luctuosas corruptelas prolapsos fuisse, nisi hiram, quod nemo primâ suâ ad gratias fidelitate invicta perseverantia donum unquam acquirere possit: Unde cum hæc omnia attentâ considero perfectissimis animabus dico, non ego sed Jesus Christus: Vos qui in culmine tacti estis, ne denudatis tollere aliquid de domo vestra.

Omnia fatalis relapsus timorem vobis injicere debent, si vos peccati occasionibus implicatis; infirmitas vestra et inconstantia, exempla et lapsus maximorum virorum, mala quæ sanum trahit temeraria et flagitiosa præsuntis.

Dico, vestra inconstantia et infirmitas; nec enim vobis imaginemini, quod quia conversi estis et justificati, immutabiliter status vestri felicitati sitis alligati, nec non gratia, quam recepistis cor ex naturâ suâ leve et inconstans ad bonum figat. Si hoc esset, inquit S. Prosper, nullum unquam justum videremus, qui se à sua cupiditate vincere, irâ abripi, voluptate emolliiri permetteret: nullum videremus, cujus patientia fatigaretur, vires debilitarentur, temperantia disturbaretur, charitas refrigeraret, fides <sup>in</sup> apostariam vel secretam abrenunciationem degeneraret.

Ut ut quis conversus sit et justificatus, semper tamen est mutabilis et inconstans, et ad quemcumque perfectionis gradum anima aliqua pervenerit, si se spontâ periculo exponat, nullum sine innocentia tutum ægylum inveniet; ipsius virtus illam in periculo, quod quasivit, deserat. Titiones ad huc fumantes ignem sub cinere occultant. Januâ accendant, atque terribilia incendia iterum excitabunt. Subaria quibus involuta fuerat, adhuc mortis odorem exhalabunt; viva adhuc radices, quamvis arboris truncus excidus sit et aridus, surculos emittant, qui non nisi præcocos et insalubros quosdam fructus profereant.

Mundus ille, qui antea adeo periculosus videbatur, faciem mutabit in magis favente, quam sibi efformabit, idcirco; occasiones illæ, quas reformidabat, non amplius eodem terrore incutient: imò mirabitur, quod ex tam exigua re tantos sibi fecerit scrupulos, et tandem tranquille et vix advertens labitur in precipitium.

Quot exempla! et hæc est secunda mea ratio: quot exempla adducere possem maximorum virorum, qui quia se temerariè periculo exposuerunt, in illo perierunt? Hic cerneratis Samsonem in sinu Dalila omnem suam amittere fortitudinem, cui eo magis diffidere debebat, quod malam ipsius fidem jam expertus fuisset. Cur perfidam hanc non vitabat, quæ ipsum jam deserat? Sed amabat periculum, et in eo perit.

Ibi videretis Davidem virum illum, quem sibi Deus secundum cor suum elegerat, ab officio discedentem eoque, ut adulterium et homicidium perpetraret: et si à patre ad filium transivimus, ad quamnam civitatis et impietatis excessum pervenit Salomon, cò quòd se temere exposuerit?

\* Serm. 16.  
16.

Hinc multo cum iudicio advertit S. Petrus Chrysologus\*, quòd una ex precipuis demonis fraudibus, ut animam aliquam innocentiam suam amittere faciat, hæc sit, ut scilicet occasionebus illis, quibus eam implicat, illam tentet. Sic. g. sciat te divitias amare, et tibi serato ait, hæc divitas, quæ tibi conveniunt, domus, quæ tibi commoda est; divitias ostentat, ut avaritiam iritet. Sinovit te libenter velle videri, tunc confortius te implicat, ubi, cum vides mulieres magnificè ornatas, consilium capis eandem ac ipsæ agendi personam, et forte splendidius te ornandi; ut inferat Superbiam, profert pompas. Si novit iram ipsa dominantem passionem tuam, et quòd ad minimum, quòd te offendit, verbum accendit; opportuna occasione præbat, ubi homines offendis, qui tibi displicent; unum adversus alium exacerbatur, non sunt nisi rixæ, imprecationes et blasphemie.

17.

Verum precipua ratio, quæ nobis persuadet, quòd homo justificatus brevi relapsurus sit, si à tecto in quo est, descendat, ut de domo sua aliquid tollat, provenit ab insanâ presumptione, pro cuius punitione moratur, ut Deus ipsum deserat. Multum spero ab illo, qui ad conservandam gratiam, quam recepit, duplici muro cor suum cingit, qualis erat murus ille, quo circumdatum erat sanctum Templum Hierosolymis, in cuius summitate species quadam tuniculi visabatur, ut aves ab eo arcerentur, atque impederentur, ne super eum nidus suos construerent: Quamvis, inquam, nihil pro ipso certum sit, tamen multum spero à Dei misericordia, quæ quamvis gratuita sit, beatos illos declarat, qui timent ac in continuâ et inquietâ vigilantia vivunt: Multum spero in humili præsentione, quam habeo, quòd sapientes hæc præcautiones ipsi felicem in bono perseverantiam sint conciliaturæ.

È contrario, cum vides alios in suis præsentis meritis et bonis operibus confidentes; cum intueor eos dissipatâ mente, oculis curiosis, et inconsideratis, imaginatione levi et errante vagari de objecto in objectum, sibi quæ ex bonitate cordis sui, sicutum fabricare, quòd omnia tela, quæ inimici eorum in ipsos vibrare valebunt, repellent; ausim dicere, eos non diu in suis bonis propositis perseveraturos, ipsorum virtutem non semper sustinendam esse iis, ad quæ obsequentia, occasio, exemplum eos inducant. Socii avarorum, illorum appetitatem induent; bacchan-

tium Societatem diligentes, illorum intemperantiam imita-  
buntur; Urvarios frequentantes, sibi imaginabuntur, quod ipso-  
rum fraudes et injustitias nihil quod Lex Dei improbat contineant.

Si tua gratia, omni Deus, in periculis, in qua se conjiciunt,  
eos deserat, tunc fiant bores cum vindicta cupidis, sacrilegi  
cum Simoniacis, pertinaces cum obstinatis, arrogantes cum super-  
bis, lascivi cum impudicis, impudantes cum insolentibus, cavilla-  
tores cum maladiis: tales formas asument, quales loca et tem-  
pora illis tribuent; sicut alii super theatrum expositi mille diver-  
sas personas agant: imò saepe exteriora charitatis, suavitatis, tam-  
perantiae, castitatis, devotionis, quas non amplius habebunt, con-  
servantes, suâ hypocrisis corruptionem et malignitatem aliorum  
superabunt.

Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, \* Thren. c. 4.  
dispersi sunt lapides sanctuarii in capite omnium platearum? v. 1.

Namque quia homines qui in culmine tecti erant descenderunt,  
ut aliquid tollerent de domo suâ. Aliquibus est defectus humili-  
tatis et timoris; aliis defectus sapientiae et vigilantiae: omni-  
bus defectus applicationis ad sua munera, et attentionis ad sane-  
tam legem. Charitas ipsorum refriguit, ipsorum fervor vanisit,  
lumen oculorum cordis fœmitas, virtus et robur ipsorum illos dese-  
runt.

Cur non sibi ob oculos ponebant, quod gratia, qua nemini  
debetur, minus adhuc illis dabatur, qui se periculo eam amit-  
tendi voluntariè exponunt? quod perseverantia exigat animam

Cur non in memoriam suam revocabant tristitiam magnorum  
virorum eorum sortem, qui quia se fatalibus occasionibus tra-  
siderunt, in eis miserè perierunt? An sibi polliceri poterant,  
se Samsonis fortiores fore, Davide castiores, Salomone sapientio-  
res, Simone Patre constantiores, Judâ fideliores? Nimis proceps  
est, qui transire contendit, ubi conspexerit alium cecidisse:  
vehementer in frans est, cui non insutitur timor, alio parante.

Simus ergo sapientiores. Recordamur, quod tutius sit  
fugere periculum, quam nobis promittere illud cum honore  
nos elapsuros; quod hîc temerariâ praeurbatione virtutem nos-  
tram amittamus, ibi verò eam pio timore conservemus; quod  
hîc nobis potentem et formidandum hostem accersamus, ibi  
verò illius appropinquationem devitamus, atque ad illum via-  
cendum nos comparemus.

Recordamur, quod caro, quam S. Scriptura foeus comparat,  
brevis sit inflammanda, si scintilla quadam ei admoveatur;  
quod linguam habeamus propensiores ad maledicendum quam  
tacendum, manus promptiores ad occupandum aliena bona, quam  
apertas ad dandum nostra; aures adulationibus et laudibus attentio-  
res, quam veritatis et vitæ verbis; oculos curiosiores et dissipato-  
res, quam caritatis et pietatis.

18.  
prudentem et docilem, que sanctis  
Domini manda-  
tis obediens sit,  
nec falsas mun-  
di rationes,  
lib. De Singu-  
laritate Chri-  
stianorum.  
nec sedimentos  
carnis vo-  
luptates,  
nec demulcen-  
tes amoris pro-  
prij fraudes  
assultet. 9

Omnis caro  
foeam.

tiores, quam temperatos et modestos, pudes leviores ad parcivire-  
dos voluptatum conventus, quam ad auendendas Ecclesias nostras,  
vel quorundam charitatis congregationes.

His generalibus infirmitatibus et malis proclivitatibus cor-  
rupta natura nostrae ne addamus imprudentiam et malitiam  
personalem. Auferamus à contrario inimicis nostris omnes  
nobis nocendi occasiones et media; sapienti et ordinata fuga  
conversionem nostram sinceram et nostram fidelitatem perseve-  
rantem efficiamus, ut aliquando promissam nobis mercedem re-  
cipere valeamus.

### Occasiones.

Bonus usus, ad quem illas convertere debemus,  
qua ad nostram salutem et perfectionem conferre  
possunt.

### Sermo secundus.

Filii huius Sauli prudentiores filii Iouis in sua gene-  
ratione sunt. Luce. 18.

Pro Dom. 8<sup>va</sup>  
post Pent.  
20.

Non semper piis bonorum et proborum exemplis, sed in-  
terdum agendi ratione eorum, quorum vita alius perversa  
est, Deus, qui varia adhibet media ut nos cultui et obsequio  
suo ~~instigat~~ manipulat, nos nostra docere vult munera.  
Non solum ii, quos S. Paulus domesticos fidei nuncupat, sed  
etiam alii, qui ambulat in viis iniquitatis vel erroris  
in consiliis Domini adhibentur ad nos animandos, vel pudore  
suffundendos.

Si oportet e.g. nos ad agendum poenitentiam exhortari,  
tunc Christus Dominus illam revocat, quam Ninivita egerunt ad  
praedicationem Jona, atque populum istum contra nos sur-  
recturum in die iudicii. Si nobis inspiranda est pia avidi-  
tas audiendi. Sacrum verbum illudque ad proximum valen-  
tendi, nobis <sup>exemplum</sup> proponit Regina idololatra, quae de terris suis  
egreditur, ut cum reverentia Salomonis oracula et monita  
excipiat. Si nobis exprimendi sunt vera filii carae, cum  
elogio fidam mulieris Chanaanicae et Centurionis commem-  
morat, qui inter densissimas paganismi tenebras illu-  
minati et dociles facti fuerunt. Si denique docendi ~~debemus~~  
sumus, cum quamquam prudentia omnibus salutis occasioni-  
bus nos uti oportet, quas ipsius misericordia nobis offert, nobis  
significat media, quae adhibuit videri illi ad prevenien-  
das molestas illas consecutiones, quas temeraria bonorum  
Domini sui dissipatio ei auersere poterat. Nubem artem  
calceos, ait intra se, melleare erubescere, et alias nec expe-  
rientiam, nec vires colendi terram habeo. Quid ergo faciam,  
quando Dominus meus à villicatione me amovebit? oportet

ut mihi faciam amicos, qui sive ex commiseratione sive ex gratitudine mihi in necessitatibus meis opem ferant.

Ita rationatus est villicus iste; et quamcumque de- mum injustitiam commiserit largiendo quod suum non erat, tamen à suo Domino laudatus fuit, non propter dissipationem suam, sed propter consilium quod cepit; Et inde concludit pe- sus Christus, quod filii hujus saeculi in administratione negotio- rum sint prudentiores filiis lucis.

Hanc quid! dicitis, oportetne ut prudentia villici iniquitatis nos munera nostra doceat? ut spolia Samaria fiant ornamen- ta Templi Sion? ut vasa profana, quae Israelitae ex Aegypto ab- tulerunt, ipsis sint ad offerenda Deo vero sua sacrificia? Ita, Christiani, id oportet, et sub hac parabola agnosite veritatem, quae vobis eo majoris momenti videri debet, quod in sermonibus qui vobiscum loquuntur, rarissime vobis illius fiat mentio: Quae- nam ergo est illa veritas? Luc. ca.

In saeculo prudens ille vocatur, qui nihil eorum negligit, quae ad suam fortunam conferre, vel ipsius ambitioni satisfacere possunt; qui ex omnibus viis, quibus ei alii vel ditare, vel com- pendium facit; cui nihil vel iniquum vel contemptibile videtur, quando illud suis consiliis utile credit; qui omnia impendit, sibi que suam approbaret indolentiam, si minimam pretamisset occa- sionem, unde subsidium aliquod capere possit.

Ex his ultro fatebimur, quod humana prudentia saepe sa- lutis prudentiam superet: sed etiam simul agnosite, quod mul- tum vestra interit omnes illius occasiones arripere, ut ut exi- qua vobis videantur, propter duas rationes, quibus tota hujus sermonis series continetur. Omnibus occasioibus, quae Deo ad sanctificationem nostram nobis offert, opportune uti, est si- gnum consummata prudentia: Has occasiones negligere, et ex eis nullum compendium facere, est affectus flagitiosa indo- lentia et deploranda coecitas. Magna emolumenta, quae no- bis conciliamus, si eas opportune arripiamus; magna pericula, quibus nos exponimus, quando eas contempnitas et rejicimus: Duae veritates, quae summi momenti videbuntur omni homi- ni, qui eas serio expendere voluerit.

Divisio

Magnum, quod nobis obvenit emolumentum, si nullam sa- lutis nostrae occasionem negligamus, melius cognoscere non valemus, quam si consideremus, unde illa proveniant, quae nos ducant, et quid nobis mereantur, à Deo proveniunt, ad De- um nos ducunt, et si bene eis utamur, novas Dei gratias nobis conciliant.

Pars I<sup>ma</sup>  
23.

À Deo proveniunt; sunt talenta, quae pater familias servis su- is, prout vult, et secundum varia ipsorum officia distribuit; sic

des leviores ad...  
Sondas...  
t malis...  
rudentiam...  
inimici...  
genti...  
tram...  
ipam...  
convertere...  
satisfactionem...  
ndus...  
filius...  
num...  
um...  
ut nos...  
bos...  
os...  
iquitatis...  
animandos...  
ententiam...  
am...  
m...  
iranda...  
que ad...  
atra...  
is...  
ra...  
et...  
nismi...  
bonique...  
nibus...  
onhia...  
lius...  
os...  
erat...  
es...  
abos...  
me...



in impenetrabilibus misericordia vel justitia sua judicium suscitatur, ut nos ad se convertat, si eis bene utamur; vel ut adversum nos testimonium reddat, si eas contempnamus: occasiones salutis, quae praesens non proveniunt ab insolito quodam eventu, nec à fortuito causarum secundarum concursu, sed à patre luminum, qui nos à sopore nostro excitare amoris stimulis fatalem conscientiae nostrae pacem turbare, atque officium nostrum nos monere vult.

Barri penditis has salutis occasiones vos, qui non nisi rapienter gratias cupitis, et qui sub praetextu quod sint debiles, fortiores pro vestra conversione expectatis: sed ex quoniam fundamento eas expectatis? An quia alii vestras recipiunt, quae de repente ipsorum voluntates prius rebelles subjungant? Sed an haec singularia beneficia, quae Deus segregat tanquam pluviam voluntariam, quam effundit super hereditatem suam, vobis sunt debita? An quia cum haec salutis occasiones sapientissimè se offerant, et tamen in vos parum possint, vobis exiguae videntur, atque extraordinarias cuperitis? Verum scitote, inquit S. Bernardus\*, quod ex omnibus, quae Deus vobis offert ad salutem consequendam, nihil sit exiguum. Scitote, addit S. Augustinus\*, quod qui infidelis est in vestras ea quod exiguum videtur, ipse sua indolentia se omni alia gratia indignum efficiat.

Ubi autem ille, quem vel unicum principis sui sui verbum gaudis non afficiat, qui se beatum non aestimet, quando ipsum per aliquot etiamnum solummodo momenta auscultare deignatur? An cum gelida indifferentia hos primos favores suscipit, et quia magni Domini familiaris cum eo agunt, an debiles has benignitatis suae demonstrationes contemnit?

Ubi est autem ille, qui erga vanitatem proclam amoris flammam incensus, vel minimos aspectus hujus sui idoli negligat, qui non vehementer latetur, quod ipsa illum in suo patiatur consortio? quanta cura hos primos fragilis amicitia favores excolit? cum quali muta patientia arrogantes illius despicatus perfert? cum quam turpi obsequentia ei requiem, fortunam, et animam suam serovert? Haec hujus pusilla vanitas exiguum quid est, id ipse fateatur; sed exiguum hoc veranum hunc amansium gaudis afficit, nihil non molitur, ut sibi mentem et cor ipsius devinciat.

Insolens admodum procul dubio foret, si majori contemptu cum Deo ageretur, qui est ipsamet bonitas, pulchritudo, omnipotentia, misericordia. Homines indolentes et ceci, an

Pluviam voluntariam segregat Deus hereditati tuae. Psal. 67. v. 10

\* De precepto et dispens. c. 11.

\* Lib. 4. de doctrina christiana c. 18.

27

araboli...  
 abili, de quibus...  
 Tempore...  
 ut eas...  
 in...  
 observabo, ut...  
 a immaculata...  
 novas gratias...  
 nobis...  
 officium...  
 a...  
 debilis, quia...  
 m...  
 amur ad...  
 nobis...  
 Sapi...  
 um...  
 ut...  
 : ergo...  
 deantur, hanc...  
 te...  
 tam...  
 am...  
 imus, copios...  
 imis ergo...  
 Apostolus: nullum...  
 ideantur esse...  
 statim utique...  
 illis...  
 in...  
 nos...  
 et...  
 in...  
 biliter...  
 in...  
 t. Aliquibus...  
 exemplum...  
 ranum...  
 in...  
 iones...

nunquam capietis, quod omnia, quae à Deo, proveniunt, sint magna, pretiosa, et infiniti pretii; quamprimam à Deo veniunt! Quod prima ipsius ad suam creaturam appropinquationes sint gratiae, quas nunquam satis aestimare poterit! Quod quamvis non nisi à longè adhuc eam respiciat, tamen id multum ipsi esse debeat! Quod si nondum satis fortiter eam moveat ut eum sequatur, tamen multum sit, quod odore unguentorum suorum eam pellicere iniquiat? Quod si nondum apud eam ingrediatur, tamen ad ipsius ostium pulset, ut ei ibid aperiat?

28.

Et de facto haec salutis occasiones sunt viae, quae Deum nobis sternit, ut nos ad se ducat: / Secunda ratio, quae nos obligat, ut in eum cum tota possibili fidelitate et prudentia utamur: / Ipse est illarum principium, est, et finis. Internae illae animae perturbationes, quae ultra sentit in eo, quo deberet stare non esse, inquietudines illae et pavores ne in eo moriatur, fulgetra illa, quae interdum emittunt, ut praecipitia videat, ad quorum crepidine ambulat, de quo loquitur propheta, et qui adventum Dei praecedit: haec omnes gratiae ab omni aeternitate servantur, ut nos ad ipsum ducant.

Inquis ante ipsum procedat.

29.

Perpendite celeberrimas conversiones, ab his occasibus ipsae sumserunt initium. Mulieri Samaritanae est inopinatus Iesus Christi occursum, qui ab ipsa potum petit. Statim ipsa eum intuetur velut hominem fatigatum, et sub Religionis controversia praetextu, arbitratum se immunes esse exiguum hoc obsequium ipsi praestandi. Haec tamen occasio illa, quae Dominus utebatur ad eam convertendam, ibi eam expectabat: venerat ut pro more suo aquam hauriret, et pariter mutata atque donis caelestibus repleta revertitur inquit S. Maximus. onus suum ultra portare non videtur, cum hydropem suam ad puteum Jacob reliquerit, sed revertitur plena sanctitate: Vana videtur reverti onere, sed plena revertitur sanctitate.

\* Rom. ult.

Mulier si scires donum Dei, et quis est, qui dicit tibi: Da mihi bibere, tu forsitan petisses ab eo, et dedisset tibi aquam vivam. O quantos effectus haec occasio et haec verba cum humili docilitate suscepta protulerunt! Haec Samaritana transit à contemptu ad indifferentiam, ab indifferentia ad curiositatem, a curiositate ad estimationem, ab estimatione ad admirationem et encomia, lousus sum cum propheta qui mihi dixit omnia quaecumque feci, hic est Messias

tam diu jam expectatus: Venite et videte hominem qui mihi  
dedit omnia quaecumque feci: nunquid ipse est Christus?

S. Antonio est ingressus Eulasia, ubi haec verba audit: Si  
vis perfectus esse, vade et vende quae habes, et da pauperibus. 30.  
Duobus illis Imperatoris Aulicis est lectio vita ejusdem  
S. Antonii. Quid agimus? ait unus ex illis, postquam mira cele-  
bris hujus solitarii gesta legerat, Quid quaerimus? Quid auspi-  
catus sperare possumus quam ut apud Principem gratia possaa-  
mus? et in hoc ~~etiam~~ etiamnum quanta invenitur fragilitas,  
et quam multa pericula subarunda! Quod solidius est am-  
plantamur, ceteris omnibus amicitiam Dei praefereamus;  
si valim, prout tenor, jam hodie amicus ipsius ero: quid-  
quid evenarit, ei servire apud me fixum rationis est. Tu  
vero mi chare collega, si exemplum meum sequi detrahes,  
ne te, quareo, consilio, quod capi, opponas.

Sic agunt magni poenitentes et magni Sancti. Sic exi-  
quis initiis et quibusdam occasionibus, quae exigui momenti  
esse videntur, ad Deum pergitur, atque miri progressus in vir-  
tute fiunt. Haec est semita, quam Salomon<sup>us</sup> comparat lvi,  
qua procedit et crescit usque ad perfectam diem. Hic est par-  
vus ille fons Marдохai, qui exivit in magnum fluvium. Haec  
est aqua illa, quam intravit propheta, initio usque ad talos,  
dein usque ad renes, et postea usque ad caput? \* Prov. 4.  
\* Esth. 10.

Mystica figura, quae vos erudire debent fratres mei,  
atque animare ad proficiendum ex omnibus occa- sionibus,  
quas Deus vobis offert. Si ad Deum ira festinaveris, dicebat  
Balaad ad Job, et si mundus et rectus coram ac incesseris, ea  
quae egeris in tantum augetur, ut initia tua, quae statim non-  
nisi valde parva fuerint, nimis multiplicentur. In tantum,  
ut si priora tua fuerint parva, novissima multiplicentur ni-  
mis\* \* Ezechiel. 47.  
31.  
\* Job. 8.

Consilium cum humili docilitate acceptum, oratione  
cum attentione facta, nascentis desiderium mutandi vitam  
occasione inopinati casus ejusdem, injuria, vel aliud infortu-  
nium in Spiritu poenitentia tranquilla toleratum, sacrifici-  
um fluxa voluptatis, Studium et cura in servandis quibus-  
cunque conditionis vestrae officiis, fastidium vitae molles et  
indolentis quam dicitis, brevis meditatio quatuor novissimo-  
rum hominis, elemosyna data ad postulandam a Domino conver-  
sionem vestram, vanum propositum nihil amplius agendi,  
quod ipsi displicere possit, sine a intentione ipsi in omnibus  
serviendi respectu status vestri et mediorum, quae vobis sup-  
pedabit: Haec vero exigua initia, priora parva: et ta-  
men in haec parva initia Deus suas benedictiones effundit:

etque infinita ipsius bonitas multiplicata, atque postmodum in immensum crescere facit; novissima multiplicentur nimis.

His primis Salutis occasionibus succedunt aliae. Has primas gratias cum fidelitate susceptas sequuntur illustiores, bonis illarum usus fortioribus ordinariè compensatur: Tertia ratio, qua intelligimus, quantum anima, qua salvandi desiderat, intersit eas non rejicere, et nullam earum negligere.

Philosophi, et Politici observant, maximas res non habere nisi debilia initia: Vasti fluvii ibi, qui in loca, per qua transeunt, commoditatem et abundantiam vehunt, non sunt in suo ortu nisi exigua aqua, fila. Arboras illa Silasia, quarum vortex se in nubibus occultat, pro principio non habent nisi exiguum semen, quod sensim à terra surrexit, adjuntque in Palestina granum Sinapis exiguo temporis spatio ad tam prodigiosam altitudinem crescere, ut non modo vulgares plantas superet, sed et multas alias arboras.

Politica nos docet, quòd Sape maxima fortuna à quodam fortuito casu dextera impenso duntaxat proveniat. Ubi haec prima diterendi tempora semel transierint, difficile similia occurrunt: et Sapiens secundum saeculum est ille, qui nihil eorum, qua ipsi honorem et bona conciliare possunt, negligens, occasionem, prout ajunt, per capillos eripit.

Sed infinitè sapientior et felicior est ille, qui in omnium negotiorum gravissimo ex iis proficere novit, qua Deus ei ad suam sanctificationem offert: Sapientior et felicior est ille, qui ad Davidis exemplum coram Deo jam de luce stat velut homo semper paratus ad excipienda et exequenda mandata ipsius, qui ab officiis suis discedere timens, ab illo cum pia inquietudine postulat, ut notam ipsi faciat viam in qua ambulat, quatenus nihil negligens sibi ea, qua per suam negligentiam amitteret, conciliat.

In libro tertio Regum legimus, Eliam misisse servum suum versus mare, ut ipsi rationem redderet eorum, qua ibi visurus esset, cumque servus ille se nihil videre dixisset, eum adegisse, ut illic septem vicibus revertèretur, at cum septimâ vice vidisset nubem velut vestigium hominis de mari ascendentem, apparuit Elias mox coelum abundantas pluvias daturum post trium annorum siccitatem, prout se verâ contigit.

Hinc diserte vos, qui quia tot Salutis occasionibus in vanum effluere permisistis, corda vestra in deploranda siccitate

\* Cf. Gal. 1. 42.  
v. 8.

\* C. 18.  
33.

scatis; hinc discite curare versus mare, et accedere ad fontes  
 Salvatoris. Forsitan mitis nihil ibi videbitis, quemadmodum  
 servus Elia; sed ne propterea animum despondeatis: petite cum  
 humili patientia dona S. Spiritus, et quamprimum quadam exi-  
 gua novi hominis vestigia videbitis, ne perdatis hanc occasio-  
 nem. Si gratiam petatis ex ea proficisendi, sperate divinum ro-  
 ram in vos lapsum: Quis diligentius hanc vivam aquam colle-  
 geritis, eò abundantius se diffundet.

Hujus rei argumentum nobis præbet Evangelium: Siquis  
sibit veniat ad me et bibat, inquit Jesus Christus, et de corde  
ejus fluent aqua viva. Item celebris talentorum parabola\*,  
 ubi cum servus ad Dominum suum dixisset, se ultra quinque  
 illa, quæ ab eo acceperat, ei quinque alia reddere; Dominus illi  
 promisit illi se cum supra multa constiturum: Ex quo Jesus  
 Christus his insolitis verbis concludit: Omni habenti dabitur,  
et abundabit: ei autem qui non habet, et quod videtur habere,  
auferatur ab eo.

O Deus! Quanta ergo infortunia sibi accesserunt illi, qui sa-  
 lutis occasiones rejiciunt, dum alii eis bene utuntur! hos lau-  
 do propter suam fidelitatem et prudentiam, sed illos vitu-  
 pero et lugeo, quia propter suam coecitatem et infidelitatem.  
 Si primi ob mox à nobis adductas rationes magna capiunt  
 emolumenta, alii terribilibus periculis se exponunt, prout  
 me paucis verbis in secunda hujus sermonis parte vobis demon-  
 straturum spero.

Sapienter animadvertit S. Maximus\*, quod salutis occa-  
 siones talentis illis, quæ Dominus dat servis suis, figuratas,  
 sint velut deposita et valut mutua, quæ ipsis dat hæc ta-  
 men conditionibus, si proficere apud illos, qui eis fideles  
 sunt, possint, nunquam tamen desperare et inutiles fieri  
 valeant apud illos, qui eas negligunt; Talentum, quod com-  
 modati vices apud bonos proficere potest, apud negli-  
 gentes non potest desperare.

Pater familias casualibus restituit ex obsequiis  
 tunc cum mercedis auxilio; sed eas ab aliis repetit cum  
 specie usura et poenarum augmento. Aliis cum multipli-  
 ci gratia restituantur, ab aliis cum poenarum usura depos-  
 cuntur. Sic, addit S. Maximus, oportet ut Jesus Chris-  
 tus obliget eos, qui illas recipiunt, ut earum accuratam ei  
 reddant rationem, et quia nunquam desperare possint, illas  
 cum gratiarum augmento illis restituat qui eis bene usi sunt,  
 illas ab eis auferat, qui illas neglexerunt, et magnis poenis  
 eos mulctet propter damnum, quod ipsi intulerunt eidem  
 illas non restituendo, et non dantes Talentum suum ne-

34.

\* Joan. 7.

\* Matth. 25.

35.

Pars 2. Ja

\* S. Maximus  
 in hæc verba:  
 Capones vestri  
 miscent aquam  
 vino.

cepra est, ut Jesus Christus requirat, solventibus gratiam re-  
ferat, non solventes injuriis subdat.

Gravam hanc veritatem non satis perpenderitis vos, qui-  
bus tot occasiones à Deo oblata haecenus adeò indifferan-  
tes visa fuerunt, vos, qui quemadmodum Herodes, Magos  
mittitis ad quarendum puerum, quem stella ipsis monstra-  
rat, et illis ipsimet ire parum curatis; vos, qui sicut Pro-  
consul ille veritates, quae vobis annunciantur, in aliam di-  
am differtis, vos, qui cum variis occasionibus, quas Deus pro  
emendatione iniqua vitae vestrae suscitavit, bene uti poter-  
tis, eas praeterlabi sinitis, quia ex illis nullum compendi-  
um faciatis. Nisi rebus vestris prospexeritis, non modo Deus  
illas vobis auferet, sed insuper illis utatur ad vos cum maja-  
ri severitate puniendum quam multos alios, quibus haec  
salutis medicina non fuere concessa.

36.

En rationem, quam hoc de re afferunt S. Scriptura et  
SS. Patres. Qui minima spernit, paulatim decidat, inquit  
S. Spiritus. Unde proveniunt fortuna eversions? non  
semper ex amissione gravis litis, aut ex ingenti summa,  
quam quis lucris periculo exponerit, nec ex vesana per-  
effusos summas bonorum suorum dilapidatione: sed sapia  
quod quis res suas neglexerit, quod supinè familiam suam  
rexerit. Unde proveniunt morbi lethales? non semper  
ex violenta et acuta febre, apoplexia, vel ~~ca~~ cerebri  
variegine; sed sapia, inquit S. Chrysostomus\* quod quis sa-  
nitatem suam neglexerit, ulcus veterariare permiserit,  
purgationem neglexerit, quae idoneo tempore bonum effec-  
tum habuisset, atque molestas incommoditates prevenisset.

Unde pariter tanta morum corruptela et perversitas  
provenit? Non semper ex enormibus peccatis, quae quis com-  
misit, ex fornicationibus, injustitiis, impietatibus, in-  
quas quis prolapsus fuit; sed sapia ex occasionibus salutis,  
quas neglexit, inquiunt SS. Patres. Hujusmodi homines sunt  
desidiosi et molles, quemdam invidia habitum contraxe-  
runt: neglecta una occasione aliam negligunt, postquam  
bona, quae viderunt, exempla imitari parum curant,  
mala, quae cupiditates suas magis semulent, sequuntur.

Sic sensim Spiritus extinguatur, primisque fervore  
frigerit. Vitae Christianae austeritatem conquarunt,  
sibi quae suaviorem et commodiorem efficiunt. Voluptas

\* In c. i. Epist.  
ad Galat.

Demulset, <sup>torrens</sup> consuetudinis rapit; postquam conscientia sua  
stimulos suffocavit, timorem Domini amittunt, ipsius la-  
gem abiciunt, et à coelo in infernum labuntur, inquit  
S. Bernardus.

Quis credidisset res eò deventuras? attamen ita ve-  
rum est, qui exiguas res contemunt, quasdam salutis oca-  
siones rejiciunt, quae anima, fidei gratiarum augmen-  
tum meruissent, hi se periculi periculo exponunt?

Fratercà quid proceat hae negligentia, et quousque  
protenditur? eorumque scilicet, ut ipse mat Deus contem-  
natur, dona ipsius injurià afficiantur pedibusque con-  
culcentur. Minima ipsi satisfaciunt, sed etiam minima  
ipsum irritant, cum hoc tamen discernant, quòd nulla  
gratia quae à Deo provanit, exigua sit; at à contrario abu-  
sus et contentus hujusmodi qualisunque gratia semper  
ingens sit, atque terribilia meretur supplicia.

Unde peccatum et reprobatio Saulis provenit? ex par-  
va in speciem re? Deus ipsi inhihuerat, ne sine ejus man-  
dato sacrificium offerret, nulli Amalecitis parceret, nec quid-  
quam de eorum praeda servaret. Si hic Princeps hae Domini  
mandata custodivisset, regnum suum stabilivisset, illud-  
que à suà personà ad suos descendentes pertransivisset. Sed  
quia nimis celer fuit nec tempus suo sacrificio aptum ex-  
pectavit, quia Amalecitarum Regi peperit, hae ei Sa-  
pienter nomine Dei ait: Quia abjecisti sermonem Domini,  
viciisim te quoque Dominus abiecit: coronam et vitam amit-  
tas. Abiecit te Dominus ne regnes.

38.  
i. Reg. 15

Exiguam nuncupate modò injuriam, quae Deo infertur,  
sanctarum suarum injurionum contentu. Si hujus principis  
transgressio laevis vobis videtur, mox aliter sentietis, cum  
supplicium quòd sibi aueravit, attenderit, inquit S. Grego-  
rius.

Non nisi exigua deponuntur; vidua Evangelica in eo  
laudatur, quòd obolum misavit in gazophylacium; Sa-  
reptana videt farinam suam et oleum multiplicari,  
quòd prophetae exigua praestitavit obsequia, et Jesus Christus  
ait, se nobis daturum maredam deis, quae suis fuerint  
elargiti, et si tantum aquae frigidae calicem. Non semper  
ab illustribus quibusdam facinoribus pendet salus nostra,  
sed interdum à minimis. Mulier fortis non solum laudatur

39.

et aestimatur, quia ad magna opera animum suum intendit; sed etiam quia eorum et finem apprehendit. Quod velut nihilum reputamus, Deus habet in pretio, si studio ei placeat. Si illud agimus, et minima salutis occasiones nobis maximas conciliant gratias, si iis bene usi fuerimus.

Magna consolationis causa, quod cum tam misericordi et indulgenti Deo res nobis intercedat; sed magna vigilantia et timoris causa, quod si has occasiones neglexerimus, periculum subeamus ~~perire~~ periculi ipsiusque indignationem incurrendi.

40.

Quid ergo agendum est? namque omnia, quae nobis ad nostram sanctificationem offert, media arripienda sunt. Si vita christiana negotio et thesauro comparatur, minima merces huic negotio dant initium, atque minimi etiamnum numeri hunc thesaurum ingrediuntur. Ergo ad coeli negotia aam saltam prudentiam affarimus, quam filii saeculi ad temporalia afferunt. Utamur ad salutem consequendam omnibus occasionibus, quae Dominus nobis offert, et prout sacra Oracula loquuntur, nulla diei bona particula nos praeterat. Haec occasiones, quae à Deo proveniunt, quae nos ad eum ducunt, et fortiores gratias nobis conciliant, maximo nobis erunt emolumento, si postquam eis in hac vita fideles fuerimus, illarum mercedem in alia recipiemus.

### Documenta Moralia.

Sensa Latrum, et Theologorum, Concionatorum, circa fugam occasionum peccati, praeservationem, et bonum usum illarum, quae animam ad virtutem adducunt.

I.

41.

Qui occasiones peccati quarit, magnas vires inimicis suis tribuit, suas vero minuit, atque auxiliis, quae sperare possat, se ipsum privat.

II.

42.

Qui se ab occasionibus peccati non separat, injuriam infert providentiae, misericordiae, et justitiae Dei. Ipsius providentiam tentat, ipsius misericordiae insultat, ipsius justitiam irritat.

III.

Ut ut benefica sit Dei providentia, certum tamen ordinem observat in distributione gratiarum suarum aequè ac in auxiliis temporalibus, quae hominibus elargiuntur. Vult ut ex sua parte faciant quod possunt, atque ab omnibus iis recedant, quae probabiliter eos perdere possunt:

tamerarios aversatur at dardiosos, inquit S. Ambrosius. Porro qui peccati occasiones quaerit, hic Dei ordini isti se opponit, ab ipso miraculum exigit, ne in periculo, in quod sponte se conjicit, peccat; vult faciem gestare, quam totus ventorum impetus extinguere non valeat; vult super crepidinam praecipitii incedere ac simul protendere ut providentia mittat Angelos suos, qui ne in illud cadat, impediunt, inquit Sanctus Bernardus\*.

\* In Pfal. 90.

Equidem verum est, quod ipsis mandant, ut nostri curam gerant: Sed animadvertendum est cum dicto S. Patre, quod nos custodiant, quando in viis nostris ambulamus, et non ubi imprudenter praecipitiorum crepidinas legimus; In viis non praecipitius tris.

S. Petrus dixerat Iesu Christo, quocumque ieris te sequar, et quidquid avarerit non te negabo. Similia dixerat S. Paulus iis, qui illum impedire volebant ne iret Hierosolymam, quia Agabus praedixerat eum tradendum fore in manus gentium: Vobis declaro, quod non solum alligari, sed et mori in Ierusalem paratus sum propter nomen Domini Iesu. Deus nihilominus permisit, ut S. Petrus caderet, et impedivit ne S. Paulus laboraret. Hujus divinae Dei agendi rationis hanc rationem afferunt SS. Patres: S. Petrus ex se ipso se in occasionem conjecerat, at S. Paulus ex motu Spiritus Dei duntaxat iererat in Ierusalem\*.

\* Act. 20.

Quid cogebat S. Petrum cum quadam ancilla misere colloquia at se cum hostibus Domini sui et Magistri calefacere? at quod S. Paulum attinet, Spiritus Dei illum ducit, Spiritus Dei illum ligat, alligatus Spiritu, illique declarat, quod non nisi vincula et tribulationes ipsum Ierusalem manserit. Quid cogebat Dinara ire ad vendas alienae regionis mulieres? mor etiam sua temeraria curiositatis poenam luet. Non sic Judith: animarum interior Spiritus Dei motus illam ad Holophernam ducit: castitatem suam servabit, et inimico populi sui caput amputabit.

43.

IV.

Qui occasiones peccandi quaerit etiam misericordiam Dei offendit, et meretur, ut ipsa nullam cum eo habeat commiserationem. \* Quis miserebitur incantatori a serpente percussis, et omnibus, qui appropiant bestiis? et sic qui comitatur cum viro iniquo, et obvolutus est in peccatis ejus. Horum verborum sensus adeo clarus est, ut facile sub figuratis hinc expressionibus intelligatur, quod

\* Euli. 12.

minimam... handit... tio, si... occasiones... in fieri... d um... at; sed... occasiones... reundi... nia, qua... ande... tur, minima... inimi... . Logo... nom... consequ... bert, et... articulo... it, que... hant, ma... hae vita... emus.

Si Dei misericordia eorum miseretur, qui sine sua culpa periculo involuntur, nulla tamen commiseratione tangatur erga illos, qui illud querunt. Viatoris alicujus solimus vices, qui pro lassitudine se somno tradens ab aspidem mordatur, vel aliorum miserorum, qui insipienter in canivores ferocium bestiarum dentes incidunt: Sed inuentator, qui putat se serpentem attrahere et capere posse, et ab illo mordetur; vesani et stolidi, qui cordelia animalia irritant, et ab ipsis devorantur, namque commovent ad commiserationem: cur se hujus serpentis moribus exponat? ajunt. Cur animalia haec irritabant? Quid tua maritum suum relinquebat, inquit Rupertus Abbas\* ut cum serpente conversaretur, ejus aspectus ipsi horrorem injicere dabant? ipsius curiositas illam et nos perdidit.

\* Lib. i. De operibus Spiritus Sancti.

44.

\* Culi 17.

V.  
Convertere ad Dominum, et relinque peccata tua: inquit Spiritus Sanctus\* 2; precare ante faciem Domini, et minue offensa. Convertere ad illum, et avertere ab injustitia tua, et nimis odito quod ipse execratur.

Ad Dominum converti, est primum poenitentis peccatoris opus; sed id agere non potest, nisi peccatum deserat, quia quamdiu illi adhaerabit, tamdiu erit Dei, et Deus illius inimicus. Ut deserat peccata sua, oportet ut in suis precibus gratiam à Deo postulet, cum sit impossibile, ut sine ipsius auxilio vitam mutet. Verum ut preces suas grates efficiat, necesse est, ut omne illud, quod ipsi est lapsus occasionis a se removeat: si enim in periculo cupit persistere, tum palam faciat, quod illud diligat, atque illud diligendo cadat.

45.

VI.  
Poenitentem vult sibi persuadere, quod peccatum odio prosequatur, et quod doleat, se illud perpetrasset; sed impossibile est, ut illud odio prosequatur, atque de eo doleat, nisi se à personis et objectis separet, quorum aspectus et frequentatio magna ad illud perpetrandum, praebent illucina. Enimvero quid est dolor ille, odium illud et detestatio peccati? est vivum et efficax odium, est dolor omnem alium dolorem superans, ita ut nihil aequat dolorem quem habet quod legem Dei violaverit.

Et sane absolute necessarium non est, ut hic dolor sit sensibilis, prout fuit dolor quorundam poenitentium, qui prout in Historia ecclesiastica legimus, pro dolore ad pedes Confessorum suorum velle sola peccatorum suorum cogitatione mortui sunt; sed oportet, ut quantum ad affectum

animam separaret ab omni eo, quod ipsam rem efficit.  
 Quid de muliere Santires, cujus maritus recens trucidatus fuit, si in domo sua servaret ensem, quo transfusus fuit; si paricide consanguineos et amicos, sicut prius inviseret, quamvis non ignoraret, quod barbari hujus consilii operam suam navassent? Exclamares utique, at si lacrymis perfusam, vultumque suum discerpentem cerneres, o inhumanam! o perfidam! maritum suum oderat, non vero illius interfectores.

Palam fit à contra, quod haec mulier verum habeat dolorem, cum solo cursu hujus aspectu deliquium patitur, cum illae, ubi flagitium istud commissum fuit, amplius transire renuit, cum salutationes et consortium eorum, qui in marito sui mortem conspiraverunt pati non potest.

En propemodum id facere debetis, si re ipsa peccatum odistis, inquit S. Cyprianus, et si de illo verum dolorem coniugitis. Nomen Domini in furore vestro blasphemastis; misera haec creatura in domo illa vobis castitatem ademit; in illo hebentationis loco vinum immoderate bibistis; atheistas illos nunquam frequentastis, quod proborum hominum contemptum conceperitis, et caeremonias nostras et mysteria in ludibrium vertastis. Vultisne re vera vitam mutare atque palam testari, quod illam, quam haec usque duxistis, odio prosequamini? omnes occasiones, ~~omnes~~ vestrorum abijcite. Periculosa illa loca non amplius adite, nec scabulas illas, nec effigies, nec iniquos libros illos servate..... Agite, ut conversionis vestrae sinceritatem prodatis quid simile illi, quod egit Josias ad extirpandam ex suis Statibus idololatriam.

\* Lib. de lapsis.

VII.

46.

\* 4. Reg. 23.

\* Hinc hic Princeps sana exalrorum, quae erant in urbibus  
 » Samaria, quae Reges Israël fecerant ad irritandum Domi-  
 » num, destruxit, et fecit eis secundum omnia opera, quae  
 » fecerat in Bethel. Delavit bithones, ariolos, et figuras  
 » idolorum, et immunditias et abominaciones quae fecerant  
 » in terra Juda! Atque super eadem altaria, super  
 » quae falsis Diis immolatum fuerat, quaedam mortuorum  
 » idololatraum ossa comburi fecit. Haec ipsi est laetitia elogium  
 » quod liber quartus Regum commemorat, memorare, nampe  
 » quod similis non fuerit ante eum Regem, qui revertatur ad  
 » Dominum in omni corde suo, et in tota anima sua, et in  
 » universa virtute sua. Quid simile facite, si conversionem

vestram sinceram efficere valitis: auferte de medio vestri  
Deos alienos Baalim et Astaroth. Si in toto corde vestro re-  
vertimini ad Dominum, auferte Deos alienos de medio vestri,  
Baalim et Astaroth.

## VIII.

47.

Si Patres familias imitarentur Jacob, et si illi, qui eorum  
Subsunt imperio eadem docilitate ac hujus Patriarcha Domas-  
tici praeceptis obtemperant, nihil in familiis christianis invenia-  
tur, quod esset occasio peccati et lapsus.

\* genes. 35.

\* Jacob postquam à Deo ex profum ipsi altare erigendi  
mandatum accepisset, convocata omni domo sua ait: Abje-  
cite Deos alienos, qui in medio vestri sunt, et mundamini,  
ac mutate vestimenta vestra, ut ascendantus in Bethel,  
atque ibi faciamus altare Deo. Hi Domastici statim ei  
obtemperant omnes Deos alienos quos habebant, et in auros,  
que erant in auribus horum idolorum, et hic Patriarcha  
infudit ea subter terebinthum.

\* S. Augustin.  
in genes. 9.  
117.

\* Hoc ipsum agere debent parentes, ut familias suas  
et se ipsos sanctificent. Jacob in sacro loco occultat idola  
domesticorum suorum, ut ipsis omnem profani cultus  
occasionem tollat: et ante ipsum Rachel idola Labani  
abstulerat, non quod ea diligeret, prout quidam Interpre-  
tes arbitrantur, sed quia impedire volebat, ne pater suus  
idololatra esset, inquit Theophilactus\*.

\* genes. 31.

\* q. 89. in  
genes.  
48.

idololatra esset, inquit Theophilactus\*.

## IX.

\* Ep. ad  
Saverum

Discede à peccatoribus dilecte mi frater inquit S. Pau-  
linus ad amicum; obtura aures tuas, secundum consilium  
Sapientis, sepi eos spinis, ut verbis ipsorum aditus occluda-  
tur, quae ipsammet sunt spinae animam disceperentes. Ipsorum  
fatali ministerio Damon in imo cordis idolorum abson-  
ditus clam laqueos tendit, ut Christi pauperes capiat, et  
illorum corruptelae implicet. In tenebris ambulant, quia  
Sol non ortus est super eos. Venenum aspidum est sub la-  
bis eorum, quod mentem inficit, et animam occidit, ubi  
ab auribus usque ad cor transierit.  
Cave ergo à fermento ipsorum ne totam farina massam  
corrumpat. Ne permittas illos habitare tecum. Cum justo  
justus esis, sed cum impiis pevertaris. Tu qui homo Dei  
es fuge societatem horum peccatorum, et ne detrahas  
illis tuarum actionum reddere rationem, nisi te ipso sapien-  
tiores essent, cum enim Deum timeas in te habes verum  
Sapientiae principium.

Quid agas nisi te ab ipsis separes? an non timendum, ne si iniquas horum vasanorum rationes audieris, obsequentia tua te perdat? tibi agreste ingenium tuum exprobrabunt, et cuidam mentis debilitati adscribant mutationem, quam gratia Dei in te operata est. Similis bona causa, si defensor modo ambases, modo pallebis pro pudore, singulis momentis colorem mutabis: et sic in via Domini titubans, valut de coelo in terram cades, ac fortè in te desubones spirituale edificium illud, quod fides et charitas christiana tam solida stabiliverant.....

Si loco boni seminis et ad germinandum idonei non est nisi maledicta zizania, quam inimicus patris familias de nocte in medio tritici seminavit, et quae non crescit nisi ut in ignem projiciatur, recede ab hac execranda zizania, fuge occursum et consortium horum depravatorum hominum, ne cum puritate fidei tua eos sanare non possis, fortè tu ipse ab illis corrumparis.

Ne consanguinitatem respicias, quae te fortè huiusmodi hominibus conjungere possit, etsi frater tuus et amicus foret; etsi tam arctè tibi adhereret ac dextera tua corpori tuo; etsi aequè charus tibi esset ac pupilla oculorum tuorum, si Christo est contrarius, tum intueri illum velut extraneum et publicanum. Abinde à corpore tuo dexteram hanc manum, quae si est inutilis, erue depravatum hunc oculum, qui in te corruptionem et tenebras suas effunderet. Malius est procul à se abicere membrum aliquod putridum, ut alia salva fiant, quam coeco quodam amore velle servare partem aliquam infectam, atque propter eam totum corpus terribilibus inferni tormentis tradere.

(X.)

Si temerariâ obsequentiâ religionis contemptoribus aures praebes, an non animadvertis, quò te haec ineptâ agendi ratio duerat? Equidam mundi benevolentiam captas: Sed an nescis, quòd si placere non possis, quin Deus displiceas, et quòd si hominibus placere studeas, Christi servus non sis futurus?

Dum ergo tibi vere gloriae vis displicere, quibus Deus non placet, tibi que persuasum habeas, quòd non tuum sed Dei opus in te adorantur. In tua agendi ratione illum odio prosequuntur, quem in sua contemunt..... Fruan-

» tur voluptatibus, honoribus, divitiis, si tamen dici possunt  
 » quod haec bona sint ipsorum, quia malunt ea in hoc misera-  
 » riam vero, per quem transimus, duntaxat, possidere,  
 » quam in coelesti habitatione, ubi aeternum manere spa-  
 » ramus. Jactent, quantum voluerint, sapientiam suam et felici-  
 » tatem, sed nos foveant eum libertate eo, quod pauper-  
 » tatem et stultitiam nuncupant.

» Imò, si id opportunum judicaverint, se ficta pietatis  
 » velo contegant, atque gloria Dei, cujus majestatem ope-  
 » ribus suis ignominia afficiunt, studiosissimos se simulant:  
 » stultos non appellant, atque se solos sapientia luminibus  
 » illustratos esse jactent: ipsi cum Christo respondebimus,  
 » quod filius saeculi sapientiores sint filius lucis; sed simul cum  
 » ipso addamus in generatione sua, id est, in profanis ac mundi  
 » negotiis.

» ~~Habeantur si oportet in hoc saeculo~~  
 » Habeantur !: quoniam ita volunt: nobis prudentiores;  
 » carent, ut in corrupta generatione sua ipsorum sapientia  
 » sit admirationi: in extremo die illorum stultitia ipsis non  
 » minus exprobrabitur. Sint contenti, felices, in aulis Regum  
 » accepti: at nos, quibus haec commoda perniosa videntur,  
 » quique matuimus, ne pravorum suorum exemplorum con-  
 » tagio morum nostrorum puritatem vitiat, ipsorum fugimus  
 » consortium, quia spiritu illorum vivere detrectamus.

» Praesertim fiaddit idem S. Paulinus: Societatem illorum  
 » evita, qui bonam doctrinam non sectantur, qui, postquam  
 » se ipsos seduci promiserunt, alios seducunt, qui omnibus men-  
 » tis suae aberrationibus se tradunt, et qui postquam in fide  
 » naufragium fecerunt, se iniquis suis desideriis in mortis  
 » abyssum praecipitaverunt.

» Fuge, mi frater, fuge hos periculosos homines profanis  
 » novarum expressionum suarum subtilitatibus, vanis et  
 » ridiculis questionibus, inutilibus et temerariis disputationi-  
 » bus illorum diffide, ne illos auscultando fides tua et pietas de-  
 » bilitentur.

## XI.

» Fugere oportet proximas peccandi occasiones, imò a  
 » remotissimis etiamnum sibi precavere.

## XII.

» Si occasiones peccati amplectimur, tunc mundo, carni,  
 » et demoni nos subjicimus, mundo qui est depravatus,  
 » carni, quae est infirma, demoni qui est malignus et  
 » astutus.

49.

50.

Mali nos circumstant atque in unum sese cogere videntur, ut nos perdant: inquit S. Chrysostomus, omnes tendunt arcum suum, ut lethifera tela in nos vibrent. Unus aures nostras adoritur, quas Detractionibus et Dicitariis aperire conatur. Alter puritatem nostram tentat et adoritur per objecta et modos lascivos: Iste nos suis injustitiis et usuris implicat, ille suis vixis et vindictis.

\* Hom. 22. ad  
populum

Præterea caro est infirma et facillimè corruptitur, et hæc est ratio cur Spiritus Sanctus nobis tam excellentia et gravia tradit Documenta, ut nos à periculo removeat, in quo innocentiam nostram amitteremus.

Ne sedas!: inquit: cum muliere suspecta, nec ei appropin-  
quas ut comedas cum ea: prima præcautio. Non solum ne comeres  
cum ea, sed et ne in ipsius consortio inveniaris, nec ipsam  
audias, ne illius illuciorum vi pereas: Secunda præcautio. Non  
modo ipsius consortium evita, nec ipsi aures præbe; sed averte et  
etiamnum oculos tuos ab ipsa, et ubi in plateis fueris, alienas spec-  
cies non circumspicias: tertia præcautio. Denique quamvis  
aliquando cum ea vixeris, ne propterea te securum puta: carnis  
tua infirmitati et tam periculosi objecti illius diffide. Imò nec  
cum muliere alterceris, ne fortè declinet cor tuum in illam, et  
et post has mentis altercationes mutui affectus sensa capia-  
tis, simulque ambo pereatis.

Suntur occasiones, in quibus honestas, vicinitas, Decentia, 51.  
imò necessitas ipsa cum altero sexu conversari, manducare et  
bibere permittunt: Sed oportet semper timere, passionibus  
suis invigilare, et omne Scandalorum ac Suspectum commer-  
cium evitare.

### XIII.

Cum ad S. Hieronymum graves quærelæ delata fuissent  
circa temerariam pudicæ ejusdem agendi rationem, quæ  
adolecentem lectorem apud se recuperat, cui curam negotio-  
rum suorum committebat, eam statim initio rogat, ut sibi per-  
suasum haberet, quod ad eam non idè scribat, quasi Sinistram  
quidpiam de ipsa judicaret; sed ne pergeret aliis ansam præ-  
bere, undè injuriosas suspitiones adversus eam concipere pos-  
sent. Postmodum ipsam monet, quod licet ipsius conscien-  
tia in nullo eam reprehenderet, tamen fama sua, nec ul-  
lum scandalum præbere debeat.

Si adhuc virgo es, inquit ad illam, cur matris tue præsen-  
at oculos refugis? at si te corrupti permisisisti, quare non nu-  
bas? Id saltam tabula esset, quæ post paratam peccati  
tui penitentiam naufragium evaderes.

Si adhuc es virgo, stude semper virgo esse: cur in domo matris, ubi quotidie vel vincere vel mori oportet? An quis unquam securis apud viperam dormivit, quae, quamvis non morderet, tamen metum incutit? ..... Cur matrem tuam dereliquisti, ut hominem sequereris, qui fortè suam totamque familiam suam deseruit, nisi quia lepida et suavis est indolis, materque tua tibi creat molestiam?

Verum an ipsum secuta es dum adhuc apud matrem tuam eras, verum an eum invenisti postquam illam deseruisti? Si ipsum secuta es dum adhuc cum ipsa habitabas, non amplius querendum est, cur eam deserueris: Si eum post team à matre discessionem et separationem invenisti; inde notum fit, te apud ipsam non habuisse quod in consorcio huius hominis reperisti.

Si dicis te de tua innocentia securam esse, et quòd, cum haec testem ab iudicem tuarum actionum habeas, non cures quid homines dicere possint; audi apostolum, qui vult ut bonum fiat non solum coram Deo sed etiam coram hominibus.

## XIV.

Crede mihi, ab hoc homine te aliena, potes illo uti in negotiis, in quibus auxilium ipsius tibi necessarium est, et simul fama tua consulere. Quando cum ipso colloqui volueris, id coram amicis vel domesticis tuis fiat: testes non sunt pertimescendi, quando nihil agimus, quod ab aliis non refugimus videri. Sine timore tuam domum ingreditur, et pariter ex ea egreditur. Integrae civitatis murmurationes cohibe. Ajunt, quòd nomina vestra mutaveritis, tuncque illius, ille verò tum ~~apud matrem~~ assumerit. Rumores hi ad aures matris tuae et fratris tui veniunt, rogantque ut ipsis liceat vos ab invicem separare. Redi ad tuam matrem, et homo ille mansat cum fratre tuo. Cum decencia sororum fratris tui diliges: et matri tuae honestius erit observantia prosequi amicum filii sui, quam filia sua. Quòd si consilia mea et monitiones contempseris, liberò in haec verba prorumpam: Cur sororum alienum abducis? Quae haec dicit plautus loquitur rubram tibi incutiant. Dum hic homo suas lectoris functiones in Eclesia peragit, omnes in te oculos defigunt, atque tu tam pariter arboris, ac si ve ipsa maritus tuus esset. Non tibi clandestina commercia sufficiunt, cum scandalum et occasionem peccandi comprimere deberes, permanes sub innocentis libertatis praetextu cum adolescente homine,

qui vix barbam habet, tu, quae non nisi viginti quinque  
as annorum.

XV.

52.

In mundi commercio de nulla re diffidunt homi-  
nes: cum tamen in ea omnia sint timenda. Volunt ama-  
ri et aestimari, et credunt tenentur pro tenentur non  
retributum iri. Honesta mulieres fugiunt virorum con-  
sortium, quorum mores et sermones sexus ipsarum pudor-  
em laedunt: Et illa quae illarum virtutem non habent, se  
infirmis illis, quae cum ipsis natae sunt, immunes  
esse jactant. Severae volunt videri, sed non semper  
quantum esse deberant, tales non sunt. Lanocinia contem-  
nunt, sed tandem eis cedunt. Quidam sunt liberales et  
generosi, haec ipsorum indoles, sed consortium avarorum  
et univariarum omnia destruit, victoriam disputant, sed  
sensim eam perdunt; impudica mulier non semper talis  
fuit; sed quamprimum se ipsam perdidit, etiam alios per-  
dit. In saeculo uno ubi publica effronata licentia fit pro-  
fano, ubi libidinum eventus et commedia impudenter  
pradicantur, nulla est pro innocentia anima securitas,  
undique lascivitur, labafatur et oppugatur.

XVI.

Jacob erat vir; justus, quando à terra sua exiit; at-  
men se apud fratrem suum, qui iniquus erat, tam parum  
securum arbitratus est, ut in Mesopotamiam secesserit.  
Moyzes erat vir justus, quando morabatur in Aegypto;  
inde tamen exiit, ne idolatrae aula corruptio mentem  
et cor ipsius depravaret, vel principis ethnici auctoritas  
ipsum induceret ad malum perpetrandum, quod refu-  
giabat, inquit S. Ambrosius,

XVII.

Difficile est admodum homini avarienti, qui man-  
sam videt optimis faveolis coopertam, ne illis manum ad-  
moveat; alii magna febrili laboranti etiam admodum  
difficile est, ne id quod ipsi offertur accipiat, quamvis  
sciat illud ei esse contrarium. Rarum est, ut ille,  
qui lusum amat, aulam in qua luditur, ingressus, non  
etiam lusu se immisceat, quamvis non ignoret, quod  
quoties ludit, in imprecationes et blasphemias erum-  
pat ubi pecunias suas perdit. Rarum est, ut furiosus co-  
ram inimico suo iram suam reprimat, atque adolezens pas-  
sionem suam cohibeat quando cum venustis et fastis mulie-  
ribus secreta colloquia miscet.

u lib. de fuga  
Sauli c. 7.

Hæc est nostra imbecillitas, ut in peccandi occasio-  
nes nos conijciamus. Oculi nostri iis quæ vident, capiun-  
tur, aures iis quæ audiunt, manus iis, quæ attrahunt.  
Quid simile habet, quod tunc nobis vim inferamus, quod  
super theatrum formosas personas videamus atque canen-  
tas audiamus, quin commovsamur, et in hac commotio-  
ne an totam virtutem nostram conservamus?

## XVIII.

54.

In quo confidere possemus? an in bona indole nostra,  
aut in potestate, quam in nos habemus? Verum an arbi-  
tramus nos in nos ipsos atque passiones quas semper de-  
mulsimus, majus imperium habere, quam habuerunt  
Sancti, quorum tota occupatio fuit removere objecta  
illas irritantia, illas domare ac in servitutem redige-  
re precibus suis, lacrymis, auctoritatibus et secessu?

Sola extrinseca species, simplex umbra peccati illos  
terrunt. Cum vigilantius timiditatem S. Hieronymi  
irrisisset, qui innocentiam suam in civitatibus haud  
tutam arbitratus in desertum secesserat; hæc ipsi Sanctus  
vir iste respondit: *metas ne hostis, quæ mihi occu-  
rat, his formis immoveatis, quod tu non times metus. Me-  
tus ne inimicus, qui mihi occurrat bilam mihi moveat,  
metus ne impudica mulier, quam videbo et alloquar,  
cor meum demulceat. Tu meam timiditatem rides,  
sed ego vesaniam tuam fiduciam doleo. Hæc, ais, non est  
dimicare, sed fugere. Permane quantum volueris, in  
proalii campo, repelle eos omnes, qui in te impetum faci-  
ent, ut iis devictis coroneris: quod me spectat, fateor infir-  
mitatem meam, nolo dimicare sub spe reportandi vic-  
toriam, ne illam amittam.*

Si fugis, ictus qui mihi infligi possunt, amolior. Si  
prostram atque stem, aut vincendum aut cadendum erit.  
At varò qua necessitas dimittendi certum, et incertum  
amplectendi? Quando hostem meum fugiam, nihil  
in me poterit; quapropter me ab illo separe, et ipsius  
consortium devito, ne vincar.

Si magnus hic Sanctus remotissimas etiamnum  
occasioes, imò improvisum occursum reformidabat;  
quid cogitari potest de iis, qui in mulierum circulo libere  
et familiariter ipsis colloquuntur, qui erga quardam ea-  
rum aspiduitates, obsequantias, et suspectas familiarita-

\* lib. 2. cont.  
Jovinian.

tes habent? Fortè vitam agunt austeriorem, quam S. Hierony-  
mus; fortè calor in vultibus eorum est. Insuper, atque fre-  
quentiorum lapidum ictibus pectus suam tundunt; fortè  
vigilia ipsorum longiores sunt quam illius vigilia fuerint;  
fortè illius exemplo noctes integras flaxis in terram genibus  
transigunt; fortè se maximo hyemis frigori, et vaheman-  
tissimis aestatis caloribus exponunt: hæc ab ipsis fieri vix  
apparet. Verùm S. Hieronymus sibi ipsi timabat, ea que  
dixit, sint ipsis ad conditionem: Quid facit Monachus in  
cellulis foaminarum? Quid sibi volunt sola et privata col-  
loquia, et arbitros fugientes oculi?

XIX.

55.

Curiositas, Desidia, effrenata licentia viros et foeminas ad  
peccatum impellunt. Curiositas perdidit Dinam, alienas et ex-  
traneas mulieres videre voluit. Desidia Davidam tentavit,  
tranquillus sedebat in palatio suo eo tempore, quo Reges solent  
ad bella procedere, inquit S. Scriptura. Effrenata licentia  
ad libidinem filium prodigum induxit: quasivit et adama-  
vit illas mulieres, que cupiditati suæ satisfacere poterant.

XX.

56.

Suito, quòd speciem foederis cum morte percipis, quom-  
am in medio laqueorum ingredaris, qui undique tibi tansi-  
suerunt. S. Chrysostomus\* in hæc verba Authoris libri Eu-  
lasiastii istud animadvertit: Non sicut, Vide, Sed Suito.  
Cum ratia et laquei sint occulti, oculi eos non vident.  
Cum periculum et mors evidens haud cognoscatur, longè ali-  
is precautionibus utendum, quòd lapsus vitetur.

\* Hom. 15. ad  
populum

Si de faciundo lucro agitur, ne lucrum istud solum atten-  
das, serio perpende et examina, num illud sine peccato sus-  
cipere possis, et quamprimum animadvertaris id fieri non pos-  
se, tum recede. Si voluptas quædam se offert, ne id, quod  
apparet, attendas, sed quod latet. An Deum offendas illud  
accipiendo? Si ita est, fuge et separa te ab occasionibus pe-  
riculosis.

XXI.

57.

Probi non minus quam peccatores tenentur fugare sa-  
lutis pericula, et laqueos, quos Daemon ipsis tendit; è contra-  
rio, quanto majora dona et gratias in ipsis deprehendit, tan-  
tò magis ipsis ea auferre satagit. Latrones et grassatores  
pauperas viatores non adoriuntur, sed eos, qui auro et ar-  
gento sunt onusti. Atque inde sequitur, quòd quanto quis  
pluribus pollet virtutibus et donis, tantò magis sibi à variis  
dæmonis insidiis precavere debeat; enimvarò si se adversus  
quosdam duntaxat illius aggressiones munit, ceteras varò  
non curat, tum se periculo exponit omnia perden-  
di.

Versutus et à jam tot saeculis in pugnando exercitatus, si-  
mus Sapa simulatas facit inruptiones, ut homo se totum var-  
sus locum, ubi majus periculum instare videtur, convertens,  
nae satis sibi adversus ea, ubi se tutum arbitratur praecavens,  
tentationibus, quibus ipsum impetit, succumbat. Omnia  
sunt timenda, sive peccatoribus, qui jam lapsi sunt, sive  
justis, qui periculum subeunt singulis momentis cadendi.  
Minima occasiones, quibus subest periculum, debent ipsis sus-  
pecta esse, quippe cum salutis ipsorum inimicus nihil ex sua  
parte omittat, quò eos perdere possit.

## XXII.

58.

Nunquam satis nobis praecavere possumus adversus pericu-  
lum nos ipsos depravandi, et quò pretiosius habemus amittan-  
di: En grave consilium quòd S. Augustinus dat Monialibus  
Hypponensis Monasterii, in quo soror ipsius tanquam Abba-  
tissa mortua fuerat; et id ipsum est quòd Regula Sancti Au-  
gustini nuncupatur. \* Si aliquò ioveritis, nihil unquam in  
vobis appareat, nisi quòd Sanctitate status vestri dignum sit,  
nae intuentium oculis quidpiam honestati contrarium in-  
gerat. Si intuitus vestri in aliquam ferantur, saltem in  
illum defixi non maneant. Vobis prohibitum non est viros  
aspicere, quando in via vobis occurrunt, sed tantum eos as-  
piciendi desiderium, vel optare ut vos intuantur.

\* Nota quòd primis  
Ecclesia saeculis  
Moniales non  
habuerunt clau-  
suram.

Fugite occursum, sensusque vestros refranate, nam non po-  
testis dicere, quòd castum cor geratis, nisi oculi vestri casti  
sint, quia oculus interpretatur duntaxat est cordis, et quando duo  
corda sine ulla lingua ope sibi invicem colloquuntur, certi  
quidam incontinentia nuncii mutuo mittuntur, qui quam-  
proximum gratantur accipiuntur, animam corrumpunt, frus-  
tra corpus manet virgo, id sufficit ad amittendam castita-  
tam.

In castrum illa, quae in viros oculos defigunt, atque li-  
benter habent, ut viri suos in illas defigant, sibi imagi-  
nantur, id ab aliis non adverti; nam ii, de quibus minimè  
suspiciantur, id vident. Verùm quamvis homines id non ad-  
verteant, quia oculos illius fugere possunt, ut nihil oculum  
tum esse potest?..... Igitur timor Supremo Domino Displi-  
candi à corde vestro expellat omne desiderium placendi vi-  
ris. Oculos vestros in ipsos non defigatis, si serio cogitatis, quòd  
ipse suos ad omnia apertos habeat..... Quando simul estis in  
Ecclesia vel ubicunque reperiantur viri, vigilate, et adversus  
periculum vos munite.

## XXIII.

59.

Demon prout ut buccinarum sonitu terreatur, quin potius  
ubi clavicum canitur, agendum, agendum ait; ipsumque con-

fusa exercitus ad confligendum parati vociferationes delectant; ita id nobis apud Job dapingitur: namque prout exponit S. Gregorius\*. Cum hic salutis nostrae inimicus omnes adhibeat occasiones, quibus consilia sua optatum consequantur finem, illas omnes formidare debemus, nec temerè nos eis implicare. Nihil non tentat, quò animam seducat. Si ipsa uni tentationi resistit, statim alias supponit. Si una occasio illum fallit, novas substituit, nisi sapiens et continua providentia ipsi obstat. Ut ut exiguus ipsi concedatur aditus, tum hæc temeraria facilitate ad suum commodum abutitur. Anima obsepta, circumventa, et undique impetita tandem cadit, et quia prudentia caruit, se in id conjicit, ad quod hujus astuti hostis malignitas, et propria sua cupiditates illum impellunt.

\* Lib. 31. moral.  
c. 31.

Veneri Dei miles aliam agendi rationem inquit: Procul odoretur bellum, quod ipsi induitur, vel propriis vel aliorum lapsibus adortus, inquietà vigilantia mala, quæ ipsi possunt inferri advertit, nec non anticipat, quam ipsi spiritus tribuit, prudentia eadem, quæ ipsi inferri possunt, mala providens, sibi præcavet à peccatis, quæ, si in ea laboratur, justo pudore ipsum afficiunt.

## XXIV.

Proterea, inquit S. Gregorius, cor sum præmunitis propugnaculis cingit, nec cadat in manus hostium suorum, qui modo non nisi ex una parte, modo ex pluribus aliis illum adoriuntur, qui modo viros suos partivertunt, modo conjungunt. Inilio non est nisi mendacium, mox erit perjurium. Inilio non est nisi levis intemperantia, postmodum erit habitualis gula. Savatâ nostrâ ipsorum estimatione incipimus, inde ad superbam jactantiam deflectimus: et quia arbitramur alieno merito nostrum immitti, non nisi cum amara amulatione laudas, quæ proximo nostro tribuuntur, audimus, et quamprimum se offert occasio alios contemnendi, ut nobis conciliemus estimationem, tum ex illa compendium facimus.

## XXV.

Cum ubique reperiantur Amorrhæi cum Israëlitis, Cain cum Abel, Immaël cum Isaac, Esau cum Jacob; oportet ut ille, quem verum salutis suæ desiderium afficit, malis societatibus, in quibus est, diffidat, ut, quantum potest, occasiones se ipsum parvartendi devitet, non alia loca quaerendo, sed aliam vitam ducendo. Oportet ut sibi cum S. Augustino\* dicat: Si vides malos, ipsos quantum est in mea potestate, corrige; si illos corrigere non valeo, nec ipsorum vitare consortium, ipsos tolero; sed me à palca separo, ne quod ipsa est, fiam.

60.

\* Tom. 7. lib. 3.  
cont. Crason. c. 29.

## XXVI.

Gratia Christianismi est gratia separationis et conjunctionis, nos separat et conjungit. Nos separat, quia est gladius;

nos conjungit, quia est vinculum; nos separat à malis, et Deo conjungit, et his duabus rationibus nos ab omnibus, quae iuri displicere possunt, sejungit.

Excellentia gratia, mundi malignitas, propria nostra ad malum propensio, nos obligant ad fugam periculorum occasionum. Nihil adeo pretiosum est, ac thesaurus, Irachona et margarita illa, de quibus in Evangelio fit mentio: Et, iuxta SS. Patres sub his Symbolis nobis exprimitur gratia, quam Deus in animabus nostris diffundit, ut de natura nostra corruptione triumphare valeamus. Nobis concredita est velut depositum, quod conservare, adeoque occultare debemus, ne nobis auferatur. Deprecari desiderat, inquit S. Gregorius, qui thesaurum publice portat in via.

\* Hom. ii. in  
Evangel.

## XXVII.

62.

Certum est, quod fortissima virtutes mundanorum hominum societati ordinariè quidpiam rigoris et et puritatis suava relinquunt: Quid ergo erit de illis, quae infirma sunt et vacillantes? Columnae conquestratae sunt; quid erit de arundinibus, quae ad omnem vantum inflectuntur? Non est color ita candidus, qui urantis canicula ardoribus expositus, si non omnino saltem subniger ~~exstat~~ non evadat. Vix est vita adeo bona, quae in vitiorum consortio, vitio quodammodo non inficiatur; si non omnino remittit, atque dissolvitur.

## XXVIII.

63.

Gratia in secreto cordis recipitur, inquit S. Bernardus, in silentio et secreto conservatur. Jesus Christus adhuc in suis fasciis circumdatus Herodem fugit: Maria mater ejus ad Angeli aspectum turbatur. Elisabeth Joanne Baptistà gravida se occultat: admiranda sapientis secretis exempla, quae Evangelium nobis suppeditat! Quid Christo ab Herode timendum erat, ipse qui inhumanum hunc persecutorem unquam sua invidia et hyperbia ministris perdere poterat?

Haec omnia peracta fuere ut intelligeremus, quod, cum ex nobis ipsis non simus nisi infirmitas et peccatum, nihil tutius agere possimus, quam si nos occultemus, à periculo longe recedamus, atque quodammodo salutis nostrae hostibus invisibiles non efficiamus, prout ipsemet se vis, qui ab eminenti, in quo erat, loco <sup>eam</sup> praecipitare volebant, invisibilem effecit, atque per medium illorum transivit, transiens per medium illorum qui illum cognoscerant.

transiens per  
medium illorum  
qui illum cognoscerant.  
ibat. Luc. 4.

## XXIX.

64.

Mirum, quod quamprimum quis se devotioni addicit, inveniat, quemadmodum filii Israël, Aegyptios, qui hanc nascentem vitam, et sanctitatis infantiam suffocare conantur, inquit S. Bernardus\*. Iam quod magis adhuc mi-

\* Sum. 3. de Epi-  
phania.

randum, non solum apostoli pietatis Christianae hostes, ut infide-  
les et religionis contemptores, sed et interdum illi, qui vitam  
religiosam, et ab execranda illa morum perversitate immu-  
nam agere videntur nos adigunt, ut ab illis nos separemus qui  
in talia labuntur.

Magdalena inter Apostolos offendit Judam, qui proteritiam  
illius profusionem improbat, quam ipsemet Jesus Christus bo-  
num opus nuncupat. Inter Pharisaeos Simon hujus poeni-  
tentis lacrymas vituperat, illiusque demissionem videt. Inter  
amicos Job, tres inveniantur, qui ipsius patientiae insult-  
tant; imò propria ipsius usoribum ad murmurationem  
et blasphemiam inducere vult. Davidi non modo Semei  
maledixit, sed insuper Michol uxor sua offenditur, quòd  
ante Arcam cum saltare videat.

Bonum opus  
operata est  
in me.

Quanta morum licentia, cum ii, qui eundem Deum co-  
hrent, idem loquuntur, quòd incircumcisi! cum ii, qui in  
navicula Simonis Petri sunt, sibi imaginantur videre  
phantasma videndo Jesum Christum super aquas ambu-  
lantem, volo dicere, cum peccatorum vitam mutantium  
et depravatas saeculi aquas ~~hauriant~~ pedibus concul-  
cantium valut imaginariam et phantasticam habent! Exis-  
timabant se spiritum videre, dicebant, quia phantasma est.

Luca 23.  
Matth. 14.

Aliqui cum ipsos ad pugnam animare deberent, eorum in-  
fringunt animos; alii circa futuram illorum remissionem  
injuriosas effutunt prophetias; alii de eorum severitate  
conqueruntur, atque ipsos incusant, quòd legem Dei nimis  
ad litteram sumant; et multi tam subita mutatione per-  
culsi, existimant se spiritum et phantasma videre.

XXX.

65.

Valde difficile est, ut anima adhuc tenera et labilis  
dieu salutis suae inimicis resistat, nisi ab occasionibus, quas  
ei, ut illam denovo prioribus flagitiis suis implicent, offe-  
runt, se abalienet.

Quando tempore Nehemia et Esdrae reaedificata fuit civi-  
tas Jerusalem, prima cura fuit, ut filii Israël ab omnibus  
alienigenis separarentur. In primis id etiam ei, qui ad hoc  
vitae genus vocatus esset, utile foret, si cum improbis corporis  
etiamnum et habitationis divortium faceret. Verum quia  
innumeri prope homines per suam conditionem et statum,  
dignitatibus, commerciis saeculi sunt implicati, id consili-  
um capere debent, ut scilicet interna solitudinis speciem  
sibi efficiant, ubi, quamvis in Aegypto sint, tamen sicut  
Aegyptii non vivant; ubi, quamvis in Babylone et Ninive  
manducant, tamen nec ut Babyloni, nec ut Aegyptii mandu-  
cent, sed à cibis, qui Israëlitis vetiti sunt, abstineant, atque  
incircumcisorum idola execrentur.

66.

XXXI.

Salis est gratia Christianismi: gratia non pacis sed

\* Non vani pacem mittare in terram sed gladium.

\* Si pes tuus scan- dalizat te, projice e.

\* S. Aug. in Hfal. 39.

belli \* cum impiis; gratia separationis a fatalibus consor- tiis illis, ubi quis sapie innocentiam suam amisit, et qua longe a se rejicere oportet, quamvis aqua chara essent ac oculus et manus dextera, quando sunt lapsus et scandali occasiones: gratia, quam S. Augustinus intuetur valit magnum Dei donum, quan- do quotidie inter mundanos versamur, nec tamen propterea a via mandatorum ipsius recedimus\*: gratia vigilantia et ti- moris, unde juxta Sapientiam, qui timorem hunc semper ha- bet, beatus munipari potest: Beatus homo, qui semper est pavidus.

XXXII.

67.

Innumerorum hominum presumptio, qui sibi adulan- tur, se posse conservare innocentiam suam in medio peri- culorum, quibus se exponunt, est directe contraria timori illi adeo Sapienti et felici; sine suspensio se periculo impli- cant, ac si nulli vulnere essent obnoxii; ac si demonis tela non satis acuta essent ad vulnerandum cor ipsis omnino aper- tum.

Comedia, chorea, spectacula primis Christianis adeo invisa facta sunt modernorum oblectamenta: in eis non ex neces- sitate, sed ob solam voluptatem periculum suberunt amittendi gratiam, qua in sanctissimis locis tuto servari vix potest: coe- ca et praecipua cupiditas infelix dux est, cui se tradunt, et in medio regionis peste infectae temerarie presumunt, se ab alto auxilio recepturos, quae cor a publica contagione munit.

XXXIII.

\* Salvabuntur, qui fugerint, et erunt in montibus quasi columbae in vallibus omnium tropici. Ezech. 7.

\* Nolite loqui dare diabolo.

\* In hac verba Apostoli: Noli- te dare locum diabolo.

Quarite ab Ezechielis, quinam recepturi sint gratiam laber- tis? Si nempae, respondebit ipsa, qui fugerint, atque velut timi- da columba ad montes se recuperiat, vel in profundo valium se occultaverint. Quarite a Salomone, quinam cum quadam securitatis specie vivere possint? Si, dicit ipse, qui sapienti providentia laqueos, qui ipsis tenduntur, devitant. Qui cavet laqueos securus erit. Quarite a S. Paulo, dicit ille: Si innocen- tiam vestram servare cupitis, nullum ad vos aditum date dae- moni. Claudendum est ostium cordis, ne tentator ingre- diatur, inquit S. Anselmus; tentator enim non capat pul- sari, ut irrumpat: si clausum invenerit, transit..... Hoc ostium habet duas valvas, cupiditatis scilicet et timoris. Aut enim cupis aliquid terrenum, et hac introat: aut timor aliquid terrenum, et hac sibi transitum aperit. Clauda hoc os- tium, et quodammodo securus vivere poteris.

68.

XXXIV.

In Dei misericordia salutis nostrae spem collocare, infinitis Salvatoris meritis niti, et credere nos nihil esse, nec sine ipso

quidquam boni agere posse quod aeternam mercedem mereatur, haec sunt Sorsa, quae fides et religio nobis inspirant: Sed hic sistere, et cupiditatibus nullum frenum injicere, omnes occurrentes occasiones arripere, nec molestas illarum consuetudines timere, funestissima est praesumptio.

Ab ipso petimus, ut omnem iniquitatis viam à nobis removeat, Sed nos monet, ut mediis, quae ad illas vitandas nobis praebet, bene utamur. Rogamus illum, ut nos convertat; Sed etiam ei promittimus, quod ad illum nos conversuri simus. Ab illo pendentes in ipsius misericordia confidere debemus: Sed postquam nos liberos nostrisque ipsorum Dominos efficit, oportet ut hujus misericordiae circa nos consiliis respondeamus: quanam autem sunt illa? Scilicet timete, fugite, vias iniquas devitate.

Surge! ajunt duo Angeli ad Lotham: tolle uxorem tuam, et <sup>Gen. 19.</sup> duas filias, quas habes: ne et tu pariter pereas in Salsare civitatis. Diffinientibus illo apprehenderunt manum ejus, atque à Sodomam cum eduxerunt cum tota sua familia, locutique sunt ad eum dicentes: Salva animam tuam, noli respirare post tergum nec stes in omni circa regione. Si ipsum falleret, qui tale miraculum expectaret; Sed qui vera salvari cupit, debet ex hoc consilio facere compendium, atque à peccati occasionibus longè abstinere.

Supplementum.

In hoc exiguo de occasionibus tractatu Author duas illarum species distinguit, malas nempe necnon ad peccatum impellentes; et bonas, quaeque à Deo provenientes animam ad Deum ducunt. Demonstratum est, cum quantà precautionem illas fugere, et cum quantà fidelitate istas conservare ac in bonum usum convertere debeamus.

Frateres quae de malis occasionibus illis, quibus ad Deum offendendum tentamus accommodari possunt ea, quae SS. Patres de mundo sunt elocuti, ut S. Ambrosius in praefato tractatu de fuga Sauli; S. Cyprianus Epistola ad Donatum; S. Eucherius ad Valerianum; S. Hieronymus contra Vigilantium, et in variis ad Matronas et Virgines Epistolis. Praeclara haec in rem elocutus est S. Basilus in suis Regulis, et in Homilia, quam edidit, ut ostenderat, quod Deus non sit author peccati, et in monitis ad filium suum spirituales.

S. Ambrosius scribens ad Francum haec eloquitur\*: Ne <sup>lib. 1. Epist. 4.</sup> <sup>70.</sup> xice sunt conversationes cum insipientibus, inficiunt Sobrietatem mentem, ac decolorant; quia sicut adhaerens Janitorem auturaris, ita cum perverso pervertaris. frequenter etiam acci-

Gratia non per se  
is a fatalibus con-  
em amittit, et quae  
hant ac oculis et non  
occurrit: Gratia  
num si bonum, quae  
re tamen propterea  
tia vigilantia et  
oram hanc semper ha-  
homo qui semper est  
tis, qui sibi adula-  
in suam in medio pe-  
te contraria timor  
ulo de periculo impi-  
; ac si demonis hic  
a cor ipsius omnino quae  
Christianis adeo in-  
i in eis non se naufr-  
m suberant amittit  
Servari via potest ac  
si se tradunt, et in  
i praesument, et in  
tagione manent  
turis sint gratia illi  
parint atque redit  
h in profundo valis  
; quoniam cum quae  
est ipse, qui sapientia  
devotant. Qui carit  
o, dicit ille: Si in-  
ad vos aditum dicit  
na tantator ingre-  
tor enim non cepit  
orit, transit...  
alis scilicet et timor  
hac introit: aut timor  
apert. claudere hor-  
aris.  
pen colorem, inficiunt  
hil esse, nec hinc

» Dicit, ut quis contra propositum suum intemperanter ambians,  
 » cum velit ipse continentiae disciplinam tenere, furore insi-  
 » pientia coloratur, meritoque contraria sibi sunt et repug-  
 » nantes disciplina et insolentia.

71. S. Augustinus lib. 3. Confessionum fatetur, quod in qua-  
 dam vitia lapsus fuerit, qua non perperasset, si ab ini-  
 » quorum consortio se separasset: Solus non facerem fur-  
 » tum illud, in quo ~~liberatus~~ non liberat quod furabar, sed  
 » quia furabar, quod me solum facere procius non liberat, nec  
 » facerem. Onimis iniqua amicitia! Seductio mentis, investi-  
 » gabilis ex hudo et joco nocendi aviditas, et alieni damni appe-  
 » titus, nulla levi mei, nulla ulciscendi libidine, sed cum di-  
 » citur: camus, faciamus, et pudet non esse impudentem.

72. Multa de hac materia proclara documenta inveniuntur  
 apud P. Labata. Ostendit, quanta sit in mentem et cor mala  
 occasionis vis; quanta cura nobis ipsis invigilare debeamus,  
 quod cum ei nos tradimus, magno damnationis periculo nos ex-  
 ponamus; quod multi quaerant occasiones male agendi, et  
 paucissimi bonum, quod ipsorum conditio et status exigit,  
 perficiendi.

73. Quantum ad occasiones, quas Deus nobis offert ad bonum  
 operandum, et ex quibus profectum facere vel maximè inter-  
 est, possunt videri ea, quae P. Albrigi, et P. Seigneri de Samaritanis  
 sunt elocuti: quod in iis, quae salutem spectant, nec mini-  
 ma quaeque sint negligenda; quod mulier fortis non modo  
 graviora domus sua negotia curat, sed etiam colum et fenum  
 apprehendat; quod non semper à maximis rebus salus nos-  
 tra pendeat, et quod ubi communes fideliter exequimur,  
 nos ad majores gratias recipiendas comparamus; quod pri-  
 ma sacrificia, quae Deo oblata fuerunt, ipsi super acervos lapide-  
 dum oblata fuerint, p.

### Oratio.

#### Oratio vocalis et mentalis.

Necessaria ad eam preparationes, fructus, qui ex  
 ea colligi possunt, diversi characteres eorum, qui  
 bene, et malè orant.

#### Sermo Primus.

Mulier Cananae à finibus illis aggressa, clamavit di-  
 cans: Misereare mei, Domine fili David,  
 Matth. 15.

74. Ministerium et exemplum mulierum adhibere ad  
 erudiendos atque ad officium revocandos viros, videbatur

Proferia 9. primae heb-  
 domadis Quadrage-  
 sime.

nobis valde inepta agendi ratio; nisi coneramus, quod Deus, defactus eorum, qui eminentioribus et sapientia or-

nati esse deberant, in quibusdam occasionibus suscitaverit Sexum, cui ignorantia et timiditas in partem esse videntur. \* Sum, quando Judaei rudes et dissoluti Sanctam legem \* Judic. 4. ignorarent, et mox in manus idololatrarum incarni essent, Dominus suscitavit Deborah, quae sapientia et fortitudine potens non modo de iis celebrem reportavit victoriam, sed et tanquam Judex in Israel constituta fuit.

Sum, quando ignorantia et afflictis premeret Israelitas, illustri Hilda doctrina et prudentia atque prophetica spiritu quem auferat, se ita commendabilem efficit, ut magnus Sacerdos Helcias non indignatus fuerit illam super gravissimis rebus consulere: Et quamvis nobis desessent probationes veritatis mulieribus tantam consolationem afferentis, nobis ob oculos ponamus alienigenam et idololatram, quae se in Jesu Christi benevolentiam ita insinuat, ut ipsa exclamet: O mulier magna est fides tua: fiat tibi sicut vis.

Gratia huic mulieri Cananaeae concessa, ab ipsius ad 75. eam obtinendam agendi ratio; en Fi: Mi unde consolationem capiamus, considerando, quod Deus, <sup>illius</sup> orationem benigne audiverit, unde erudiamur, ab ipsa discendo vera media nostras efficaces efficiendi. Unde consolationem capiamus ex eo, quod hic homo Deus, qui dicebat se non misum esse nisi ad oves, quae perierant domus Israel, cum tanta benignitate illos accipiat, quae ipsi erant alienigenae. Unde erudiamur, quod haec alienigena filiis regni significat, quid agere debeant, ut quod optant adipiscantur.

Illius ergo vestigiis insistamus, nec ipsa ab oculis nostris recedat. Discamus ab ea, quo animo affectos nosse oporteat, ut bene orare incipiamus: et hoc <sup>erit</sup> prima partis meae argumentum. Discamus ab hac muliere, quas regulas servare debeamus ad obtinendum effectum precum nostrarum: et hoc secunda pars mea erit.

Si in oeconomia vitae spiritualis oratio semper habitata fuit tanquam prima omnium gratiarum, et ut cum S. Augustino loquamur, tanquam gratia seminalis: Si haec gratia nos preparat ad ceteras omnes recipiendas, quae sunt velut ~~nobis~~ illius fructus, atque ab illa pendunt, videmus, auditores, improprie loqui, cum dicimus, quod ipsa est praeparatione indigeat, utpote quae suapte natura canalis sit, per quem ex gratia omnes, quas à Deo accipimus, ab infinita ipsius misericordia flunt.

Divisio

Ransj ma 76.



Soror mea, sponsa mea, dilecta mea, aperi mihi, caput me-  
um plenum est rore: Sed ex parte nostra, quanta indolen-  
tia! quantus tepor! nimis tranquilli in lacto nostro, pati-  
mur ut recedas: Et varò quis majus sentiat damnum, tu, an  
nos? tu, cui nihil deest? an nos qui omnibus caremus? tu,  
qui sine nobis semper felix es? an nos, qui sine te ad omni-  
um miserationum maximam reducti ~~sumus~~ affremus?

Oportet ergo! et haec est consequentia, quam ex hoc pri-  
mo Evangelii nostri textu auerere debemus: Oportet ergo,  
ut cum misericordia Dei Jam Christi ipsum urget egredi  
à loco in quo est, ut nos praeveniat, nos ex finibus Tyri et Si-  
donis patriam nostram egrediamur. Infelix et misera patria,  
cujus terra non nisi Sentes et Spinas filius Adam tribuit:  
Terra Canaan, quam fidelis Abraham ad se abhorret, ut Elis-  
zer servum suum juramento adstringat, ne de terra illa  
accipiat uxorem filio suo Isaac: Terra servitutis et male-  
dictionis in persona Cham, qui nomen suum illi tribuit; ter-  
ra, à qua egreditur Cananea, antequam conspectum Jem  
Christi subeat.

Hic istud exemplum vos rogo, Auditores, si cupitis ut praes  
vestra benignè accipiantur. Non dico, quòd Deus illas sit re-  
jecturus, atque si sint futura in abominationem, si illum  
in statu peccati oraveritis: Solus coecus credere potest, imò  
velut certum quid afferere, quòd Deus peccatores non audiat,  
inquit S. Augustinus.

78.

Sumus quia pecca-  
tores, Deus non au-  
dit.

Ita, ita, agrotos peccatores hos volastis ista Medicus au-  
dit, qui venit eos curare ut sanet. Sed quosnam peccatores,  
et quosnam agrotos? Suntne indurati peccatores illi, qui con-  
tenti quaedam verba praecipitantur recitare, et certas pra-  
cum formulas pronuntiare, quibus cor eorum neutiquam  
participat, à Deo postulant, quòd obtinere non curant;  
nampe odium peccati, et fugam occasionum, quae ad illud  
ducunt? Suntne agroti illi, qui durante quibusdam  
transitoriis auersionibus, et bonis intervallis, in suum au-  
xilium Medicum vocant, cui ex habituali odio insult-  
tant, et cujus salutaris, quas ipsis offert, potiones rejici-  
unt? Carnitis utique, <sup>qui</sup> diutius hinc immoretur, quòd haec  
illusiones nimis crassa sint, et quòd qui in tali statu  
Deum orant, sua saluti funestum ponant obstaculum.

Si ad eum bene orandum vos preparare cupitis, deseri-  
te Fi. M: amorem peccati, postulate ab ipso, ut rebellam  
voluntatem vestram cogat ad se mandatis ipsius submit-  
tendum; exponite illi, quòd in impotentia cor vestrum  
ex propriis viribus vestris ~~corruptis~~ ad eum converten-  
di morituri sitis in peccatis vestris, nisi vestri miseratur;  
rogate illum, ut in vobis confirmet, quòd jam incepit, ut

confirma hoc Deus,  
quod operatus es in  
nobis

in vobis restauraret bona illa, quae in Iudam amisistis, et quae vos ipsi voluntarie perdidistis, ut loca fluctuantium vallium illarum, quas mens vestra concepit et vos rejicistis, vestrum Iago rejicit, vobis tribuat iura et sinuosa Regni et justitiae suae desideraria, ut gratia ipsius adjuvemini, et extra fines Tyri et Sidonis collacemini, animamque vestram à demonibus qui illam cruciant, liberet.

Profecto, ut modo illi, qui ei gratus sit comparatis, oportet ut ei non denegatis id quod à vobis Deus comparatis, oportet ut ei non denegatis id quod à vobis exigit. Homo, inquit S. Chrysostomus, aliquid à Deo postulat, et vicissim Deus aliquid ab homine exigit. Homo exponit

Deus varias necessitates suas, et rogat eum ut illum ab iis liberet.

à necessitatibus  
meis ama me.

Deus praebeat homini legem suam, et obligat eum ad servandam illam.

Accipias quod à me postulas, ait Deus ad hominem, sed volo etiam, ut facias, quod à te desidero. Eae lex mea, volo ut eam serves, saltem ut eam servandi desiderium concipias; enimvero desidero tibi, quod si contrarius affectus sis animo, et si aures tuas avertas, ne ea quae tibi praescribit, audias, fundas ad me orationem, quam execrationi habebis: Qui declinat aurem suam, ne audiat legem, oratio ejus erit execrabilis Domino.

\* Proverb. 28. v. 9.

Inaudita verba! Sapienti non sufficit dicere, quod oratio quam hujusmodi homo ad Deum fundit, futura sit inutilis; ait, quod ipsi odiosa sit futura. Ipsi non sufficit dicere, quod Deus gratias, quas ab ipso postulat, ei sit denegaturus, sed addit, quod orationem ipsius execrationi habiturus sit, oratio ejus erit execrabilis Domino.

Ad preveniendam tanta infortunia oportet agredi de finibus Tyri et Sidonis, et ad Iasum Christum, qui vos prevenit, accedere: Conatus, quos nunquam sineo et serio modo adhibebitis, nisi illos rectè et ut oportet adhibeatis. Nisi eo animo affecti sitis, tum Deum videtis aliqua insultatis, Iudaei vestro libellum supplicum porrigetis, qui solus condemnationem vestram continet.

Fallaces et maligni filii Iudae, postulat à me sanctificationem nominis mei, et illud semper profanare vultis; adventum Regni mei, et toleratis, si illud deserere cogaremini, in quo cupiditas vestra vos detinet; expletionem sanctae voluntatis meae, et firmum ratumque apud vos manat vestram, quae mala est, facere; dimissionem debitorum vestrorum, et illorum numerum augere studetis; vestram mecum reconciliationem formatam, iuncta ideam illius, quam cum inimicis vestris inire promittitis, et ipsis ignoscere obstinatè renuitis, liberationem à tentationibus, et vos estis primi vestri ten-

tatores; remotionem mali, et omnium malorum maximum  
vobis placet. Discodite à me Subdoli, sunt mihi in honore:  
cupitisne ut eas benignè audiam, egredimini de finibus  
Syri et Sionis.

Verum an hæc prima præparatio Sufficit? Non Fi. M:

80.

En alteram, quam in continuatione Evangelii mai Deprehen-  
do, et qua nobis Cananaam ad pedes Jem Christi, quem ado-  
rat, abjectam exhibet.

Ad ipsum non venit, velut tot puellæ et mulieres mun-  
dane, cum vultu arroganti, Superbo oculo, immodesto et te-  
merario corporis habitu. Non venit, sicut insolens Pharisæus,  
insultare proximo suo, et exponere Christo falsas virtutes su-  
as: humilitar in terram prostrata, nihilum suum et misera-  
riam suam præ oculis habens, demissum cultum suavi et mi-  
sericordi filio David exhibuit; Venit et adoravit.

Non comparuit coram illo cum simulata humilitate, con-  
servans in corde suo Sersa, qua callidè composito corporis ha-  
bitu diffitari videbatur. Imò nec ipsi exponit, prout ani-  
madvertit S. Chrysostomus, quòd ipse rationem aliquam ha-  
bere deberat festinationis suæ, quæ quamprimum ipsius  
advantum noverat, ad ipsum veniebat. Nulium meritum tibi  
attribuit, ex eo quòd familiam et tenerimas amicitias suas  
deseruerit, ut eum adorare veniret, imò quòd auxilia, que  
filia sua prestare poterat, interrupit, ut pietati suæ sa-  
tisfaceret.

Enimvero, si attendere velitis, perspicitis utique, has scæpe  
esse rationes, quos amor proprius industria exaggerat. Benefi-  
cii loco virtutem nostram accipimus, ut illius meritum tue amur,  
et si temeritatem non habemus ei dicendi, quòd ipsius gratia  
digni sumus, in lætitia cordis nostri præterita bona opera nos-  
tra revocamus tanquam titulos, ad quos Deus, qui justus est,  
attentionem aliquam habebit.

Si pauperibus subvenimus, si ultra tempora ab Ecclēsia  
prescripta jejunavimus; si ex supernumerariâ mortifica-  
tione ab oblectamentis, qua sine peccato capere poteramus,  
abstinuimus; si cum inimico reconciliati sumus eo tem-  
pore, quo ultionem de ipso sumere poteramus; hæc bona  
opera recensemus atque de iis internè nobis gratulamur;  
et prout ut gratias, quas recipimus, velut dona gratuita  
consideremus, illarum mercedem velut per modum justi-  
tiæ cujusdam exposcimus.

Si palam et disertè non dicimus, quemadmodum mater  
filiorum Zabedæi: Dic, Domine, ut sedent hi duo filii mei,  
unus ad dexteram tuam, unus ad sinistram in regno tuo. ta-  
men tacitè et apud nos ipsos nobis dicimus, saltam ubi tam

magnam portionem ~~illis~~ nobis non obtingere quam aliis, quos arbitramur non tam diu ac nos patrifamilias operam praestitisse, sacro murmure, atque conquerimus, quia totum diu et aestus pondus portavimus, majorem mercedem non accipiamus quam illi, qui solum nona vel undecima hora ad illius vineam venerunt.

Tales sunt blanda amoris proprii illusiones; illusiones, quae gratius divinis periculosa ponunt obstacula, atque, pro-  
ut ait S. Augustinus, illarum fontes exsiccant: illusiones, aequae funesta in suis effectibus, ac injusta in suis principis.

81.

Nam juxta hunc S. Doctorem, magnum discrimen facien-  
dum est inter modum, quo ad Deum accedere oportet, et eum, quo ad homines accedimus. Ubi ad aliquem in sublimi loco collocatum accedere volumus, oportet ut ascendamus: et omnino contraria agendi ratione, quando volumus ad Deum accedere, cujus thronus in altissimis montibus positus est, oportet ut descendamus. Corda superba evahamini, quantum vobis placeat, Deus vestram audaciam indignatus ad huc altius se evahet; Ausdet homo ad cor altum, et elevabitur Deus; sed corda humiliata et contrita, ad ima, quantum poteritis, descendite, ibi Deum invenistis, et vobiscum descendat.

\* Off. 63. v. 8.

Admirabilis industria, quae Cananae ignota non fuit, in terram se ad pedes Domini Christi prostravit, ac indignitatem et ~~miseriam~~ miseriam suam exposuit; procul ut ai difficultatem, quam habuerat ad eum veniendi et suavissimas necessitudines suas descendi exponeret, agnovit se nihil mereri, et quod praestolabatur, a mera et gratuita ipsius bonitate proventurum. Non, non, nullis his amoris proprii nitida est; sed humiliata, confusa et in nihilo suo absorpta, solummodo ipsius misericordiam imploravit: et si aliter egisset, an unquam audita fuisset?

4 rationibus

Non audimini anima vana et superba, quae ad preces vestras preparationes omnino contrarias offertis. Nam quae ratio ne cum Deo agitis? Ipsius magnitudini insultatis, et procul ut humiliata vestra justitiam ipsius flectatis, superbia vestra ad iram illum concitatis. Equidem interdum humiliter ac necessitates vestras exponitis; at quamprimum hunc misericordiam statum abutati estis, statim mentem mutatis. Quamprimum prospera quidquam successit, inde gloriamini, et quamvis ad execrandam impietatem illam non deveniatis, quae superbum principem illum coabduxit, ut evagationem suam propria non Dei manus debere se afferat: Manus nostra exalta, et non Deus fecit haec omnia; quamvis, inquam, ad hanc sacri-

legam impietatem non deventatis, illius tamen Spiritum utrosumitis.

Ego, inquit Doctus vir ille, sum qui mihi hanc famam papari. Meis meritis et ingenii mei facultate hanc dignitatem adeptus sum, inquit ille alius. Mea verum gerendarum peritia has facultates mihi acquisivit, ait iste. Si gratia et authoritate apud Principes valeo, tum assiduitas mea et longa obsequia mihi eam consiliaverunt. Quid sunt haec omnia? Manum suam deorsulari, sibi que ipsi applaudere; haecque omnium impietatum maxima est, ait Sanctus vir Job.

Triniamus, Auditores, et postquam sequendo Evangelium manum quandam necessarias preparationes ad incipiendum bene orare vobis significavi, videamus modo, quasnam regulas servare debeamus, ut preces nostra prosperè succedant. Primum ea commemoravi, quae illas, ut sint dignae premio, procedere debent; modo auscultate, quoniam eas comitari debent, ut fiant efficaces: haecque Secunda partis meae argumentum est.

Tria in nostro Evangelio ex propria ratione mulieris Lannae sunt velut tot regulae, quas nobis reliquit ad orandum cum successu; nempè magna fiducia, magna prudentia, et magna perseverantia. Magna fiducia in misericordia Jesu Christi; magna prudentia in mediis, quae adhibet ad obtinendum ab ipso id, quod petit; magna perseverantia, illam non deterrat contentus, quo illam accipit.

Ipsius fiducia in misericordia Jesu Christi tam magna est, ut, quamvis nihil admirari possit, eam tamen commorari videatur. O mulier, quam magna est fides tua, quam magna fiducia tua! O mulier magna est fides tua. Haec duo simul confundo fidem et fiduciam, quia juxta mentem S. Bernardi\*, à se invicem divelli non possunt, atque saepe idem significant. Fides est mater fiducia, et fiducia est ornamentum fidei: ex fide nascitur fiducia, et haec ei novum splendorem tribuit.

Sicut tria dantur fidei genera, nempè fides praeceptorum, fides signorum, et fides promissorum; sic etiam tres sunt fiduciae species, quae eis respondent. Per fidem praeceptorum credimus in Deum, per fidem signorum Dei miraculorum credimus Deum, et per fidem promissorum credimus Deo. Nec haec accipiatis tanquam synonyma, seu verba quae sensum confusum efficiant. In

PARS 2.<sup>a</sup>  
82.

\* Serm. 25. de  
Divinis.

Deum credere est Sperare in eum et ipsum diligere, addit S. Bernardus; credere Deum, est sibi ipsius existentiam et infinitam potentiam persuasam habere; credere Deo, est nisi veritate promissionum ipsius, firmiterque tenere, quod ea facturus sit, que promittit. Existit Deus, et omnia potest: hoc nos miracula docent. Deus ille qui omnia potest, est misericors et benignus: hoc precepta nobis dicunt. Deus ille qui omnia potest et benignus est, magna nobis promisit, estque suis promissis fidelis: in hoc promissa ipsius nos confirmant; et inde nascuntur juxta sanctum Bernardum tres fiduciae species. De fide preceptorum oritur spes veritatis, de fide signorum seu miraculorum spes gratiae, de fide promissionum spes gloriae.

84.

Verum quia fides ad major est, quanto minor spaciatus videtur esse causa credendi; sic etiam fiducia est eo praestantior, quanto minor sperandi ratio exterius apparet; et hoc ipsum est, quod hujus mulieris Cananae fiduciam reddidit commendabilem, atque causa est, quod Jesus Christus dicat: Mulier magna est fides tua!

Ita, magna respectu status in quo est; nempe est idololatra. Ita, respectu avaritionis, quam Judaei erga populos inivernicos habent. Ita, respectu variorum obstaculorum, quae in ipsis verbis illius a quo omnia suum auxilium sperat, reperit; illam rejicit, atque ita loquitur, ut merito animum despondere possit.

Unde hoc provenit, Auditores? Ex agendi ratione quam Deus inquit, ut suos probet novosque meriti gradus fiducia ipsorum tribuat. Promisit se Israelitas ex servitute sua liberaturum, id praestabit; sed vias omnino oppositas inibit. Quando exitum suum ex Aegypto meditabuntur, labores ipsorum augere buntur. Quando aufugient, ante se ipsos mare et retro hostes suos habebunt. Et quamvis mare istud transierint, atque univarsus hostium suorum exercitus sub illius fluctibus perierit, an quod optant, in solitudine habebunt? Aqua ipsis deficiet, igniti serpentes ipsis lethalia inferent vulnera, et quando de deserto egredi volent, singulis diebus hostes novos offendant quibus eum dimicandum esse ipsis erit.

Deus promisit Joseph se fratrum suorum Dominum futurum; eis dominabitur; sed prius hi fratres ipsum vident, dure accipient, et vix non occidunt. Vult ut Jacob jure suo fruatur; sed prius ab Esau persecutionem patitur, et si à manibus eius evadit, à Laban clementius non accipietur.

Sic Domina electos tuos probas, et sic etiam cum muliere Cananea agis, ut inde fidem et fiduciam ejus commendabiliorem efficias. Nihil ad ipsam loqueris, et tamen ipsa te filium David nuncupat. Videris si aures non praebere, adinque negligere, sed hac negligentia ipsam cogit ut vehementius clamet: misere mei, adjuvame; prima regula, ut preces vestras efficaces reddatis: humilis nampe et generosa exemplo hujus mulieris fiducia.

Sed qualis fuit ipsius prudentia, et quali ingenioso artificio usa est, ut à Jesu Christo, quod optabat, obtineret? Apostolos, qui ipsum sequebantur, accersit, rogavitque eos, ut pro ipsa intercederent: Subsistamus hic et perpendamus ea, qua ingeniosa animadvertit S. Augustinus.

In mira bonorum et malorum confusione Danielis iusti cum Babiloniis peccatoribus, Abraham fidelis cum populis idololatri, Loth castus cum brutis Sodomitis, Daus circa illos et istos magna molitur, ait hic S. Pater. Mali exarcent bonos; sed boni interdum malos sanctificant. Mali invitati imò imprudentes conferunt ad remunerationem bonorum; et boni gaudent, quòd in malos gratias et benedictiones coelestes accersant. Quod bonorum meritum auget est persecutio, quam ab iniquis perferunt; et quod interdum conversioni et saluti malorum dat locum est bonum exemplum et oratio pro bonis quando adhuc sunt in terra exilii sui, et ipsorum intercessio, quando patria sua suavitatibus fruuntur.

Admiremur ergo hac occasione prudentiam Cananea, qua ut filiae suae sanationem impetrat, bonos Jesu Christi amicos accersit, eos, qui illam in suis itineribus comitabantur, et quos consuetudine sua honorabat, ad exiguum hunc electorum manipulum, qui cum frequentia miracula patrare videbant, et quibus nota erat ipsius magna propensio infinita misericordia sua thesauros in homines profundendi.

Nampe Apostolos accersit, ferè sicut vos accedatis illos, quibus Principem propius accedendi honor est, ut pro vobis gratias obtineant, quas sine ipsorum mediatione sperare non possitis. Tam acriter eos urget, ipsius lacryma et clamores, tam vehementer illos movent, ut Jesum Christum accedant, atque pro ipsa orant: Domine, ajunt ad eum, concede huic miracula quod postulat, ut abeat, quia clamat post nos.

Accedentes discipuli rogabant eum dicentes, Dimitte illam, quia clamat post nos.

Equidem addit Evangelista, quòd Jesus Christus eis respondeat: Non sum missus nisi ad oves, quae perierunt Domus Israël: sed an agrè tulit, quòd pro ipsa se interponerent? Non procul dubio, nam, cum postea ipsam ad eum venisset, cumque adorasset, illi quòd patebat, concessit, Et sanata est filia ejus ex illa hora.

ipsum diligere, et  
ipsius existantiam  
alibi; credens  
omiteretque tenens  
Existit huiusmodi  
is ille qui omnis pe  
cepta nobis dicunt  
is est; magna red  
lor promissa ipsius  
atum Remordum  
rtur, per unum, de  
la fide promissum  
nto minor spacia  
m fiducia est ad post  
rius apparuit; et la  
ea fiduciam reddi  
od Jesus Christus dicit  
is est; nampe est  
em Judaei erga popu  
variorum officio  
omne suum melle  
ita loquitur, ut  
agendi ratione qua  
meriti gradus sub  
ilos ex servitute  
minis oppositas in  
bitabantur, labori  
nt, ante se ipsos ac  
amris more ista  
ionem exercitibus  
nt, in solitudine la  
serpentes ipsi later  
deserto egredi volu  
quibusdam miraculis  
suorum Dominum fide  
itres ipsum venisset  
ult ut, factis, ipse  
paticitur, et sic  
non accipietur.

Ex his duas magnas veritates discite, fratres mei, prima est, quod in vanum probos, qui sunt super terram, et Sanctos qui sunt in caelo imploretis ut pro vobis orent, nisi ipsorum suffragiis preces vestras adjungatis, et nisi exemplo Cananae Jesum Christum accedatis, aique dicatis: Miserere mei Domine fili David.

Ad ima throni Dei vos prosternere debetis, ad petendum ab eo per infinita merita Jesu Christi filii sui gratias, quas optatis. Vestrum est vota vestra Deo facere velut unico adorationum vestrarum objecto, atque ei miseras vestras exponere. Vestrum est ei cum Rege illo posnitente dicere: Vide Domine humilitatem meam, et laboriosa poenitentia mea opera, et indulge mihi peccata mea. Vestrum est, ut prole quorum hic vos magis quam cujusunque alius agitur, dicere quemadmodum Cananaea: Miserere mei fili David, anima mea credulitate à demonio vexatur.

\* Vide Domine humilitatem meam, et laborem meum, et dimittite omnia peccata mea.

Secunda veritas, quam ex hoc Evangelii loco eruo, est, quod nihil ita miserum animae alicujus statum denotet, ac silentium eorum, qui se in ipsius favorem apud Deum interponere possent. Infortunati Judaei, quantum vicem vestram doleo, cum Dominus propheta suo dicit: Noli orare pro populo isto, quia non exaudiam te! Princeps nimis frequenter illi infidelis, qui te Regem constituit, quantum vicem tuam doleo, cum Samuëli dicit: Usquequo tu luges Saül, cum ego projerim eum à me.

An non quis crederet, quod ex simili admodum ratione Christus Jesus Apostolis suis dixerit; se missum non esse nisi ad oves, quae perierunt domus Israel? Id facile credere possumus, inquit S. Chrysostomus, nisi S. Matthaeus, qui istud factum historicum refert, nobis significaret, quod Jesus Christus nobis significaret, ei tandem gratiam, quam ab ipso postulabat, concesserit, sive quia voluit, ut deus eum accederet, sive patientiam ipsius exorare et proflare statuit, ut intelligeremus, quod hujus mulieris perseverantiae obligaverit miraculum, quod ab ipsius bonitate expectabat.

Anima suspiciosa et inquieta, quae statim primis diebus exaudiri vultis: coeci et turbulenti Bethuliae populi, qui Deo misericordiarum praescriptis limitibus fatuum capitis consilium civitatem vestram Holophorni tradendi, si intra quinque dierum spatium nullum vobis adiutorium venerit, quinam estis, ut cum tantâ insolentiâ providentiae et omnipotentiae Domini limites praescribere audeatis? quin è contra per sevarate in orationibus et jejniis vestris, ut humili pa-



ignominia epitheto utitur, ut cum majori importunitate gratiam, quam expectat sollicitet. Quod ais Domine equum est: Sed memineras, quod catelli adant etiam de micis, quae cadunt de mensa Dominorum suorum.

O mulier quàm magnae sunt fides tua, humilitas tua, fiducia, et perseverantia tua. O quantum exemplum, quod nobis praebes ad obtinendum à Deo effectum pro eum nostrarum nos consolari debet et audire! Quidquid acciderit, nunquam in nostris precibus animum nostrum despondemus, sine intermissione Dominum interpellabimus, et indignitate nostra etiamnum utamur ad obtinendas ab ipso gratias, quas speramus. A custodia matutina usque ad noctem speret Israël in Domino, inquit 3. Prophetas, copiosa est ipsius misericordia, et tandem miseretur nostri.

### Oratio.

Vocalis et mentalis  
Necessaria ad eam preparatio p.  
Sermo Secundus.

Pro Dominica  
5<sup>a</sup> post Pascha,  
et Rogationi-  
bus.

89.

Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. usque modo non petistis quidquam in nomine meo: Petite et accipietis. Joan. 16.

Ecce Christiani dies orationis et gratiae, Dies in quibus fideles in unum coeque manus suas in magnis suis miseris ad coelum attollunt, ut inde majorem adhuc obtineant misericordiam; Dies in quibus turmas Israël, unaquasque sub suo vexillo, et praesuntibus Tribus suae Praefectis incedentes coram vivente Socraris Ana se prosternunt, atque illius auxilium in variis suis necessitatibus implorare veniunt; Dies Danique in quibus Deus totius consolationis amplectens manibus super dilectum gregem suum effundit, et in quibus Filius Dei, qui de coelo in terram descendit, nobis, antequam deus illuc ascendat, dicit: promitto, ac juro vobis, si quid petieritis Patrem meum in nomine meo, dabit vobis.

Ad haec verba, Auditores, ne amplius conqueramini, nec de pondere oneris vestri, venite, et sublevarimini; nec de duritia servitutis vestrae, animvero libertas vobis promissa est; nec de vestra fame et indigentia, nam pauperes adent et saturabuntur; petite, quorite, pulsate, et invenietis, aperietur vobis, et preces vestras benigne audiantur.

Quis tam suavis et amoenis invitationibus non cederet? attamen cum dolore audio, quod tam pauci ex illis compendium faciant, ita ut Jesus Christus ipsemet Apostolis suis dicat, quod usque modo non patierint quidquam ab ipso. An in causa est ruditas et indolentia? An malis mentis aut cordis affectus? An Deo diffidimus? Vel an ab ipso res illo indignas postulamus? Hujus rationes in hujus sermonis contextu examinabimus, in quo, ut ad homiliae speciem verba Jesu Christi redigamus, modo orationis necessitatem, modo illius inutilitatem, modo vim conspiciemus. Oratio, an quod eam reddit necessariam. Usque modo non patieris quidquam, an quod inutilem efficit. Oratio et accipietis, an quod efficacem facit. Ab ipsius necessitate incipiamus.

Divisio

Qui dicit, quod absque auxilio orationis periculosus inimicis, et innumeris tentationibus possit resistere, remissionem peccatorum suorum, vel perseverantiam in gratia obtinere, vias malas, quas elegit, deserere, atque rectam in qua est, constanter ambulare, idem est ac si diceret, quod sine gladio et armis formidandis adversariis possit resistere, sine nervis et fulcro se sustinere, vel vivere sine alimento, sine remedio lethalem morbum eluctari, rectam viam sine lumine et luce inter innumeras alias malas tenere.

Pars I. ma  
91.

Oratio, quae in laicis libris omnibus hisce figuris comparatur, adhuc magis necessaria est homini omni, qui salvandi desiderat; et juxta S. Augustinum nihil melius necessitatem gratiae probat quam oratio, sicut etiam felicitatem orationis successum nihil melius ostendit, quam praepotens gratiae auxilium.

Si per nos ipsos à proelii campo, in quo adversus tentationum potestates pugnamus victoriosi redire possimus; in vanum, inquit hic Sanctus Doctor, apud Deum queremus id quod nos nobis conciliare possimus: Verum quia nec naturae bonitas, nec liberi arbitrii indifferentia, nec etiam vim legis sanctitas praesidium istud nobis tribuere possunt; nobis in hac impotentia necessario querendum est auxilium, quod nobis ipsis prestare non valemus. Lex quidem nobis ostendit quid agere oporteat et evitare, sed vires ad id agendum et vitandum nobis non tribuit: ad gratiam spectat hunc effectum in nobis operari, nostrisque precibus Deus hanc gratiam alligavit.

Lex nihil nobis praecipit, si voluntatem non habuerimus;

92.

nae oratio nobis esset auxilium necessarium, si voluntas nostra nobis sufficeret. Itaque humiliari, illine adjuvi resistimus tentationi, sed quomodo? Sollicitudine, qua à Deo gratiam ei resistendi petimus.

Ex una parte jubemur habere sapientiam, ne simus sicut equi et muli, quibus non est intellectus; sed ex alia parte jubemur eam postulare, huiusque expressum mandatum significat S. Iacobus. Ex una parte lumbos nostros praevigere, et in continentia vivere jubemur: sed ex alia Sapientia nos docet, quod eam habere haud valeamus, nisi illam Deus nobis tribuerit. Hanc à Domino postulavi, inquit.

Oportuit, ut praeclarum hoc S. Augustini principium statim initio ponerem ad firmandam et stabilendam ex subiectione qua erga gratiam constringimur absolutam orationis necessitatem. Si unâ non egeramus, alterâ facile carere possemus. At cum gratia ad dirigendum cum successu magnum salutis nostrae opus absolutè nobis sit necessaria, haec absoluta eam recipiendi necessitas, illam petendi necessitatem invictè probat.

93.

Qui in ipsa sumus, et quid hac occasione nobis agendum est? ut nos ipsos probe noscimus hinc atterere placeat hominis effigiem admodum naturalem sique simillimam, ut potè qua à Spiritu Sancto proveniat, quem Ecclesia dextera Dei digitum vocat.

Homo in natura consideratus non est nisi miseria et languor, est homo maridus. Omnium bonorum maximum amisit, illudque, si beatus esse cupit, recuperat necesse est, agens recuperatione; si per se ipsum illud recuperare possit, non ita lugendus esset; sed vires ipsius illum deficiunt, deficiens virtute, et non solum ita debilem sed etiam adeò pauperem se sentit, ut paupertas ipsius omnes suas divitias et abundantiam constituat, abundans paupertate.

94.

Nulla procul dubio ipsius conditione pejor esset, si eam eluctari non valeret: Verum ubi in hoc languoris et miseria, infirmitatis et paupertatis statu moratur, quod ab omnibus malis istis liberari possit, si namque ad Deum confugiat, qui procer ipsius benigne auditorus est, statim illarum necessitatem intadiget, atque cum gaudio tam gravi munere defungetur.

Hec ita evenit, addit ibidem Author libri Euloriani, Dominus, inquit, oculos in hunc hominem coniecit, ut ipsi beneficeret, oculus Dei respexit illum in bono. Hinc misericordiae aspectui junxit reale auxilium, ipsum ab humili-

litate et miseria sua exortit, erexit eum ab humilitate ejus:  
Et quantum languidus, abjectus, et pauper erat, tantum illum  
exaltare divitem et potentem efficit, et exaltavit  
caput ejus.

Quid per haec dicere volo, et quanam ex his exunda est  
conscientia? En illam. Si in Deo inveniremus misericordiam  
et potentiam infinitam semper ad nobis opitulandum pa-  
ratam, semper tales quales sumus, permaneremus: et praete-  
rea si Deus nos obfirmatos inveniret ad ipsum non orandum,  
haec misericordia et haec potentia nihil gratia nostri agerent.  
et hoc est quod orationis necessitatem sive respectu perso-  
narum, sive loci, sive temporis invicta probat.

Respectu personarum. Date mihi hominem, qui post Ada-  
mi peccatum nec languidus sit, nec infirmus, nec pauper et  
bonis spiritualibus destitutus; hominem, qui nullatenus  
egeat recuperare quod in hujus primi parentis lapsu amisit, vel  
qui per se ipsum ingentem, quam passus est, jacturam sariire  
valeat: Non opus est, dicam vobis, ut hic homo orat, quia quin  
ad externam bonitatem et potentiam confugiat, statum suum  
obscure potest, sibi que quod ipsi deest, conciliare. Verum ubi  
est homo ille, quaerit S. Augustinus à Balagio, ubi est?

An non aequè magnis ac parvis, Regibus ac subditis, viris ac  
mulieribus, juvenibus ac senibus, peccatoribus ac justis, Jems  
Christus dixit: Crate Patrem vestrum qui in coelis est, ut vo-  
bis det panem vestrum quotidianum, nec patiatur vos succum-  
bere tentationi, vobis dimittat debita vestra, et liberet vos à  
malo?

Posunt homines eximi à multis aliis muneribus; a grotus à  
jejuniis, egenus à danda elemosyna, captivus à visitandis locis  
sacris, indoctus ab erudiendis fratribus suis: Sed nullus se ab ora-  
tione licitè eximere potest. Si linguam habetis impeditam,  
cor vestrum orat, inquit S. Chrysostomus. Si manus vestras in  
coelum attollere non potestis, in eundem animas vestras attollite.  
Si sermonis usus vobis est interdictus, non longum et confu-  
sum sermonem exigit Deus. Si ethnici ante idola sua diu loquan-  
tur, nolite sicut ipsi orare; sicut enim Pater vester quo mudi-  
catis, antequam illum adentis; imò preparationem cordis  
vestri novit, vestra suspiria, vestra desideria exauditurum  
se promittit. Si loqui non valetis fides vestra, bona opera  
vestra pro vobis loquantur, inquit S. Ambrosius; haec est vera  
bona orandi ratio. Et quis vestrum se illà eximere potest?

Alia orandi necessitas respectu loci. Deus est ubique,  
ubique nos audit: ergo ubique Debemus et possumus ei omnes  
necessitates nostras exponere.

Jungo simul haec duo munera, quae à se invicem separari

Orantes nolite  
multum loqui, si-  
cut ethnici faci-  
unt; sicut enim  
Pater vester quid  
opus sit vobis an-  
tequam petatis.  
Preparationem  
cordis eorum au-  
divit auris tua.  
Orabit<sup>is</sup>, et ego  
exaudiam vos.  
Jeron. 29.  
clament opera  
tua, clament fi-  
des clament affec-  
tus P. Ambros. De  
Abel et Cain c. 9.

non possunt. Deus precibus quas ad eum fundimus, honoratur, et per illas nobis ea, quibus indigamus, concedit. Precibus nostris supremum illius in nos Dominium, veritatem, et summam suam esse à nullo pendens honoramus, et ipsa gratuita et infinitas misericordias suas in nos effundit. A nobis expectat sacrificium illud et mundam oblationem eam, quae, prout ipsamst praedixit, in omni loco ~~offeretur~~ offeretur, nobisque promittit auxilium suam instantam futuram esse ad debilissimos voces nostrae accensus.

In omni loco sanctificatur et offertur nomini meo oblatio munda.

Quilibet vita nostra dies sunt pro nobis dies festi; et quia Deum presentem in omni loco invenimus, ita etiam in omni loco laudes ipsius canere, mirabilia sua praedicare, ipsius auxilium implorare possumus, inquit S. Clemens Alexandrinus.

\* lib. 8. Strom.

Vos qui supra mare vela facitis, navis quam arceaditis, est locus, in quo Deus orari vult. S. Paulus, qui saevum navigantibus animum addidit, pium hoc munus ei exhibuit. Vos qui sub dura captivitate gemitis, ipsae exilii vestri locus est locus precibus vestris accommodatus: Sic fidelis Israëlita orabat super flumina Babylonis cum recordaretur Sion: Sic orabat Daniel adhuc fidelior, qui cum Dominum in sancto Templo suo adorare non posset, illò tamen suspiria sua et vota mittebat.

Vos qui toto expositi corpore super lecto jacetis, ubi vehementer vos detinet fabrica, nullum fore membrorum vestrorum usum habetis, nec tamen idò potestis et debetis ab oratione vos eximere: Ezechias periculosè decumbens, ad Deum fundit orationem, quam ipse audivit; et Job, cui tantummodò relicta erant labia circa dentes suos, tamen sedens in Sterquilinio suo preces suas Deo offerebat.

Vos qui catenis onusti custodia manipati estis, vel in obsuro et infecto carcere jacetis; ne arbitremini locum istum ab hoc munere vos eximere. S. Paulus in suo necesse vertendi, nec genua flectendi libertatem habebat, et tamen ibi orabat. Jeremias in foetido laeo immensus erat; et Jonas in ventre monstri marini, et tamen Scriptura sacra nos docet, quòd ibi invocaverint Dominum.

Milites, Praetores, Duces exercitus, in castris vestris orare potestis, et interdum corda vestra ad aeternos montes illos, unde auxilium speratis, attollere. Daemon; inquit praedare S. Augustinus: cernens Davidem armorum professioni intentum, arbitrabatur se de eo sine labore triumphaturum: Sed Princeps iste non tam in debellandis hostibus, quos videbat, se exercebat, quam se precibus suis comparabat ad se defendendum contra illos,

quos non videbat. Deum adorare, ad eum confugere, et gratiam suam ab illo postulare nunquam intermittens majorem pietatem et virtutem in mente gerebat, quam devotam et fortitudinem in corpore. Damon enim à suo officio militariibus exercitiis suis avertere conabatur; sed ipse orationi incumbens cum feliciori successu illis omnibus defungebatur, fidelis simul et felix, pietatem suam vitiis suis servire faciebat, invisibilibusque perseverantis orationis armis malignum hunc et formidandum adversarium prosternebat.

Non ita tempus Christianum aliquem ab hanc orandi necessitate possit eximere: sed an ullum tempus reperire est in quo gratia Dei non indigeat? ullum, in quo hostes, cum quibus si dimicandum est, partimescendi non sint, ullum, in quo laquei, qui ei tenduntur, non sint periculosi, ullum, in quo vulnera, quae sibi met ipsi infligit, sansim cum ad mortem non deducant?

In vanum ergo dicetis, multa nimis à vobis gerenda esse, rem domesticam administrandam, negotium augendum, lites finiendas, controversias componendas. Ad haec possem ~~quodammodo~~ ab illa muliere quaerere, num hic temporis et otii defectus illam impediatur, quò minus oblectamenta sua capiat, Spectacula et profanos conventus adeat; Ab hoc Adolescentente, num ipsi plures quam oporteat, horum non suppetant ad longas hollationes vel frivolas rugas et vanas occupationes; Ab hoc Episcopo, num dies Dominica et Festa instituta sint, ut totius Septimanae laborem una die obliquat, &c.

Verum quin his et illis has quaestiones, quarum Decisio ipsos inexcusabiles redderet, moveam, certum est quòd obligatio, quae omnes tenentur Deum honorandi, et variis animarum suarum necessitatibus providendi, sit omnium temporum obligatio, quae nihil impracticabile aut impossibile continet, obligatio orationis universalis et indefinitae, cum omnes vitae ipsorum dies immortalis omnium saeculorum Regi sint consecrati, quorum nec minima portio ex ipsorum culpa praeterlabi debet: Particula dici bona non te praetereat.

Quotidie orate, inquit S. Paulus, mane orate, et corda vestra ad Deum attollite, ut iis quae per reliquum diem fuerint, benedicat; vespere orate, ut tranquillam noctem finemque beatum vobis largiatur. Orate in prosperitate, ne vos depravet, et in adversitate, ne vos dejiciat. Orate in periculo, ne in eo percat; orate postquam illud evase-

Noctem quietam et finem perfectum concedat nobis Deus omnipotens.

ritis, ut vestra in Deum grati<sup>"animi"</sup> significatio ob gratias ab ipso vobis preestitas, novas vobis accersat.

Tristatur alii  
quis vestrum  
orat. Jacobi 5.

\* Init. exposit.  
Psalm.

\* Tobia 3.

\* Ephes. 6.

Si in afflictione estis, orate. Deus totius consolationis vos recreabit. Si solitudo tristitiam parit, orate; hac oratio vobis idem ac Davidi preestabit officium, qui, juxta S. Hilarium\*, tridium suum facinabat quamprimum citharam suam sumebat, et laudes Dei decantabat: si in hominum vobis insultantium consortio estis, recedite quemadmodum Sara filia Raguelis\*, et orate.

Omni tempore orate, inquit Apostolus\*, hac oratio erit valut columna nobis per diem, ad temperandum cupiditatum vestrarum ardorem, et ignis per noctem ad vos in viam rectam ducendum. Per eam offeretis continnuum sacrificium, agnum quem mane immolabitis, et alium quam vespera offeretis. Omni ergo tempore orate: sed hac oratio vobis esset inutilis, vobisque diceretur: quod usque modo non petieritis quidquam.

Part 2 da  
98.

Quoniam modo adducta Jesu Christi ad suos Apostolos verba cartas quasdam preces, quae effectum suum non sortiantur, potius respiciunt, quam alias, quae evidenter male sunt. Ne expectatis, Auditores, ut de his, quae istos malitia caventes gestant quibus odiosa et abominabiles effimantur, quidquam vobis loquar.

Quid vobis dicere non possem de precibus illis quas totini qui Christiani ad Deum fundunt, hi pro felici exitu injustae litis, illi pro bruta cupiditatis alicujus expletione, alii ut à molesto inimico vel incommodo rivali liberentur, isti ut iniquitatis commercium aliquod ipsis ad vota succedat, vel sine vocatione et merito dignitatem, quae sunt indigni adipiscantur?

Sed missis hujuscemodi execrandis precibus, ad aliam speciem veniamus, quae eas aequiores et quodammodo aptiores, ut exaudiantur, efficere posse videntur; preces tamen, quae non nisi precum nomen gerunt, et quibus, dum externe multa petimus, re ipsa tamen nihil petimus ob tres defectus, quae in illis deprehendo. 1º ob defectum attentionis; 2º ob defectum ordinis; 3º ob defectum patientiae et resignationis.

99.

Cum inter maximè seria et gravissima vita Christianae opera praecipuum ferme locum sibi vindicet oratio, hinc etiam magnam requirit animi attentionem. Deum cum propheta compellatis, Domine audi orationem meam, et qua fronte à tam praclara praefatione incipere audeatis, si vos met ipsos non auditis? Domine fiant aures tuae

intendentes ad ea quae tibi loquor. Sed qua ratione tranquillam et faventem hanc audientiam sperare poteritis, si vestras mundi ineptias et vanitatibus apertas teneatis?

Apud Deum sollicitatis negotium omnium periculo-  
sissimum; negotium, pro cuius successu maximi Sancti,  
solitarii collectissimi arbitrati sunt, se sufficientem  
affare non posse praecautioem; negotium, in quo salutis  
et vitae spiritualis oeconomia consistit; negotium, ubi  
cum metuendo iudice illo tractatis, ante cuius conspec-  
tum Angeli, Dominationes, et universa coeli potestates  
tremunt; Sed quamam vesana et flagitiosa praesumptione vo-  
bis pollicemini, quod ipsius gratiam obtenturi, justitiamque  
placaturi sitis? An non e contra summa formidanda ip-  
sius vindictam provocatis, atque eo magis vos vos afficitis,  
quod distinis, habitualibus, voluntariis mentis evagatio-  
nibus immorari vobis velut voluptas sit.

Magna Deus, ergone oportet, ut tu Solus tam indignus  
habearis! Ubi litigator ille, qui in nihili vobis vultum non  
induat, quantum valet, gravem et serium ad comparandum  
coram iudice, atque faventem audientiam ab illo referen-  
dum? an cum oculis errantibus, cum imaginatione mille  
aliis repleta objectis ei puerilia proponit? Ubi vir vel foc-  
mina, qui cum ludunt, cum spectaculo vidam assistunt,  
vel cum quadam personam quam reverentur, colloquuntur,  
omnem possibilem attentionem non afferant, ne in lusu  
errorem committant, ne longis mentis evagationibus spec-  
tanti amoenitate frustrentur, ne indignationem perso-  
nae illius quam colloquuntur simulque contemptum sibi  
accersant? O quam turpe est, tam serio cum creaturis age-  
re, et Creatorem cum tam exigua collatione et reveren-  
tia alloqui! An proinde mirum est, si post tot amorum  
preces nec quidquam petieritis aut obtinueritis?

Quod si infortunium istud praevenerit vobis animus est,  
oportet ut ea faciatis, quae<sup>5</sup> Joannes Climacus vobis consulit, ut  
namque mentem vestram omni evagatione exuatis, atque  
servida Dei presentis, qui sanctissimos cordium vestrorum  
affectus rimatur, idem in libertatem afferatis. Oportet ut  
illud pro objecto et regula accipientes verborum quae profer-  
tis, cogitationum quae vos occupant, desideriorum, quae con-  
cipitis, vobis proponatis nihil nisi sub ipsius oculis, et ei  
placandi consilio vos aggressuros. Oportet ut id agere stu-  
deatis, quod magnus quidam Sanctus agebat\*, qui innume-  
ris negotiis vix non oppressus ea ad Eulerae jannam relinque-  
bat, nec unquam seum in illam deferrebat, qui curam gerens

\* Bursarius Rad-  
bartus de S.  
Adalardo

ea à sua mente removendi, solus in cor suum se recipiebat, ut totus Deo et sibi esset. Sacrum totus ingrediebatur, ut totus Deo ac sibi adisset. Santur hodie dum adhuc hujusmodi veri Devoti, collecti homines illi, et ad suas preces attenti, sed sunt valde rari: Et haec est prima phararumque quae fiunt multitudine causa.

100.

Secunda provanit à defectu Subordinationis. Nam explicito. Ad obtinenda duo diversi generis bona Deum orare solemus, temporalia videlicet et spiritualia. Deus tantà nos bonitate complectitur, ut velit ut ipsi omnes necessitates nostras exponamus, illas quae corpus respiciunt aequè ac animam. Vos aegroti, ultro vobis permittit, ut ipsum rogetis, ut vos sanare dignetur. Vos aegri, ut vos ab aegritate vestra liberet; vos qui persecutionem toleratis, ut sedet tempestatem contra vos excitatam. Sed duo vobis sunt observanda, inquit S. Thomas post S. Augustinum\*: primum, ne bona temporalia petatis nisi posteriorius ad spiritualia. Quarite seu petite primum Regnum Dei et justitiam eius. Secundum, ne haec bona temporalia postulatis nisi in quantum referuntur ad spiritualia et animarum vestrarum sanctificationem.

\* S. Thomas 2. 2.  
q. 63. art. 6.

Vobis licitum est petere id, quod desiderare vobis licet, non tanquam ultimum finem vestrum, sed tanquam medium et adminiculum ad illum attingendum. At verò nihil licitè desiderare potestis, si principali id preferatis, quod non nisi verbum et infirmum est illius accessorium, si velut bonum dignum vestri id intueamini, quod non nisi ad verum bonum adipiscendum vobis consuevit. Aliud est fini creaturis, aliud iis uti, inquit S. Augustinus; iis per cupiditatem fruimur, per moderationem verò iis utimur; iis fruimur quando iis adhaeremus, iis utimur, quando mentem et cor nostrum ab iis expediemus et liberamus. Verum passage ordinem hunc invertimus, dum primo loco collocamus id, cui non nisi ultimus datur, primumque in terra ante vocem coeli, quod maximi peccatores habent, et independente ab eo quod veri justis possident.

Cupiditatem bene orare? petite stabilitatem bonorum spiritualium, quae possidatis; petite gratiam ea adipiscendi quae non dum habetis; petite aternitatem eorum, quae semel vobis erant possidenda, inquit S. Clemens Alexandrinus\*.

\* lib. 6. Stromat.

An id agitis? Quid à Deo postulatis? an bona solida et nunquam peritura? an verò fragilia, quae semel amittatis? an ab ipso postulatis sanationem animae vestrae <sup>potius</sup> quam corporis vestri? vel an à contrario parum solliciti estis, quid ipse de vestra anima cogat, immo dō corpus sancti? Si haec verorum bonorum possessio et haec spiritualis parum vos movet, male imò nihil ab iis petitis; estque vobis cavendum, ne oratio, quae magno auxilio vobis

esse possat, vobis, dum ea sic abutimini intaritus occasio fiat.

Verum quid dicimus de Christianis illis impatientibus, qui conqueeruntur, quod tantâ, quanta cupiunt, promptitudine non exaudiantur? De Christianis illis inquietis, qui quidem hoc generatim dicunt, ut ipsius voluntas fiat, sed qui volunt, ut voluntas ipsorum adimpleatur?

Dicam ipsis cum S. Clemente Alexandrino\*, quod melius sit orare et non impetrare, quam recipere et non orare. Cum S. Augustino, quod fortâ iniqua, vel bona quidam, at in malo statu postulent: cum S. Chrysostomo, quod non avertant, quod Deus praeus eorum exaudire differat, ut melius sentiant suas miseras, ut sanctum habitum et consuetudinem contrahant se coram ipso humiliandi, supremam ipsius in distributione gratiarum suarum sive spiritualium sive temporalium potestatem agnoscendi.

Ad idem cum eodem S. Augustino, quod resignatis ad mandata et voluntatem Dei solidum veri fidelis meritum constituat; quod in quocumque demum statu providentia ipsius illum collocet, suâ sorte contentus vivere debeat, quod saepe postulet, quod ipsi nocivum foret, et quod cuperat, ut Deus esset velut patronus iniquorum suorum desideriorum, illa exaudiendo. Invocatis quodamatis, inquit hi S. Doctor\*, vocatis in vos, quod habere cupitis. Unde si patitis, ut haec paenitentia, haec hereditas, haec dignitas secularis vobis concedatur, tunc caduca bona ista, fluxos honores in cor vestrum introducit: quod si haec ita sint, prohi quantâ ignominia Deum afficitis? et cum haec omnia vobis denegat, nonne majorem misericordiam et bonitatem vobis exhibet, quam si illa vobis largiratur.

\* In haec verba: Quoniam tu Dominus suavis et mitis.

Equidem longius hinc excurrere possem, sed prolixior, quam par sit, evaderet oratio mea. unde ad illius tertium transimus membrum, et postquam vidimus quanam precibus Christianas necessarias, quanam verò multas inutiles vel iniquas efficiant, examinemus modo quanam sit illarum vis, efficacia et felicitas.

Duae res in Evangelio nostro expressa preces reddunt efficaces: propensio cordis Dei in gratiam eorum, qui illum orant; suprema potentia et infinita merita Jesu Christi, in cuius nomine orant.

PARS 3<sup>ta</sup>  
102.

Pater meus amat vos, inquit Jesus Christus in nostro Evangelio. O propitiam cordis Dei erga nos propensionem! non est cor ad nostras necessitates indifferens, sufficit ferè ut ei illas exponamus, quò sublevemur. Non est cor avarum et tenax, quod pauca det; sed est cor magnificum, quod saepe plura largitur, quam ab infinita misericordia sua expectari possint.

103.

Abraham postulat ab ipso filium\*, et Deus non contentus

\* Genesii.

illius exaudire orationem, vult ut omnes nationes in ipsius persona benedicantur. Jacob petit ab ipso reditum filiorum suorum ex Aegypto; et cum gaudio videt dilectum filium suum Joseph, quem mortuum credebatur. Anna deposit ab ipso filium; non solum illum obtinet, sed Prophetam et Supremum in Israël Judicem accipit. Tobias petit ab ipso reditum filii sui ex Mesopotamiae regione; non modo redit ipse, sed Secum adducit Sponsam, aique dat, unde à sua coecitate sanatur. Monica postulat à Deo gratiam videndi filium suum Augustinum Catholicum; non tantum hanc recipit consolationem, sed insuper videt vicarium extraordinarium, qui per contemptum creatorum et horum Dei Creatoris amorem ad eminentissimam perfectionem pervenit. Omnia dicit, qui dicit Deum amare et Deo, qui ipsum orant, tanta est cordis ipsius in eos propensio, Pater amat vos. Verum secunda alia ratio: eorum preces etiam reddit efficaces, intelligit hic infinita Jesu Christi merita, in cuius nomine illas persolvunt. Lacryma mea sine suis essent lacryma sterile et perdita; mortificationes meae sine suis non essent nisi mortificationes pharisaicae; denique meae preces sine suis non essent nisi preces inutiles vel iniquae et à Deo rejectae.

\* Hebr. 5. Non ita est, quando cum hoc Homine Deo lacrymor, qui in diebus carnis suae preces suas cum clamore valido et lacrymis ad Patrem suum offerens, exauditus est. Non ita est, quando austeritates meas cum suis conjungo; atque semper mortificationem Jesu in corpore meo circumfero. Non ita est, quando preces meae à suis fulciuntur, atque à Patre suo postulat, ut mihi peccata mea indulgeat, nam non in veritate me sanctificat. O lacryma! O mortificationes! O preces, quam potentes et validae estis per mysticam hanc unionem et conjunctionem.

Profecto quando aliquid petimus in nomine Jesu Christi, quidnam agimus? Nampe interponimus infinita ipsius merita, ut precum nostrarum effectum obtineamus; dicimus ad Deum: Nos ex nobis indigni sumus, ut exaudiamur, sed audi nos propter unicum filium tuum, qui ultro vult, ut ea, quae nobis meritis est, nobis applicentur.

Facimus quod facit Domesticus aliquis: Is cum praesentem pecuniam non habet ad solvendas merces quibus indiget, sibi pollicitus se repulsam non passurum, quod nomina Domini sui veniat. Facimus, quod facit Legatus qui litteris mandantis fidem adrogantibus, munitus, nomine illius, à quo missus est loquitur. Facimus quod facit Simon Petrus, quando Magistro suo dixit: Per totam noctem laborantes nihil cepimus; in verbo tuo autem laxabamur.

Huius magno Jesu Christi nomini omnia cadunt, omnia

\* Genes. 14. 2.

\* 1. Reg. 3. 2. 2.

\* Cumulative  
hoc mihi Deus  
praestitit, ut  
etiam contem-  
ta felicitate  
terrena servum  
tuum si Deum.  
lib. 9. conf. c. 10.

104.

\* Hebr. 5.

\* 2. Cor. 4.

Sanctifica vos  
in veritate.

\* Ulysses litterae  
adventuales

ad sunt propitia  
dicitur, ut ut f  
salutis meo  
altera vero ad  
Liberia Dies Au  
apponibus et b  
convenimus ad p  
erem pacem a  
habiliore, nos in  
ratione fulcian  
quodam ad pec  
berantia Jesu  
et invenimus  
estur nobis,

Sensa  
ad eam  
possum  
eteon

Excellenti  
eam inuita  
is et cordis hu  
natura cum  
nitatur et im  
quod dicit, inquit  
Ipsius nece  
liberationem  
ommissimus a  
et per eam  
recipitales a  
anda est velle  
ficianda, mor  
recipitales q  
et sumus abso  
Ipsius facit  
num itar nobi  
ne demus t  
vates est, at  
un offendat, i  
ul figura ami  
septis importu

nobis sunt propitia, et Deus qui praterea nos amat sicut se flecti et vincit, ut ut fortis sit et invincibilis. Inprimis ergo caveamus ne salutis medium istud ex una parte adeo necessarium, ex altera vero adeo efficax inutile reddamus. His diebus, quos Eulogia Dies Rogationum nuncupat, et qui abstinencia, processioneibus et bonis operibus sunt consecrati; his diebus, quibus convenimus ad postulandum à Deo, ut fructus terrae conservare, varam pacem et concordiam inter Reges et principes Christianos stabilire, nos in <sup>nta</sup>sanctitate cultus sui tueri dignetur. Pia vivendi ratione fulciamus, procos tam utiles et efficaces, nec unquam quadam ad peccatum affectione vel precum nostrarum inconsiderantia Jern Christo ansam demus nos abdicandi. Inquam et inveniemus, pulsemus ad januam misericordiae ipsius, et aperietur nobis.

Documenta Moralia.

Sensa Patrum circa orationem, necessariam ad eam preparationem, fructus qui ex ea colligi possunt, diversos caracteres eorum qui bene orant, et eorum qui male orant.

I.

Excellentia, necessitas et facilitas orationis sunt valida 106.  
ad eam incitamenta. Ipsius excellentia est elevatio mentis et cordis humani ad Deum; sancta familiaritas et sacra creatura cum Creatore conjunctio, pius motus, qui continuo excitatur et innovatur in ea, eamque versus summum bonum impellit, inquit S. Joannes Climacus\*.

\* grad. 28.

Ipsius necessitas: innumeris periculis cingimur, à quibus liberationem oratio pro nobis à Deo impetrat: peccata quae commisimus et quotidie adhuc committimus sunt sine numero, et per eam illorum remissionem à Deo postulamus. Necessitates animae et corporis sunt continuæ; modò vincenda est vehemens tentatio, modò effrenata cupiditas mortificanda, modò sanitas recuperanda..... Sic ergo, quia haec necessitates quotidie multiplicantur, etiam orationis usus est nunus absolute necessarium.

Ipsius facilitas: Deus semper nobis est praesens, nec magnum iter nobis faciendum est, ut illum ad eamus. Inocumque demum tempore ad eum accedamus, nos audire semper paratus est, et procul ut importunitas, quam ipsi facisimus, eum offendat, ipsi grata est et jucunda: se ipsum dapingit sub figura amici illius, qui panes qui ab ipso deponuntur praebeat propter importunitatem illius, qui de nocte ipsius fores pulsat.

\* lib. 22. moral.  
c. 13.

Junta S. Gregorium, oratio ut Deo sit accepta, pluribus qualitatibus debet esse exornata, 1<sup>o</sup> debet à corde procedere: non solis verbis nostris sed desideris sit efficax. Si postulemus vitam aeternam, nec tamen illius possessionem verè desideremus, quidquid loquamur, nihil tamen dicimus: è contrario si desideria nostra pura sunt, etiam silentes clamamus.

Populus in deserto adversus Moysen in querimoniis et murmura erumpit; in sacra Scriptura non legitur, quòd hic legislator loquatur, nihilominus Deus ipsi dicit: Quid clamas ad me? Anna in Templo silat, sed loco vocis sensibilibus desiderium suum pro ipsa loquitur.

Intra in cubiculum tuum, inquit Jesus Christus, et claudes ostium patrem tuum in abscondito: et pater tuus qui occultissimos animi tui sensus novit, dabit tibi quod ab ipso petis. Claudere ostium cubiculi sui est offundere coram Deo cor suum; ipsi in secreto exponere quod jam novit, atque tacendo piis et sanctis clamare desideris.

108.

\* Job. 17.

2<sup>o</sup> Hanc orationem comitari debet vera animi propensio ad agendum ea quae Deus praecipit, et ad à se amovendam ea quae ipsi displicere possunt. \* Si iniquitatem qua est in manu tua abstuleris à te, et non manserit in tabernaculo tuo iniquitia, tunc lavare poteris faciem tuam absque macula.

\* lib. 10. moral.  
c. 15.

Quid est haec iniquitas manuum? Iniquitas in manu est culpa in opere, inquit S. Gregorius\*, iniquitia in tabernaculo autem est iniquitas in mente. Si perfectè haec duo largimur, ad Deum statim sine macula faciem lavabimus, illiusque cum humili ad infinitam misericordiam suam fiducià orabimus. Sed elevatam faciem macula inquinat, si intendentem vocis sui conscientia accusat: quia à spæi fiducia frangitur, si intenta precibus necdum devota culpa memorià mordetur. Diffidit namque accipere se posse quod appetit, quæ reminiscitur nosse se adhuc facere, quod devinitus audivit. Quia in re hoc est salubre remedium, ut cum se mens ex memorià culpa reprehendit, hoc prius in oratione defleat, quod erravit, quatenus cum erroris macula flatibus tangitur, in petitione sua cordis facias ab Authore murmurantibus tangitur. Sed curandum imprimis est, ne ad hoc rursus proruat, quod se mundasse flatibus exultat, ne dum deplorata iterum culpa committitur, in conspectu iusti iudicis ipsa etiam lamenta levigentur. Solertè quippe meminisse quod dicitur: Na iteras verbum in oratione tua. Quo dicitur vir sapi-

4 Debemus  
\* Euli 7. v. 15.

ens nequaquam prohibet nos saepe veniam petere, sed culpas iteru-  
rare; ac si aperte dicat: Cum mala gesta deflexeris, nequam ce-  
quam rursus facias, quod in precibus iterum plangas.

IV.

109.

Oramus homines, ut cognoscant miseras nostras, earum  
misereantur, nobisque opulentur. At vero haec tres rationes  
videntur nobis esse inutiles respectu Dei. Malius sibi quam nos,  
quid nobis opus sit. Unde Jesus Christus nos monet, ne, prout solent  
Ethnici, multum oremus, quia Pater noster coelestis novit,  
antequam ei exponamus quid necesse nobis sit. Insuper nos  
amat sicut pater amat filios suos, et denique ipsius solius est ea  
nobis concedere, quae nobis sunt necessaria.

Unde provenit quod valit, ut ipsum oramus, quaerit S. Bari-  
lius, qui sibi facit hanc objectionem? Ex eo, quod in his ater-  
temis decretis valit nobis vi precum nostrarum dare id, quod  
nobis est necessarium et utile, sicut vult, ut propagatio generis  
humani proveniat à commercio conjugali, tritium et panis quem  
comeditimus, à curâ nostrâ terram colendi et consarandi.

\* In constit.  
Monast. c. 2.

V.

110.

Unde provenit, quod parvae precas nostras non exaudiantur?  
Ex eo scilicet, quod fiducia prudentiâ et favore careamus. Fiducia  
caremus, quia tunc primum ad Deum accedimus, cum omnia  
media et humana auxilia inutiliter impendimus. Prudentiâ  
caremus, quia postulamus id, cuius possessio nobis perniciose  
foret. Denique favore caremus, quia animo cadimus et deter-  
ramur, cum id, quod optamus non evenit.

VI.

111.

Frequens orationis exercitium nos impedit ad adorandam  
Supremam Dei Majestatem, ad diligendam ipsius gloriam, ad  
contandam ipsius laudes, ad benedicendas ipsius misericordias,  
ad timendam ipsius justitiam, ad agnosendam nostram subje-  
ctionem, ad nos illi sine exceptione offerendum, ad cultum ex-  
hibendum infinita ipsius magnitudini corporum nostrorum  
humilitate et demissione, cordium nostrorum devotione et  
sacrificio. Exercitia religionis ipsi debentur omni loco et tem-  
pore. Hoc est thimiama illud et excellens unguentorum  
compositio, quod sibi offerri jubebat, et cuius ita amulus  
erat, ut expressa prohiberet, ne in alios unis adhiberetur.  
Thimiama hoc suavam et gratum spirabat odorem: et ora-  
tio quae bene fit, Deo est acceptissima, angelos et Beatos  
in caelo latificat et recreat, inquit S. Chrysostomus.\*

\* Rom. 3. in  
Matth.

Hoc est manna illud, quod in Israëlitarum campum cade-  
bat. Insperet Sapiens hanc facit comparationem, quando ait  
coeleste alimentum istud summo mane caudifere, ut notum est  
omnibus, inquit, quoniam oportet praevenire solem, ad bene-

\* Sapiencia  
16.  
112.

Si hoc ita est, o mi Deus, quibusnam oculis tot Christianos intuearis, quorum primae cogitationes, prima Desideria, primae occupationes sunt pro mundo? Fragilium emolumentorum gratia jam summo mane patronorum suorum, et eorum, à quibus gratiam quamdam expectant, ostia obsident; potioram dierum suorum partem transigunt in profundis reverentiis, et saepe in abjectionibus honesto viro indignis. Ad ea verba sunt foecundi, quando agitur de exponenda eis necessitate sua, ut conquérantur, quod tempus ipsos deficiat: et quando tacum loquuntur saepe nec unicum bonum habent verbum, quod tibi dicant, et unicum hora quadrantem, quem in tua presentia transigere coguntur, velut supplicium intuantur.

Silurum et abundantiam illam verborum ab illis non exis: demissus, quam ad te orandum sumunt, corporis habitus, enigma suspiria illa, qua ad te mittunt, Desideria te majore quam haecenus, cultu prosequendi ipsis proluxa orationis loco sunt.

Qui in Aula Principum sunt non semper libellos supplices in manibus tenent, nec verborum flumen in ore; attamen assidue se coram ipsis sistunt tunc etiamnum quando quod ipsis dicant nihil habent. Haec vanarabunda presentia est velut amoris et obedientiae ipsorum contestatio. Haec obsequiorum assiduitas est velut continua oratio, qua deprecantur, ut illos ferre et exorsare dignentur, si illam officiorum et observantiae amplitudinem, quam ipsis certificari cuperant, erga eos non habeant.

Talis est cum Principibus agendi ratio: sed pauci hujusmodi cultum et observantiam Deo exhibent. Coelum suo modo illum adorant, Stabae juxta propheta verba\*, quamprimum illas fecit dixerunt ei: adsumus, et luxavunt ei cum jucunditate, Arbores Sylvarum, flores camporum et hortorum, animalia quae curvant, pisces qui natant, aves quae volant, uno verbo, omnes creaturae laudant Dominum. Homo qui est super terram, ut eum honoret, benedicat, et orat, solus est, qui pio huic usui inutilis videtur.

Deus ex sua parte homines invitatur ad exhibendum illi hoc officium: sed homines ex sua parte plerumque pessime illo defunguntur. Frequenter ergo ad illum accedant, concludit hic S. Chrysostomus\*, opportuno vel alieno tempore accedant, si tamen hic alienum tempus, unquam esse potest, quia semper cupit illis, qui ipsum invocant, gratias exhibere.

\* Baruch 3.30.

\* Hom. 28 in c. 6. Matth.

VIII.

\* Semp̄ oramus, mane oramus, vesp̄ oramus, diem  
 nostrum ab oratione incipiamus, et oratione finiamus. cc  
 A mensa non ad lectum, sed ad prostrationem vertamus, ne cc  
 brutis animantibus magis bruti simus. Novi fore multos, cc  
 qui damnant ea quae dico, veluti quae novam quamdam cc  
 vitae consuetudinem invohant; at ego magis damno pra- cc  
 vam consuetudinem, quae nunc invaluit..... Christus im- cc  
 mansam multitudinem in deserto post convivium non re- cc  
 misit ad lectum, sed ad divinos sermones invitavit. cc

113.  
 \* S. Chrysost.  
 Serm. de di-  
 versis.

\* Petrus et Joannes ascendebant in Templum circa ho- cc  
 ram orationis nonam. Quando ceteri obdormisunt, jam cc  
 illi sobrii et vigilantes ad orationem properabant. Quod cc  
 si illi oratione indigebant tam assidua, tam exacta, cc  
 qui nullius criminis sibi erant consci, quid faciemus nos, cc  
 qui tot plagis sumus cooperti, et qui parum curamus iis cc  
 orationis remedium adhibere? cc

\* Idem Serm.  
 12. in Acta  
 Apost.

IX.

\* Quotquot ignavi sumus ad peccandum, videamus cc  
 quanta sit obsecrationum vis. Nequam sermo ille, quem cc  
 Evangelium nobis exhibet, ingentibus debitis erga Dominum cc  
 sum onustus, et non jejunia sua, nec paupertatem suam, cc  
 nec ullam aliam similem rationem exponit, quamvis vir- cc  
 tutibus spoliatus statim ac illum deprecari incipit, illum cc  
 ad misericordiam ei faciendam induxit. cc

14.  
 \* Idem Serm.  
 de diversis

Ne dicas: non audeo accedere ad Deum: totus rubore perfu- cc  
 sus ei loqui non audeo. Quid ais? accede ad illum cum hu- cc  
 mili fiducia; <sup>an</sup> illum velut hominem intuearis, qui placari cc  
 non potest, nisi timorem et confusionem immodicam eidem cc  
 testificando? Tibi res intercedit cum Deo tam bono, ut magis cc  
 quam tu ipsam, a peccatis tuis liberum te esse cupiat..... cc

Ne tibi ergo ad aspectum peccatorum tuorum obrepat cc  
 animi abjectio, sed accede ad Deum, prius te pedibus cc  
 adolve, et ora illum cum fiducia. De misericordia cc  
 ejus non desperare, ipsi peccata sua confitari, atque tem- cc  
 pus de iis posnitendi ab ipso postulare, haec sunt, quae non cc  
 nisi ei placere possunt. Miseretur Dominus Servi illius to- cc  
tum debitum dimisit ei. Non nisi tempus patierat ad cc  
 solvendum, et Dominus illius ei debitum ipsum condona- cc  
 vit, ita ut plus obtinere quam postulaverat. cc

X

\* Nonnulli certas et definitas horas prostrationis constituent, cc  
 ut tertiam, sextam, nonam: at is qui vere spiritualis est, cc  
 per totam vitam orat, cum continuo in ejus praesentia esse cc  
 studeat.... In sermone, in quiete, et lectione, et in iis quae cc

115.  
 \* S. Clemens  
 Alexandri.  
 lib. 7. Strom.

» fiunt ex ratione, omnimoda preceatur, Quin si in ipsius  
 » anima penetrabilibus solum cogitaverit Deum, atque in  
 » secreto cordis sui Patrem coelestem invocaverit, certus esse  
 » debet, quod paratus sit ad illum exaudiendum.

## XI.

156.

\* S. Laurent. Justinianus  
 Tract. De vita  
 Solitaria c. 15.  
 » \* Orationis praxi anima mundatur, charitas nutritur,  
 » fides conservatur, spes firmatur, veritas aperitur, tenta-  
 » tio infirmatur, Sensus innovantur, rubigo vitiorum  
 » consumitur, inquit S. Laurentius Justinianus. Huic orationi  
 » coeli aperientur, occultissima arcana revelantur, maxi-  
 » ma gratia conceduntur.  
 » Hanc orationem, quae fit in Spiritu et veritate, Deus ipse  
 » efformat. Nascimur quid patere debeamus, sed Spiritus Dei  
 » inaffabilibus gemitibus pro nobis petit: et hoc nobis magnam  
 » tribuit fiduciam obtinendae id quod postulamus.

## XII.

157.

\* S. Cyprianus  
 De orat. de  
 minia.  
 » \* Quando stamus ad orationem, vigilare, ac innumbere ad  
 » preces toto corde debemus. Cogitatio omnis carnalis et sae-  
 » laris abscidat, nec quidquam tunc animus cogitet, quam quod  
 » preceatur. Ideo et Sacerdos ante orationem prefatione pra-  
 » missa parat fratrum mentes dicendo: Sursum corda; ut dum  
 » respondet plebs: Habemus ad Dominum; admonetur, se nihil  
 » aliud quam Dominum cogitare debere. Claudatur contra ad-  
 » versariorum itus, ac soli Deo cor pateat. Obrepit enim fre-  
 » quenter hostis Dei, et subtiliter fallens, preces nostras à Deo  
 » avocat, ut aliud habeamus in corde, et aliud in voce, quando in-  
 » tentione sincerâ Dominum debet non vocis sonus, sed animus  
 » orare.

» Quae autem negligentia est alienari, et rapti inaptis co-  
 » gitationibus et profanis, cum Deum deprecaris, quasi sit  
 » aliud, quod magis debeas cogitare, quam quod cum Deo loque-  
 » ris ..... Hoc est, quando oras Deum, majestatem Dei negli-  
 » gentiâ orationis offendas: hoc est vigilare oculis, ac cor-  
 » de dormire, cum debeat Christianus, sicut scriptum est in per-  
 » sona Ecclesiae loquentis in Cantico: cum dormit oculus, corde  
 » vigilat, Ego dormio et cor meum vigilat.

158.

## XIII.

\* S. Aug. in Psal.  
 85.  
 » » Ubri ille, qui cum amico colloquans, et cernens, quod  
 » tantum absit, ut amicus iste ipsi responsum det, quin caput  
 » avertit, et cum alio de aliis rebus sermonem terit, tam  
 » in officium respectum ferre valeat? Si coram Iudice, à quo  
 » postulasses audientiam, stares, ac si postquam illum tri-  
 » bunal suum consensurare rogasses, ut te audiat, subito men-

tem et cogitationem ab illo averteret, atque cum amico ibi et  
prossente confabularis: qua ratione Magistratus ille adeo u  
injuriosam mentis evagationem tolerare possit? Conda u  
Sifipata, mentes leves et inconstantes, qua ita Deum ora-  
tis, an hos ferat aberrationes, et an non vobis exprobrabun-  
tur?.....

\*Oratio tua est cum Deo colloquium. Quando legis Deus et \*S. Aug. ibid  
tibi loquitur, quando oras cum Deo loqueris. Sed quid? In-  
parandum est de genere humano, et dicendum jam ad  
damnationem pertinere omnem hominem, cui subreperit u  
aliqua cogitatio oranti, et interrupserit orationem ipsius? u  
Si hoc dixerimus, fratres, quae spes remaneat, non video. u  
Sed quia est aliqua spes ad Deum, quia magna est ejus mis-  
ericordia, dicamus ei: Juunda animam servi tui, quoniam u  
ad te Domine, animam meam levavi. u

XIV.

Unde provenit, quod pauperes sint naturaliter adeo elo-  
quentes ad conuendos à Divitia Divitum elemosynas,  
quas ab ipsis efflagitant, et quod saepe noscimus quid Deo  
tempore orationis dicamus? Unde provenit quod infantes  
babulionibus linguis suis, exiguis blanditiis suis, suspiriis et  
affiduitatibus, teneris in matras suas injectiobus et impati-  
bus ab ipsis quod petunt obtineant, nec defatigantur ipsis suo  
modo explicare, quod cupiunt; et quod nos, qui cum ratione et  
libertate agimus, nos qui necessitates nostras sentimus, et  
quibus cum Deo bonitate pleno res intercedit, adeo indolentes,  
frigidi, et tam parum comparati simus ad ipsum alloquendum?  
Admiratur S. Chrysostomus.

Si haec puella à Deo amicitiam illius cum sancto ardore pos-  
tularat, quanto desiderat sibi gratias conciliare eorum, à qui-  
bus praesidium aliquod vel cognationem exspectat: Si viator  
ille tanta sollicitudine adventum Regni coelestis efflagita-  
ret, quantà ad terminum itineris sui pervenire optat: Si.....  
Deus cum delectatione ipsos exaudiret; Sed omnino aliter  
affectos eos cernit: cum statim ac precos ipsorum gratiosa sus-  
cepta non fuerunt, deterreantur, non mirandum est, quod  
tam exiguum successum in eis reperiant.

Deus haud aegrè fert, si frequenter ipsi sumus molesti, et  
tamen id agere defatigamur. Procul ut vedare debeamus,  
quod, quia à quibusdam annis gratias, quas saepe efflagita-  
vimus, nondum obtinere valuimus, eas nunquam accepturi simus;  
nobis persuasum habere debamus, quod si post longum inter-  
vallum in nostris precibus sumus aequè ferventes ac prius, op-  
timum sit signum et favens praesidium, quod Dominus aegrè non ferat,  
nos importunos esse: cum precos ideo soleant rejici ordinaria rejici,  
quia ignava animi abiectione orare cessamus.

120.  
\* S. Aug. ibid.  
at Ep. 121.

XV.  
\* Deus exercet in orationibus desiderium nostrum ut possit  
capere quod preparat dare, illud magnum est, sed nos ad capian-  
dum parvi et angusti. Illud ergo desiderare, et tota cordis nos-  
træ amplitudine per totum vitam nostram cursum postulata de-  
bemus; tota ~~namque~~ namque vita boni Christiani sanctum  
desiderium est. Quod autem desideras nondum vides, sed de-  
siderando capax efficiaris, et quamprimum illud possideris in-  
spies, tunc omnis ardor et desiderium cordis implebitur. Fruaris  
bono illo, quod nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor homi-  
nis ascendit. et cum tantò majori gaudio illo fruaris, quanto majori  
rem habueris fidem, spem, ardentiusque desiderium.

Dignior sequitur orationis affectus, quem ferventior præ-  
cedit affectus, ac per hoc quod ait Apostolus: Sine intermissio-  
ne orate; quid est aliud, quam beatam vitam, qua nulla nisi  
æterna est, ab eo, qui eam solus dare potest, sine intermissio-  
ne desiderare? Semper ergo hanc à Domino desideramus, et  
semper orabimur.

Sed ideo ab aliis curis, atque negotiis, quibus ipsum deside-  
rium quodammodo tepescit, certis horis ad negotium orandi  
mentem revocamus, verbis orationis nos ipsos admonentes, in  
quod desideramus intendere, ne quod tepescere coeperat, om-  
nino frigescat, et penitus extinguatur, nisi crebrius inflam-  
matur.

## XVI.

121.  
\* De Septem pro-  
vita spiritualis.

\* Sanctus Bonaventura post SS. Patres et Sacra Scriptura In-  
terpretes tria orationis genera distinguit. Primum vocatur vo-  
calis, quia composita est ex verbis sensibilibus, quibus homines  
se exprimere solent, atque sibi invicem cogitationes suas im-  
partire: Tales sunt Psalmi, Hymni et Collecta..... Haec procer  
cum attentione et distinctè semper sunt pronuntianda. Qui  
terram principem alloquitur, atque precibus suis aliquod bene-  
ficium ab ipso obtinere desiderat, conatur quantum potest, ut  
omnia bene sint disposita, oculi, gestus, mens, persona sua.

## XVII.

122.

Secundi generis oratio est ea, quam affectivam nuncu-  
pat, quâ Deum alloquimur, adhibendo verba, quæ certa  
quædam affectionis sensa formant, sive hæc verba à nobis pro-  
veniant, sive aliunde mutuata diversos cordium nostrorum  
motus exprimant.

In hujusmodi oratione animam nostram coram Deo affun-  
dimus, modo super nostris necessitatibus ac miseriis ingemis-  
cendo, modo confitendo peccata nostra, et iis ab ipso veniam

petendo, interdum implorando ipsius auxilium ad vincen-  
das tentationes, quae nobis obveniunt, interdum ad patienter  
tolerandas vita adversitates.

Hoc genus orationis solitudinem, silentium, quietam  
exposcit, ut cum majori libertate et fiducia cor nostrum  
coram Deo affundere possimus. Tunc cum intuemur seun-  
dum diversos respectus, quos nobiscum ultro habere voluit,  
nempe tanquam Judicem, Protectorem, Regem, Pastorem,  
Patrem, Sponsum.

Unde in hac oratione interdum qualitatem peccatoris  
sumimus, Deumque tanquam supremum Judicem intuan-  
tes, cum tremore modo haec Jobi verba ad eum dirigimus: Domine  
ne damnes me; modo haec propheta Regii: Ne intres in  
judicium cum servo tuo, ne in ira tua arguas me.

Aliis occasionibus, ubi innumeris tentationibus et cala-  
mitatibus circumcingimur et obtemur, à quibus nos propriis  
viribus nostris liberare non valeamus, omnipotentis auxilium  
imploramus dicentes ei cum Psalmista:  cito anticipant nos, \* Psal. 78.  
 Domine, misericordia tuae: quia pauperes et miseri  
facti sumus nimis, adjuva nos Deus salutaris noster: et  
propter gloriam nominis tui libera nos.

Saepe nos intuemur tanquam servum, qui Domi-  
nam suam offendit, sive non faciendo quod iusserat, sive  
agendo quod prohibuerat, sive negligenter muneribus suis  
satisfaciendo: et tunc amorifica et tenera voce clamamus:  
 Domine secundum multitudinem misericordiae tuae, dele  
iniquitates nostras.

Modò Denique nos ipsos coram Deo intuemur velut men-  
dicum ad ostium divitis, sique paupertatem nostram expo-  
nimus, et cum omni possibili humilitate ab ipso panem  
gratiae suae petimus, ut eo in nostris infirmitatibus robo-  
remur, in nostris laboribus sublevemur, in tentationibus  
nostris firmemur, et animemur ad ambulandum in sanctis  
viis eius.

XVIII.

173.

Tertii generis oratio vocatur mentalis: oratio in qua  
anima sine ope oris et vocis Deo exponit desideria cordis  
sui, ei palam faciendo, quod coram tremenda Majestate  
ipsius ad nihil se redigat, et tamen illi jungi cupiat.  
Ita se explicabat sanctus quidam propheta, cum Deo dice-  
bat:  Domine vides quò tendant desideria mea, et gemitus  
animae non est tibi absconditus. De hac oratione ipsemet  
Jesus Christus loquitur, quando mulieri Samaritanae dicit:  Veri  
adoratores adorant in spiritu et veritate. Nam tales adorato-  
res querit Pater coelestis. Spiritus est Deus: et eos, qui ado-

Domine ante te  
omne desiderium  
meum et gemitus  
meus à te non est  
absconditus.  
Psal. 37.

\* Joan. 4. ront cum, in Spiritu et veritate oportet adorare.\*

Hae oratio Deo cultum exhibet, qui ipsi magis placet, quam alii; et tamen interdum eam vocali conjungimus, ut vocis contentione anima, quae velut sopita videtur, à sepe suo valut extrahatur. Ipsa Ecclesia plures orationis vocalis formulas nobis subministrat, ut illarum usu memoria nostra nos Deo conjungat, et anima nostra cum gaudio gustet, quam dulcesit cum invocantibus.

## XIX.

124.

\* Auribus percipere orationem meam non in labiis dolosis. Psal. 106.

\* In annotationibus elucidationis in quosdam Psalms Davids.

\* Domine prebe aurem orationi meae, quae à doloso ore non procedit. Sunt, inquit in hunc locum Hugo à S. Victore\*, trium Specierum homines, qui orant; sunt qui non nisi labiis, alii qui non nisi corde; et Denique qui corde et labiis orant.

Qui non nisi labiis orant, sunt fallaces et dolosi, non habent in corde quod ore proferunt. Qui corde et labiis orant vera orant, quia vivunt et agunt prout loquuntur. Denique sunt, qui non nisi corde loquuntur; hi sunt Devoti et sublimis Spiritualitatis homines, qui volunt, ne ipsorum preces à quoquam nisi à Deo audiantur.

Quando in orationibus nostris Deo loquimur, si ad id quod loquimur attendimus, agimus id quod agere tenemur. Si vero simpliciter verbis contenti sumus, quamvis id, quod cogitamus, bonum sit, non est tamen sine aliquo defectu, quando circa illud cum ordinem non servamus, quem servare deberemus; et si, licet non intelligamus id, quod dicimus, intentio nostra recta est, atque futurum aliquem ex nostris precibus haurimus.

## XX.

125.

Saepe accidit, ut Deus desideria nostra exaudiat, quamvis illorum effectum nobis non tam citò concedat. » Sunt semina messorum; inquit S. Gregorius\*: quae gelu propra solidantur, atque quae ad superficiem tardius exeunt; eò ad frugem multipliciora consurgunt. Labor namque protrahitur pugnae, ut crescat corona victoriae. » Deus hac occasione est Medicus internus, qui ab anima vult tollere corruptionem, quam in eà ferre non potest, et qui tantò melius morbos nostros sanat, quòd simul et se non audire clamores aegrotorum.

## XXI.

126.

Sunt vari justi, qui ad Deum preces fundunt, quibus sanctificantur; sunt peccatores qui iniurias fundunt, quibus damnantur; et sunt praeteri devoti, qui fundunt inutiles, quae illis dampnant.

## XXII.

127.

Prima amatores audiuntur. Si in me manserint, et verba mea in vobis manserint, quodcumque petieritis, da-

bitur vobis. Inquit Iesus Christus. Quam vasta est hæc promissio et quam multa denotat? Sed ne miremini, et inquit S. Augustinus, Enimvero isti justi homines manendo in Christo, quid velle possunt nisi quod convenit Christo? Quid velle possunt manendo in Salvatore, nisi quod non alienum est à salute? Ipsi itaque cauti sunt in petendo, quia id petunt, quod Domino placiturum iudicant, et Dominus largus indando, quia illis tribuit, quod congruum est, nec alienum à postulantiis salute.

XXIII.

Deus à contrariis peccatoribus dicit, Se illos non auditurum. Et sane quis benigne audit inimicum, qui adhuc arma tenet in manibus et odium in corde? Cum extenderitis manus vestras ad me, avertam oculos meos à vobis: et multiplaveritis orationem, non exaudiam vos, manus enim vestrae sanguine plene sunt.

\* Quando pater videt interfactorem filii sui rogantem illum, ut cum in suam recipiat amicitiam, quamvis pedibus illius provolvatur, multaque ipsi dicat, an non tamen objectum istud, quod sibi presens est potius, justitiam suam provocat quam mitiget? Et verò an Deus aliter affectus erit erga peccatores illos rebelles et induratos, qui adhuc in seipso filium suum unigenitum crucifixerunt.

Unde ipse apud Malachiam prophetam dicit: Si volueritis me audire, et si volueritis ponere super cor ut detis gloriam nomini meo, ait Dominus exercituum: mittam in vos egestatem, et maledicam benedictionibus vestris, proisiam super vultum vestrum brachium victimarum vestrarum, et stercus solaminitatum vestrarum, et asument vos secum.

Hæc minæ sunt terribiles, sed illarum causa justa est. Deum non audiunt, voluntarie legem ipsius violant: non modo ad ea, quæ jubet, cor suum non intendunt, sed nec intendere volunt. Sufficiunt ipsis quedam extrinseca caeremonia, quas sibi ducunt honori: sed Dominus qui videt, quæ in anima peraguntur, eas abiecit, et quod ad salutem prodesse posset, fit occasio perditionis.

XXIV.

Fia et recta oratione præparamur ad recipiendum id quod petimus, ad reverendum quod flagitamus ad interdiu plus quam postulamus obtinendum.

XXV.

Vari devoti sunt ii, qui cum corde mundo orant: Appropinquate Deo, ait S. Iacobus, et appropinquabit vobis: emundate manus, et purificate corda vestra. Ut hanc puri-

128.

\* S. Basilii in c. 1. frica.

\* Malachia 2.

129.

130.

\* c. 4.

tatem adipiscamini praecipue vobis laborandum est, inquit Sanctus quidam Solitarius apud Casianum; in hunc finem referre. Debetis omnes actiones vestras, scilicet, Ieiunia, vigiliis, austeritates et bona opera qua facitis.

\* Inter opera  
S. Bernardi de  
Tripligenere  
bonorum.

\* Sicut corporis natura est Sanitas, ita cordis natura est puritas: quia turbato oculo non videbitur Deus, et cor humanum ad hoc factum est ut Deum videat Creatorem. Si vero Sanitati sollicita providenda est custodia, puritati cordis tantum sollicitior est impendenda, utpote quod corpore longe nobilior est et excellentior.

### Supplementum.

731.

Post varia SS. Patrum loca, quae retulimus, nihil praeclearius legi potest, quam quod Hugo et Richardus à S. Victore de oratione, illius variis speciebus, qualitatibus, quibus munita esse debet, obstaculis et malis ad illam praeparatione clouiti sunt.

Hugo à S. Victore exiguum Tractatum edidit de modo bene orandi; Moderatores et vitae Spiritualis Magistri nihil ferme edixerunt, quod hinc non reperitur, et libro tertio suarum Institutionum Monasticarum cap. 29. 32. 33. 34. 40. p. Ibi inveniuntur incitantia orationis hausta ex miseria hominis, et misericordia Dei, tres diversa species orationis, ratio proficiendi ex eo quod legimus, et in nostris precibus dicimus, quamvis ad ea, quae petere volumus, nullam habere relationem videatur, quid agere debeant ibi qui orant ad ipsius gratiam promerendam, ad ipsum laudandum, et pro acceptis beneficiis ei gratias agendum: diversi motus eorum qui orant, motus amoris, motus admirationis, motus humilitatis, motus doloris, motus timoris, motus indignationis, motus fervoris, motus fiducia.

Reperiuntur in ipsius Institutionibus Monasticis obstacula rectae orationis, evagationes mentis, aberrationes cordis, irruptio malorum desideriorum, vehementia temptationum, volubilitas cogitationum, instabilitas cordis, ipsius inquietudines, et varia ipsarum remedia.

Richardus à S. Victore agens de iis, quae homo interior agere debet, explicat varias agitationes quas habet, obligationem, qua obstringitur, orandi et in tempore tranquillitatis à Deo postulandi gratias, quibus indiget ad se sustinendum tempore perturbationis aut procella. Ibi dicitur de excitis anima: varè devota, de meditatione, contemplatione, emolumentis quae oratio ipsi tribuit ad se ipsum probe noscendum. p.

In suis in Psalmum 25. annotationibus refert effectus vanarum aut malorum cogitationum, quae perniciose

Sunt orationis obstacula. Capite Decimo quinto expositionis  
suae in Cantium Canticorum explicat modum obtinendi à  
Deo, quod ab ipso petimus.

Apud Guilielmum Parisiensem reperiuntur nota ob- 133.  
servata dignissima ac solidissima circa orationem, mo-  
dus cum Deo loquendi, ab ipso petendi et obtinendi gratias.  
Hae de re prolixum et doctum tractatum edidit, cui titulus  
Rhetorica divina. Capite primo differt de natura orationis,  
ipsius dignitate, et virtute. Sequentibus capitibus explicat  
modum bene incipiendi orationem nostram, eam cum sapi-  
entia dirigendi, exponendi Deo necessitates nostras, cuius  
misericordia est infinita, adhibendi in nostris precibus in-  
tercessionem B. Virginis Mariae et Sanctorum, imprimis au-  
tem Jesum Christum implorandi, cuius merita sunt infinita,  
qui est advocatus et mediator peccatorum, omnium homi-  
num Salvator, et Agnus Dei qui tollit peccata mundi.

Capite 24. et sequentibus differt de animi affectibus,  
quos habere debemus, ut cum fructu oramus, de pudore,  
quam inest enormitas peccati, de unione qua intercedit  
inter austeritates corporales et orationem, de fide et per-  
severantia necessariis ad obtinendum per quamdam im-  
portunitatis speciem id, quod à Deo recipere desideramus.  
Postmodum loquitur de submissione, quam habere debemus  
erga Deum, de efficacia orationis, quae est velut legatus  
qui ad ipsum mittitur.

Nunquam finiremus, si libros omnes et loca eorum  
qui hanc tractare materiam indicare vellemus.

laborandum est, in  
aspirandum, in hunc  
s. vestras, huiusmodi  
era qua, facit  
a cordis ratione et  
aus, et cor humanum  
creatorem. Si vero  
punitati cordis, tunc  
od corpore longe  
retulimus, nihil  
ago et Richardus à  
speciebus, qualitate  
culis et mala ad illa  
tum edidit de motu  
e spiritualis Magistra  
in reperiatur, et  
asticarum cap. 19.  
itamenta orationis  
icordia Dei, tradi-  
endi ex eo quod lo-  
mris ad ea quae pe-  
nem videtur, qui  
et gratiam pome-  
ro acceptis beneficiis  
eorum qui orant, re-  
tus humilitatis, re-  
gnationis, motus  
ibus Monastii ob-  
rentis, ab oratione  
m, vehementia ten-  
stabilitas cordis, qui  
edia.  
is, quae homo inter-  
ones quas habet, di-  
tis in tempore tranqui-  
s indiget ad se huius-  
ella, sibi sibi est ob-  
atione, contemplati-  
it ad se ipsum potest  
mibus referentibus  
is, quae permittit

*[Faint, illegible handwritten text in a cursive script, likely German, covering the upper half of the page.]*



561

562



564



566




567

568

II 7. + 568 7. + liter 2 Bl.

32,5 x 20,5 cm







Causa  
obligatio mortificandi carnem suam  
Tom. 2. l. 1. v. subtilium. n. et seq.

foeno comparatur, in. l. Tom. 2.

1. Illius vitia sunt destruenda,  
quin mors illi inferatur. Vid. Morti-  
ficatio.

EM 90 S 307

